

B-1202
COMPLEMENTVM
A R T I S
EXORCISTICAE.

Cui simile nunquam visum est:

Cum Litanis, Benedictionibus, & Doctrinis nouis,
Exorcismis efficacissimis, ac remedis
copiosis in Malis citatis expertis.

N V P E R C O R R E C T U M , E T
In Tres Partes diuisum.

Quarum Prima dicitur Doctrinalis, Secunda Benedic-
tionalis, Tertia Exorcismalis.

Cui addita est Oratio supra fibricitantes.

AVTHORE E. ZACHARIA VICECOMITE,
Ordinis SS. Barnabæ, & Ambrosij Nenus
Mediolan. eiusdem Artis Professore.

C V M P R I V I L E G I I S .



Hieſi^mi

Medicei

VENETIIS, Apud Franciscum Batilettum.



M O
EXCELLENTISS.
DOMINO
IO. PETRO MARINONIO
PHILOSOPHO, AC
MEDICO EGREGIO.

Franciscus Barilettus S. D.



Vm iam diu, vir Excellentissime, multisq; annis me , tua sciētia, vniuersamque, meā familiam à grauissimis morbis, ac ferē desperatis liberos reddidisse, pristinæque sanitati recuperasses, videremque, me tantis beneficijs, tan-

taque humanitate deuinctum, cogitabam assiduè, q̄ si quid ars mea tuæ humanitati, & benevolentiae præstare posset, illud efficerem... Cum igitur oblata sit occasio in lucem denuo dandi COMPLEMENTVM ARTIS EXORCISTICAB, quod in profligandis malis, ac dæmoniacis spiritibus à magnopere vexatis corporibus, à R. F. ZACHARIA VICE COMITE, eius Artis professore; Eum tibi dicare volui, vt grati animi aliquod indicium ostenderem: videtur enim mihi aliquo modo eam artē cum medica conuenire, quantum sit admodum naturæ hominis necessaria. Nam quemadmodum hac Medicus humores puros seruare studeat, vt corpus bene se habeat, ita hæc ars spiritus naturales hominis à spiritibus maleficis, ac dæmoniacis liberare contendit, quò anima, seu mens naturalis directè iudicet, & ratiocinetur, quod fecus fieri

non

non posset. His itaque duabus coniunctis, Diuina namque, & terrena: admirabilis quædam, & Diuina oritur medicina, qua omnes corporis, & animi tolluntur imperfectiones. Rogo itaque te, vt grato animo hoc leue donum accipias, & licet imbecilla videatur significatio, tuorum tamen beneficiorum memor semper ero, Deumque rogabo, vt te diu incolumen seruet. Vale.

Venetij 10. Kalend. Februarias.
M. D C. XI X.

A 3

DON FERDINANDVS
Bongiornus Siculus I.V.& S.T.D.ac
Prothonotarius Apostolicus.

A D R. A V T H O R E M.

Instante R. P. Bartholomeo Ardesio suo
Amicissimo.

QVI fuerat mutus, quoniam promissa relatu
Angelico renuit credere mira Dei.
Denique cui (nato iam vatum maximo) apertum est
Os laudi, & cecinit cantica sacra pius.
Iis tibi dat nomen, virtutem, fasque loquendi.
A Domino exorans quidquid habere cupis.
Cognomenq; tuum profert generosa propago
Bis Comitum MEDIO LARGA Nitore Ducum.
Ordnis authores, quem tu complecteris, almi;
Principi patres Verbe fuere duo.
Vnus Apostolici cetus, Iouis Istria nomen
Cui dabant, ut Saulo Mercuriale decus.
Alter, qui Monicæ gnatum lachrymantis ad vndas
Perduxit sacras; lumen in orbe nitens.
Omnes hi, studium, pietas, ac spiritus almus
Nectar, & Ambrosiam contribuere tibi.
Dulciter vt scribas animis credentibus isto
In codice, & nostris hostibus arma pares.
Arma paras verbis diuino numine plenis:
Spirituum abscedat turba maligna procul.



VTRVM SINT SPIRITVS,
& de quibusdam eorum effectibus
in communi, ad rem nostram
facientibus.



DOCTRINA PRIMA.



NTE omnia sciendum est,
quod Eternus Deus, vt com- A
municaret eius immensam
Charitatem, ex nihilo cun-
cta creauit. Genes. i. In prin-
cipio creauit Deus Coelum,
& Terram; & Plato, ait: Cha-
ritas Dei causa fuit factio[n]is
huius Mundi, & originis om-
nium rerum, & inter cetera
creaturam spiritalem, quæ Angelica est, creauit; de qua
legitur. Dan. 7. millia millium ministrabant ei, & Da-
uid. Psalm. 90. Quoniam Angelis suis mandauit de te;
Item Iob. cap. 33. Si fuerit pro eo Angelus loquens, vnum
de millibus, &c. De eorum quoque creatione, & appar- B
tionibus, veraque Scriptura plena testatur, Deusque eam

super omnem creaturam constituit, nam est substantia incorporea, & intellectualis, corporibus non vniata, hoc attestantibus Theologis: propter quod, Cum dixit, substantia incorporea, intelligitur subtilitas Naturae spiritus, per quam tria notantur. Primo, eius subtilitas, qua aereum, & terram, & cuncta corpora penetrat, & non occupat locum, cum non habeat corpus, sed in loco conuenetur, non circumscriptiuè, sed diffinitiuè. Secundo, eius inuisibilitas; Nam yderi non potest, quia inuisibilis est, vnde secundum Isidor, redditur visibilis, quando missus, corpus aereum sumit. Tertio, eius excellentia, quæ supereminet corporali creatura: Nam creatura corporalis naturaliter obedit incorporali, id est, spirituali, quo ad motum localem, vnde Daniel, accepit prandium in lacu Leonum ab Angelo portante Abacuch. Item legitur in Actib. Apost. cap. 5. Quod iubente Angelo, aperata sunt ianuae carceris, & ibid. cap. 12. ceciderunt catenæ de manibus Perri, & porta ferrea Civitatis aperta est eis, & sic omnia causare potest, quæ ex motu locali corporum inferiorum proficiunt; vbi vero legitur, intellectualis, notatur intelligentia perspicacitas, vnde spiritus scientia, sunt perspicacissimi, & cognoscunt Naturas, & virtutes mineralium, herbarum, animalium; Planetarum, & cunctarum creaturarum, omniaque sciunt siue Deus simul actu, & scientia visionis, licet ne-
scient omnia, quæ Deus scit, qui omnia scit praesentia-
liter, perfectè, & immutabiliter, futuraque, & cordium secreta cognoscit. Differt Spiritus ab homine in hoc, quia licet homo videat multa, illa tamen, non videt solo actu videndi, sed multis actibus. Fuerunt etiam Spiritus, in quibusdam æquales creati, & quibusdam differentes, cuius operationis ratio sapientia Dei æquo moderamine cuncta ordinantis, remittitur. Fuerunt autem æqua-
les in hoc, quia, & spiritus, & immortales, & inuisibilis erant, sed differentes in essentia tenuitate, & sapientia perspicacitate, & potentia superioritate, prout videbitur in humanis, cum unus sit alio fortior, & spientia per-

perspicacior, in regimineque superior. Distinctiones ve-
rò in vnoquoque eorum, ille solus comprehendit, & pon-
derat, qui cuncta fecit in numero, pondere, & mensura:
Aliquis tamen Angelus malus fortior est alio Angelo bo-
no, per Naturam, & è contra accidit, per gratiam, quia minimus Angelus bonus, ed quod adharet diuinæ vo-
luntati, habet regimen super cunctos Angelos malos.
August. lib. 3. de Trinitate, Spiritus vitæ defortor, atque peccator, regitur per Spiritum vitæ rationalem, pium, & iustum. Loquuntur etiam inter se Spiritus verbo mentis;
Nam triplex est verbum, operis, oris, & mentis: ver-
bo operis, loquitur Deus; Verbo oris, loquuntur ho-
mines, & verbo mentis, loquuntur Spiritus; Vnde D. Thom. parte prima, Sum. quæst. 109. artic. 3. de Spiritibus
rebellibus loquens, dicit; Ad inuicem concepta sua ma-
nifestant. Loquuntur etiam Spiritus ad homines dupli-
modo. Primo, verbo locali, in assumpto tantum cor-
pore; sed non audiuntur, nisi ab iis, ad quos ordinan-
tur: Legitur enim, quod Sanctus Seruulus in eius transi-
tu, audiebat Angelos cantantes, qui vero aderant, nequaquam eos audiebant. Idem accidit in eorum apparitio-
nibus, vt legitur Num. 22. Quod Afinus videbat Ange-
lum gladium euaginatum tenentem, Balaam vero non
videbat. Item legitur 4. Regum, cap. 6. Quod Eliseus
videbat Montem plenum Equorum, & Curruum igneo-
rum in eius circuitu, cius vero puer, videre non poterat.
Secundo modo, per impressionem rerum sensibilium,
moto instrumento imaginis, & hoc modo loquuntur
vigilantibus, & dormientibus. Loquuntur etiam homi-
nibus Spiritus immundi alio modo, immutando scilicet C
sensum, & hoc dupliciter, vel instrumento visus, imagina-
tionem alicuius rei imprimendo, vel obiciendo visui si-
militudinem alicuius rei. Loquitur, item Spiritus bonus
Diabolo, species sui intellectus ei fine aliqua illuminatio-
ne ostendendo, & reuelat ei multa de diuinis mysteriis,
vt tanquam equator diuinæ Iustitiae, ea exigat, secundum
diuinam Iustitiam, ad punitionem malorum, vel ad exer-
cita-

citationem bonorum: Qui omnes Spiritus à Deo fuerunt creati boni, Genes. i. vidi Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona; habuerunt etiam boni, & mali notitiam, intelligentes quid appetendum, quid-vè respuendum ipsis foret. Et sic in libero arbitrio constituti, eos relinquamus, cum sat-
tis dictum sit
de
præsenti primo funda-
mento Doctrinæ
nostræ.



*VT RVM SINT DÆMONES,
& malefici, & de quibusdam alijs
ad propositum facientibns.*

DOCTRINA SECUNDA.



N præcedenri Doctrina, Spiritus A esse, & à Deo creatos bonos, in liberoque arbitrio constitutos fuisse, satis ostensum est, ex quibus, Alij sponte elegerunt bonum; alij verò malum, ita quod boni ordinantes se ad rationem, fuerunt per gratiam appositam confirmati: Illi verò à veritate se auertentes, propria potestate sibi vendicare præsumentes impedimentum beatitudini suæ, per peccatum posuerunt, Isidorus lib. i. cap. 25. de Summo bono, super Isa. Quomodo cecidisti Lucifer, ait, postquam creatus est, eminentiam Naturæ, & profunditatem scientiæ suæ perpendens, in suum Creatorem superbiuit, in tantum, quod etiam Deo se æquiparare voluerit. Et August. lib. 4. super Genes. cap. 24. de Angelis B loquens, ait; Prima operatio fuit omnibus communis, sed in secunda sunt distincti, & sic in primo instanti omnes fuerunt boni, sed in secundo fuerunt boni à malis diuisi. Hoc fuit figuratum in Genesi. Genes. cap. i. Quando diuisit Deus lucem à tenebris, id est, Spiritus bonos, à malis. Item Job. cap. 4. & in Angelis suis reperit prauitatem. Ptholomæus in 4. Quadrup. Malignos Spiritus Dæmones appellat, & Plato in Thimeo solebat dicere, inuisibilium Potestatum, quæ Dæmones nuncupantur, monstrare rationem, maius est opus, quam ferre valeat hominis ingenium. Nolens ergo, Lucifer vna cum omnibus suis sequacibus beatæ vite dulcedinem g居are,

stare, ipsam cum illis amisit, & è Cœlo aliqui in Infernum, ad cruciandum peccatores. Alij, in hunc aerem caliginosum ad exercitatiōnēm hominū sunt præcipitati, & inter cetera nomina, Dæmones sunt appellati. August. lib. 3. super Genes. cap. 10. ait; Aer caliginosus, est quasi carcer Dæmonibus, usque in diem iudicij, & Isa. 14. Quomodo cecidisti Lucifer de Cœlo? In Apoc. legitur cap. 12. Draco de Cœlo cadens secum traxit tertiam Stellarum partem, & Lucas 10. Videbam Sathan, sicut fulgur de Cœlo cadentem. Et licet Dæmones non actū alligentur igni gehennali, dum sunt in isto caliginoso Aere, attamen scientes illam allegatiōnēm ipsis deberi, non D diminuitur poena. Glossa Ordinaria super verba Iacobi. cap. 3. inflamat rotam, dicit; Quod portant secum Dæmones ignem Gehennæ quousque vadunt. Et quamuis legatur. Luc. 8. quod Dæmones rogauerunt Iesum ne imperaret illis, vt in abyssum irent, non tamen contradicunt, sed hoc petierunt Dæmones, quia poena fuisset illis, si à loco exclusi essent, in quo hominibus nocere non potuerint, cum valde doleant, male operari non posse. Peripatheticorum autem contraria opinio dicentium, Dæmones, non esse, sed quæ attribuuntur Dæmonibus, fieri virtute corporum Cœlestium, quām falsa sit, probatur ratione, authoritate, & exemplo. Ratione, non essent maligna Spiritualia, si non essent etiam maligri Spiritus, à Spiritu enim spiritualia nominantur, Teste August. super Ioan. cap. 13. Item videmus multa fieri, quæ nullo modo virtus Cœlestium corporum facere potest, verbi gratia. Ut Idiota loquatur variis linguis, carmina reciteret, & orationes, Testetur realiter authoritates, obscuræ, & difficultia interpretetur, occulta manifestet, secreta hominum reuelet, & vt Statuæ loquantur cum similibus. Probatur authoritate, & primo. A post. ad Ephesios. cap. 6. Nouit quaedam Spiritualia nequitia in Cœlestibus, & aduersus nos collectationem esse, testatur Isidor. de Summo bono. lib. 1. Triplici acumine vigent Dæmones, subtilitate Naturæ, experientia temporum, & reuelatione Spirituum supernorum.

pernorum. Probarut exemplo: Nam allegantur Gentilium, & Sanctorum facta, & præsertim Sancti Antonij Abbatis vita, vbi multa à Dæmonibus fuerunt facta, quæ virtus corporum Cœlestium nequaquam facere potest, & vt breuiter concludam, dico, prout in Theologorum collectione de Dæmonibus legitur, quod sunt Spiritus impuri, humani generis inimici, mente rationales, sine discursu intelligentes, in nequitia subtile, cupidi nocendi, per superbiam tumidi, semper in fraude noui; immutant sensus, inquinant affeūtus, vigilantes turbant, dormientes per somnia inquietant, morbos inferunt, Tempestates concitant, in lucis Angelos se transformant, & decipiunt; Infernum secum portant, in Idolis sibi diuinum cultum usurpat, super bonos dominari appetunt, magicas Artes faciunt, bonis ad exercitium dantur, & semper fini hominis insidiantur; Quare patet per hæc omnia, & per sacrum Euangelium, quām falsa sit Peripatheticorum opinio. Dæmones ergo sunt, qui post peccatum fuerunt spoliati gratia, quæ erat suprānaturale donum: Duplex enim est gratia, perfecta, & imperfecta. Perfecta est status gloriae. Imperfecta vero C est status merendi, in quo fuerunt creati, vt sumnum bonum intelligerent, intelligendo amarent, & amando ad gratiam perfectam, quæ status est gloria, peruenirent, vt ipso summo bono fruerentur; Sic ergo per peccatum fuerunt spoliati ipsa dupli gratia, & puritate Naturæ, liberi arbitrij facultate, statu innocentiæ, felicitate, dilectione, & diuina contemplatione, quam habere potuerunt, & dum hæc amiserunt, dona tamen Naturalia remanserunt integra, & splendidissima, vt testatur Dionys. 4. de diuinis Nominibus; Per Passionem tamen Iesu Christi, & eius mortem, debilitata permanserunt, ita quod à scipis, nihil agere possunt, nisi permiserit Deus, quod ostenditur in Dæmonibus, qui nec in porcos poterant intrare, & idem videtur in Sathan contra Job, qui eum vexare non poterat; Multa ergo virtute lux Naturæ faciunt, quæ nos valde mitatos

ratos reddunt, & hæc, vt supra diximus, quia à principio sue creationis omnia cognouerunt, quæ ad Naturalem cognitionem pertinent. Vnde quædam occulta semina in corporeis huius mundi latent, per quæ ab eis cognita, acceptaque, & per congratas temperationes elementorum applicata multa Dæmones faciunt Deo permittente, quæ à nobis supernaturalia iudicantur, licet Naturalia sint, vt probat August. lib.3. cap.8. tom.3. de Trin. & Thom. Par. Pm. Sum. quæst. 55. art. 1. 2. Exemplum habemus in Exod. de Magis Pharaonis, per Dæmones, facientibus ranas, & veros serpentes, qui per putrefactionem, generantur, per triplicemque acuminis vegetationem, ab Iisd. sup. allegatum, multa addiscunt, & diuinando prædicunt, qua peste vtuntur, vt A. multos sibi credentes, decipient. Scire etiam potest Dæmon tempus sui exitus, vel per reuelationem Spirituum supernorum, vel quia cognoscit Archangelum cum potestate assistentem ad eum fugandum, vel quia videt aliqua pia exerceri, quæ Deum ad misericordiam mouent, & ad se expellendum multum valent. Ad propositum, sciendum quoque est; Quod inter Dæmones est prælatio, quia prælatio est bonum Naturæ, vnde naturalis dispositio Dæmonum requirit, quod sit prælatio in eis, tanquam bona, & ordo naturalis, & sic naturali ordine quidam Dæmones sub alii constituantur, & successivè eorum actiones, & hac ratione Dæmon ejuscere potest alterum Dæmonem sibi inferiorem, nec aduersatur illud Lucæ, Omne Regnum in seipsum diuisum, desolabitur, Quia Dæmonum fugatio, qua alter alterum eiicit, non sit contentiosæ, sed ex communi consensu. Et hoc, quia, cum homines talia procurantes gravissime peccent, Luciferi Regnum propter animarum lucrum, non desolatur, sed augetur. Concordia vero, qua aliqui alii obediunt, non procedit ex amicitia, quæ sit inter eos, sed ex communi inequitia, qua homines odio prosequuntur. In Dæmonibus lætitia quoque est, & dolor; lætitia, non a bono, sed à malo procedit. Aug. lib.2.

de

de Gent. contra Manich. cap.17. Diabolus potestatem habet in eos, qui Dei præcepta contemnunt, & de hac tam infelici potestate lætatur, & sic in corporibus habitantes gaudet, quia malè agunt. Dolor autem, non de malo culpæ ipsorum, sed ex prava voluntate procedit; Quia apprehendentes actum oppositum sive prauæ voluntutis, tristantur: vellent enim nos omnes damnari, & tamen non omnes damnamur: Naturaliter appetunt beatitudinem, & tamen sunt ea priuati, nollent vñquam obedire, & tamen voluntas sua cohibetur; vellent venerari, & adorari, & tamen sustinent irrisiones, & contumelias. Licet quoque Dæmones afficere posse irrationibus, & contumelias, non vt Dei creaturas; quia sic sunt amandi, sed vt eius inimicos, & nostros aduersarios. Job cap.11. Hoc est initium figmenti Dei, quod fecit Deus, & illudatur. Et David. Psalm.103. Draco iste, quem formasti ad illudendum ei, principalis verò irratio, & contumelia, quæ Dæmoni fieri potest, hæc est, vt nihil nobis ab eo suggestis faciamus, nec eius verbis credamus.

Maleficos, & Maleficas esse, per legem Divinam, Canonicaem, & Civilem probatur. Primo. Exod. cap.22. Ait Deus, Maleficos non patieris vivere. Item Levitic. cap.20. Anima, quæ declinauerit ad Magos, & Ariolos, & fornicata cùm eis fuerit, ponam faciem meam contra eam, & interficiam illam de medio populi. Ibidem cap.19. Non declinetis ad Magos, nec ab Ariolis aliquid sciscitemini. Item in lege Civili, facientes incantationes, prout dicitur in lege eorum. C. de Malef. & Mathem. & qui Dæmones inuocant, sunt capite puniendi. multi. C. eod. Item in Iure Canonico. Incantatores, Sortilegi, & Malefici, velut Christi inimici, insequi debent, cap. peruenit. 26. q.5. & ibid. cap. contra ead. causa, & q. Clericus, Monacus, vel Laicus, incantationes maleficia sequutus, excommunicatur, &c. si quis Episcopus. 26. q.5. Episcopus, vel Presbyter maleficia sequens, Magos consulens, priuetur honore. Item cantat Eccle-

Ecclesia de Cypriano, quod Justinam virginem, cantoribus, atque beneficiis ad sui libidinis consensum, alliceret reconabatur. Item Magorum Pharaonis exemplo, & experientia, quæ quotidie per Reuer. Petrus Inquisitores Sancti Officii sit, comprobatur. Vnde ad propositorum sciendum eit, Quod Dæmones astutia sua, tales malos Christianos sub specie boni seducunt; aliquid dulce, & spirituale eorum spurcitijs miscentes, vt nonen Iesu Christi, Beatae Mariae Virginis, Sanctorumvè, aquam, herbas, vel ceram benedictam, & similia, & formam alicuius viri, vel mulieris Sanctæ suscipientes, magnalia promittunt, & sic gradatim ab uniōne Ecclesiæ eos separant. Quod August. Tract. 7. super Ioan. probat, dicens: fingunt enim Spiritus mali umbras quasdam honoris fibimet ipsis, vt sic decipient eos, qui sequuntur Christum. Usque adeò fratres mei, vt illi ipsi, qui seducunt per ligaturas, per præcantationes, per machinamenta inimici, misceant præcantationibus suis non men Christi, Quia iam, non possunt seducere Christianos, vt dent venenum, addunt mellis aliquid, vt per id, quod dulce est, lateat quod amarum est; & bibant ad perniciem.

Vnde vana exercentes, & Diabolica, illi nomine Malefici, vel Maleficæ acquirunt, & Dæmones operantur secundum intentionem eorum, & corporum, humorumque dispositionem; vt dictum est supra, Deo tamen permittente. Quare, non mirum, si his nostris temporibus valde crescat Maleficorum numerus, quia verificatur illud Esaiæ 10. Ita iam mundi vesperæ ad Occasum declinante, & malitia hominum crescente, & Charitate refrigescente, superabundat omnis Maleficorum iniquitas; Multi tamen ignari Malefici ab ipsis metu vanis operationibus, & non à Dæmonibus hæc eueniire arbitrantur, dicentes quoque, Quod Dæmones afficiuntur per varia genera lapidum, herbarum, lignorum, carnarium, rutilum, & similium, & quod certis constellationibus vocati, veniunt in anulis,

ampho-

amphoris, & similibus. Quod quam falsum sit, probat August. de Civitate Dei. lib. 21. Quia non alliciuntur vi, vel fraude Dæmones, sed quia sic volunt tripli ma litia. Prima, vt decipient credentes, ex virtute talis constellacionis, effectus suarum incantationum fortiri, quia sic cadunt homines in peccato Idolatriæ, & heres, nam nec constellaciones, corpora que cuncte coelestia, nec carmina, nec similia operari possunt in Angelicam Naturam: Tandem ipsis Dæmonibus obediunt corporalia cuncta; & ratio est, quia corporea subiiciuntur incorporeis. Secunda. Quia Dæmones propter lucrum animarum obediunt hominibus talia exercentes, quia haec omnia ipsis Dæmonibus, in signum Divini honoris exhibentur, cuius sunt valde cupidi. Quorum omnium præcipuum est fundamentum Maleficarum, & Negromanticorum operaciones, nam si Dæmonibus, non daretur fides, & non exhibentur honores, reuerentia, adorationes, & similia, non obedirent, nec operarentur: Vnde in Provincia Samnitij. A in Civitate Penarum quedam Malefica, me præsente & audiente, in tormentis confessæ est, quod multis offendebat, & Dæmoniacos, & alios à diuersis infirmitatibus liberabat, applicando nonnullas herbas, & similia, & post harum rerum applicationem, adorabat Luciferum. Angelum maiorem, ab ea sic appellatum. Tertia. Quia naturaliter procedunt in dicto tempore constellationum effectus aptiores, & materia corporales magis dispositæ sunt ad operandum quidquid velint Malefici; Qui Dæmones non sunt necessitati uti maleficis, ad cruciandos homines, sed hoc faciunt, vt iam dixi, ad eorum perditionem, quam sequuntur. Nunc cum supra in hac, & prima Doctrina satis dictum sit ad rem, huic secundæ Doctrinæ authoritate Iob. cap. 41. dicentis. Non est super terram potestas, quæ valeat ei, hoc est, Dæmoni comparari, finem facio.



DE PERMISSIONE DIVINA.

DOCTRINA TERTIA.

C



VLT I Idiotæ, nescientes quomodo Deus permittat, quod Dæmones corpora humana, ad Creatoris imaginem, & similitudinem creata, & Sacramentis munita, cruciante valeant, mirantur, & dolent. Ad extirpandas ergo à cordibus Simplicium has ignorantias, & lamentationum radices, ne de Deo obloquantur. Scendum est, quod permissio est signum voluntatis Diuina, non respectu mali, quod Deus permitit, sed respectu boni, quod ex malo permisso Deus elicit. Deus enim est auctor omnium bonorum, & non malorum. Teste Euang. Ioan. dicente, (sicilicet bona) per ipsum facta sunt; & auctorem malorum esse negat, dicens: & sine ipso factum est nihil, id est: malum: Q[uoniam] àn melius ergo sit, malum esse, quād malum nullum esse permittere, probatur ratione, auctoritate, & exemplo. Ratione quidem, videlicet, Deus D malum permitit, ergo malum esse, bonum est, aliter ab omnipotenti bono, nō permitteretur, quia summus bonus est. Aduerte tamen, quod mala, in quantum mala sunt, non sunt bona; Nam si aliter esset, vtique Deus auctor fuisset mali, quod falsum est, & tamen bonum est, vt non solum sint bona, sed etiam, & mala, quia de malo bonum elicit Deus. Sanctus Thom. in 1. p. q. 49. art. 3. & q. 109. art. 1. Bonum inueniri potest sine malo; sed malum, non potest inueniri sine bono. Ita quod, si Deus malum aliquod permittit, hoc sit, pro aliquo bono. Provisor vniuersalis est Deus, & quia multa bona eicere potest, ex particularibus malis, id est, non impedit omnia mala particula-ria, vt vniuerso contingent multa bona. Item malum esse propter admirabilem perfectionem vniuersi, bonum est; Nam, si Deus non permetteret malum, in bono non esset pulchritudo, per malum enim bonum clarius elucescit,

laudabiliusque est, & magis placet. Teste Aug. in Enchir. Ex omnibus bonis, & malis cōsistit vniuersitatis admirabilis pulchritudo. Authoritate vero probatur per August. ibidem. Melius indicavit Deus de malis bona facere, quād mala nulla esse, permettere. Idem August. super Ioan. Tract. 2. 8. Sicut enim iniqui male vntunt bonis operibus Dei, sic è contra, Deus bene vntur malis operibus iniquorum. Idem de Trinit. Profunt mala, vel ad delenda peccata, vel ad exercendam, probandamque iustitiam, vel ad demonstrādām huius vīta miseriam. S. Tho. Prima Parte Sum. q. 109. art. 4. Divina sapientia permittit aliqua mala fieri, per malos Angelos, & homines propter bona, quae ex eis elicuntur. Tandem probatur exemplo: Permisit enim Deus Petru negare Christū, vt inde humilior, & sapiētior fieret. Permisit etiam Christum crucifigi, vt inde sequeretur redemptio: Permisit persecutions, & mortē in Sanctis Martyribus, vt inde sequerentur miracula ad conuersionem gentium, & corroborationem multorum. Et tandem C permittit Hereticos Naūiculam Piscatoris perturbare, vt magis fidei nostræ veritas clarescat, & sic de singulis eadem ratione permisit corpora humana à Dæmonibus vexari, multiplici de causa. Primo, vt Peripateticae opinionis Sectatores sciant, Dæmones esse, & ab ipsis affligi posse, iuxta illud Ioan. 4. Nisi signa videritis, non creditis. Secundū, vt quis propter eius obstinationem in peccatis puniatur in hoc, & in futuro seculo, vt nobis exemplū fuit Rex Antiochus. Tertio. Propter poenam peccatorum, in hoc tantum seculo puniendorum. Quartò. Ut castigatus à Dæmonie, a culpis futuris declinet. Paulus enim fuit obcæcatus, vt de persecutore Prædictor euaderet. Quinto. Propter peccata parentum. Exod. 20. Ego sum Dominus Deus tuus fortis Zelotes, visitans iniquitatem Patrum in filios in tertiam, & quartam generationem. Sexto. Propter cul- D pam alicuius peccati grauis puniendi, vt de Saule Rege legitur. 1. Reg. 16. Septimō. Ne quis in gratia constitutus, ab ea declinet. Paulus. 2. Cor. 12. Et ne magnitudo reu- lationum extollat me, datus est mihi Angelus Sathanæ, B 2 qui

qui me colapsizet: propter quod ter Dominium rogauit, ut auferret a me, & dixit. Sufficit tibi gratia mea. Octauio. Ad aliquorum conuerionem, nam multi peccatores, infestationes aliorum videntes, territi, relinquunt vias suas pessimas. Notio. Ut Diuina potentia simul, & misericordia manifestetur: vt de cœco nato. Ioan. 9. Neque hic, neque patentes eius: peccauerunt: sed, ut manifestetur gloria Dei in illo. Decimò. Ad ostendendam alicuius virtutis sanctitatem: vt de discipulo Antonij fugante dæmonem, non volente Magistro. Undecimò. Propter alicuius A corporis Sancti manifestationem, vt de SS. Martyribus Ioanne, & Paulo. Duodecimò. Ad meritorum augmentationem. Decimotertio. Ut Deus suos probet electos, tanquam aurum in fornace: vt de Tobia, nam dixit Angelus, quia acceptus eras Deo, necepsisse fuit, vt iætatio probaret te. Decimoquartò, vt Dæmon nostram querens perditionem, ipse confusus existat, vt in Iob. Et ut unico verbo concludam. Iudicia Dei Abyssus multa. Permittit etiam Deus magicas artes ad fallenendum fallaces, sicut Ägyptios, & ipsos Magos. Exod. 7. Item admonendum fideles, ne tale quid faciant, ne eis accidat, vt Ägyptiis. Permitit postremò Deus Dæmonem in formam boni Angeli se transmutare, iuxta illud Apost. Transformat se in Angelum lucis, & in diuersis formis apparere, quia sic homo fit callidior per experientiam mali, & melius resistere nouit fraudibus inimici. Attamen verum est, quod non tantum malum permittit Deus super iustos in charitate existentes, sicut super malos peccatores.

VTRVM DÆMONES VEXARE possint corpora, & quomodo?

DOCTRINA QVARTA.

Quod Dæmones Corpora humana vexare possint, quamvis satis per allegata in Prima, & Secunda Doctrina ostensum est, cù sint substantiae incorporales,

reæ, & intellectuales, quibus corporeæ subdūtur ad maiorem tamen declarationem ex sacra Scriptura, adduco authoritates, & exépla. Luc. cap. 4. 8. Marc. 1. 5. 9. Matt. 12. 17. & Sanctorum facta, in quibus innumérabiles Dæmones à corporibus humanis fugatos fuisse, legitur. Imò quām hereticū sit, contrarium tenere ex se patet, cum sit contra sc̄rum Euangeliū; Quod sanè intelligendū est, scilicet, Deo permittente, & nō aliter, vt dictū est, supra de Permissione Diuina. Et August. in 3. de Trinitate, cap. 7. 8. cōfirmat, dicens. Diabolus, multa potest virtute sua nature, à quibus taliter prohibetur virtute Diuina. Exemplaque probatur de Maleficio Pharaonis, qui per incantationes suas fecerūt Dracones, aquam in sanguinem verterunt, & ranas, sicuti fecerūt Drat Aaron servus Domini, sed non potuerunt facere Ciniphes, non quia, non potuerint, sicut & Ranas, & Dracones, & alia fecerunt, sed quia, nō permisit Deus, quod quidem ipsi Malefici confessi sunt, dicentes. Digitus Dei est hic. Exod. 7. 8. Possunt ergo Dæmones ingredi corpora, Deo permittente, & ea vexare, aut plures vna sint, aut singulæ, vt notatur de Spiritu surdo, & muto, & de legione.

Sed sciendum, quod duplex est ingressus Dæmonū in A homines, primus est contra Animam, & hoc modo intrat, & implent cor, mentem, & sensum, nō substantia sua, cùm hoc solum Deo conveniat, qui capax est sua facture, iuxta illud Bedæ super illud Petri ad Ananiam: Cur tentauit Sathanas cor tuum? dicit. Notandum, quod mētem hominis iuxta substantiam nihil implere potest, nisi creatrix Trinitas, quia tantummodo secundū operationem, & voluntatis instinctum, Anima de his, qnæ sunt creata, implentur. Sed sit per suggestionem, callida, & fraudulentia deceptio, venenum peccati in volitatem suggestens, & sic propter effectum malitiae eorum, dicuntur Dæmones intrare, & vexare ad exercitationem nostram, & meritum. Secundus ingressus est, cōtra corpora. Et licet Dæmonis voluntas intendat principaliter contra Animam, substantia liter tamen, ipsa Diuina permissione cōcurrente, corpora intrat, & affigit, & hoc dupliciter, aut ab intra, aut extra;

Ab extra, mutans fantasiam, & sensus corporeos, vel sumens corpus aereū, vt supra doctrina Prima, & sic ostendit vexatis, serpentes, Tauros, Aues, homines armatos, & similia, eos occidere volentes, vt tales in aliquod periculum inducat, prout practicādo inueni Puellam, cui apparetabant Bubali, & homines euaginatis gladiis, eam occidere volentes, signo tamen Crucis factō, euanecebāt, in Ecclesia tamen ipsas apparitiones, non videbat. Ab intra, vt in Job legitur 2, & Saule. Regum, 1. 16. & prou in multis, sacro Euangelio Teste, & experientia, quorum viscera, & interiora, ceteraque partes corporis, diuersimodē exigitantur, & cruciantur. Et hoc duplici modo esse potest, aut simpliciter per se, aut interueniente Maleficio, vnde Dæmon ingrediens corpora, considerat eorum qualitates, & defectus, & præcipue, in qua corporis parte, effectus aliquius infirmitatis procedere possit, mouendo virtutes, & potentias, & humores, & sic perturbatis spiritibus, potentis, & humoribus, apparent multæ imaginationes, faciuntque homines mutos, surdos, claudos, coecos, febricitantes, & diuersas generat infirmitates, acutissimos dolores, & alia tormenta, quæ numerari nō possunt: Cuiusmodi sunt ylceræ pessima, vt in Job. Egressus Sathan à facie Domini, percussit Job ylcere pessimo, à planta pedis vidente ad verticē eius. Exagitationē, vt in Rege Saule, quem Spiritus malus exagitabat. Facit insuper homines lunaticos, Matt. 17. Domine miserere filio meo, quia lunaticus est, &c. Et dixit Dominus, afferte illum ad me, & increpauit illum Iesus, & exiuit ab eo Dæmon, & curatus est Puer, ex illa hora. Vnde Crhysoſ. Hom. 5. 8. dicit, Quod Dæmones hoc faciunt propter duo, vt infamenti lunā, tanquam Dei creaturam, & quia non possunt operari, nisi mediantibus naturalibus virtutibus rerum. Item generat cæcitatem, vt Matth. 12. Oblatus est ei Dæmoniū habens, cæcus, & mutus, & curauit eum, ita vt loqueretur, & videaret. Item affert impedimentum ad loquendū. Marc. 9. Magister attuli filium meum ad te habentem Spiritū mutum, & Luc. 11. Erat Iesus ejiciens Dæmonium, & illud erat mutum,

mutum, non quia Dæmon esset mutus, sed respectu sue operationis dicebatur mutus, quia ipsum filium reddebat mutum. Inducit etiam surditatem, stridorem dentium, A dissipationem, dilaniationem, rabiem, febrim, & diuersas infirmitates. Luc. & Marc. 9. Item Luc. 13. Christus sanavit filiam, quam alligauerat Sathanas detentam à spiritu infirmitatis annis decem & octo, præcipue verò experientia Teste. Dæmones vexant Melancholicos, & hoc multiplici ratione, Primò. Quia hic humor melacholicus difficulter eradicatur, quia ex sua natura inobediens, & rebellis redditur euacuantibus, maximè, si ab aliqua causa, sive intrinseca, sive extrinseca sustentetur. Secundò, quia humor melancholicus aptior est ad generandas diuersas infirmitates, & incurabiles. Nam si supra modū exultus, & versetur circa substantiā, & membranas cerebri, furorem parit: Si circa ventriculos, Apoplexiā: Si circa ariginem, nervorum convulsionem: Si circa oculos, cæcitatem. Vnde Galenus 3. de loc. affect. c. 7. vbi in ipso cerebri corpore melancholicus succus abundat, eā insanīæ speciem, quam Græci vocat melanochiam, efficit, quo fit, vt neque subiecto, neque affatiū solvatur. Nam totius substantiæ cerebri temperies mutatur, generatque rabiem lupinam, & caninam, frænesimque & Amorem insanum cum diuersis suis effectibus. Occupat insuper Melancholia potentias principales, & nobiliores: vt mentem obfcurat intellectum, & memoriam, turbat rationem, & iudicium. Vnde Auicennas lib. 3. Fen. 1. Tract. 4. c. 18. Melacholia est mutatio existimationum, & cogitationum à cursu naturali ad corruptionem, & timorem, & ad malitiam, propter complexionem melancholicam facientem pauidū, & tristem cerebri spiritum interius, & propter tenebras ipsius. Quia per has occupationes latet iniquitas, & astutia Dæmonis, quare sic vexatus à Deo, & sui ipsius cognitione decidit, & ad ea, quæ ad salutem pertinet, fit piger, & immemor tum melancholico humor commiscetur, quia Dæmon naturæ sedes congrua est propter suam amaritudinem, tristitiam, & turbulentiam, qui humor si fuerit euacuatus

Dæmon cogit ut recedere. Tertia ratio est; nā in dictis naturalibus infirmitatibus demon quām sēpissimē se occultare solet. Et hoc, quia in dictis morbis solent cōcurrere signa, & accidentia similia, quāz, & ipse Dæmon facere solet. Et sic Exorcista solet dubitare, an infirmitas sit diabolica, vel naturalis, & fallitur. Vnde Dæmon aliquando, non cognita ab Exorcista eius astutia, impunē euadit. Inducit interdum Dæmones mortem, vt legitur Tob. 3. de septem viris Sarra ab Asmodeo occisis. Impedit aliquando Dæmon vim generatiuam, aut obstante, ne vna leiplos coniuges coniungāt: prout ego vidi Mulierē maleficata, quā morsu, vngubus, & eo peiori modo, quo poterat, erigebat se contra Maritū, dum eā ad cōsummationem matrimonij inuitaret. Ettandē post annos tres obdormiuit in Domino: Aut reprimendo erectionem membra, aut obstruendo vias, ne semen emittatur, aut emitio semine ne recipiatur, Aut ipsū semen surripiendo, aut applicando, vel inducēdo aliquā naturalia contraria ad semina destruenda. Inchnat quoque ad Amorem, vel odiū inordinatū. Et licet Dæmon nō sit causa illius inordinati Amoris directē, arctādo hominis voluntatem, quia hoc illi soli possibile est, qui eam creauit, vt supra diximus, sed operatur in potentias corporis, siue corpori alligatas; Nam videtur quidem homines, per motionem spirituum, & humorū magis proni ad passiones, idest, ad irā, & concupiscentiam, & sic de eiusmodi, quāe insurgentes disponit hominem ad cōsensum. Sic ergo Dæmon, cognoscēs has passiones illis magis subdere, facilius potest, & fortius persuadet ad talem Amorem, vel odium, & mouendo passiones, disponit imprimēs in imaginatione rem amatam, tūn præcipue, cū Amans in tali cogitatione delectabilius, & diutius persistit. Transmutat etiam aliquādo, & membra, & corpus in bestiales formas, vnde secundum rei veritatem, sciendum est, quād transmutationes rerum corporalium, quāe virtute naturali fieri non possunt, nullo pariter modo, virtute Dæmonum transmutari valent, vt mutetur corpus humanum in bestiam, & ē contra, vel quād mortuum corpus renuiscat, & simi-

familia, quād probat August. 18. de Civit. Dei. Tom. 5.
Nec corpus quidem humanum, nulla ratione crediderim, Dæmonum arte, vel potestate in membra bestialia conuerti posse, sed quia mortales sensus per phantasmata decipiuntur, quāe vera non sunt, nobis vera videntur; & hoc dupliciter contingit. Primo modo, dictum est in Doctrina prima. Et hāc est operatio naturalis, cum Angelus virtute suā nature possit mouere imaginationē hominis per motum localē spirituum, & humorum, & apparitiones C imaginariæ causantur in nobis, ex dicta locali mutatione spirituum, & humorum. Quapropter Arist. in lib. de som. & vigil. cap. 3. assignat causam apparitionis somniorum, dicens. Quād cūl Animal dormit, descendente plurimo sanguine ad principium sensituum, simul descendunt motus, idest, impressiones relictæ ex motibus sensitiblum, quāe in spiritibus sensualibus conservantur, & movent principium sensituum, ita vt fiat apparitio quādam, ac si tunc principium sensituum a rebus ipsis exterioribus mutantetur, atque esse potest Spirituum, & humorum concursus, quād huiusmodi apparitiones etiam vigilantibus D fiunt, vt patet in freneticis, dicentibus multa videre, quāe realiter nō sunt, & sic hāc omnia possunt fieri virtute Angeli mouentis dictos Spiritus corporales, & humores. Secundo modo fit, quād visibiliter appetit in quānis figura, lumen corpus ex Aere, & eadē ratione potest circumponere cuicunque rei corporeā quācunque formam, & figuram. Inducunt quoque Dæmones fructus, & animalia ad sterilitatem, vel ad mortem. Generant insuper Animalia minuta, & volatilia, & terrestria, quae fructus dissipant. Generant etiam tempestates, coagulatis frigidissimis humoribus, vnde legitur Apoc. 7. Quod Angelus Dei clamauit quatuor Angelis, quibus datum est nocere Terrā, & Mari, dicens. Nolite nocere Terrā, neque Mari, neque arboribus quoadusque signemus seruos Dei in frontibus eorum. Quandoque etiā faciunt se Succubos, & Incubos assumpto corpore Aereo. Vexant præterea hominum habitacula, & omnes habitatores perturbant, ac terrent diuersi-

uersimodè. Posunt tandem vexare paruulos materna vbe
ra lactentes. Teste Aug.lib.2 i.de Ciuit. Dei. Item Hier.ad
Paulam. Et possunt nocere hominibus Sanctis, vt est , de
Iob, & de Sancto Antonio.

DE SIGNIS, QVIBVS COGNOSCI- tur Dæmoniacus, & Maleficiatus.

DOCTRINA QUINTA.



LIQUAM esse Dæmoniacum' duobus modis accidere potest , vel potest esse Dæmoniacus simpliciter , vel cum Maleficio . Tunc dicitur simpliciter , quando Dæmon vexat aliquam creaturam, non interueniente maleficio , & tunc , non semper essentialiter adet , quia, vt superius dixi , Dæmon adesse dicitur per vexationem , & abesse per quietem . Cùm maleficio verò , cum Dæmon assit , per aliquid maleficium factum , & tunc sine interuallo creaturam affigit , plus , & minus secundum Diuinam permissionem . Si autem certò cognoscere volueris , an sit Dæmoniacus simpliciter , an cum maleficio , notato quæ sequuntur .

SIGNA DÆ MONIACI.

PRIMUM , linguam tumidam , & nigrā , multoties Dæmoniacus , de ore præter naturam profert , vel inflatur guttē , vel distringitur angustè , ita vt videatur velle strangulari , sed tamen in suum pristinum statum redit .

- 2 Plorant , nescientes qui plorent , Dæmoniaci .
- 3 Cum ira , & contentione respondent , interrogantibus .
- 4 Quandoque etiam coacti , vt loquantur , nolunt loqui .
- 5 Claudunt dentes , & nolunt comedere .
- 6 Odio homines prosequuntur .

- 7 Multa dicunt , ex quibus minime dignoscitur quid ve-
lent innuere .
- 8 Opprimuntur sopore graui .
- 9 Remanent tanquam sensibus destituti .
- 10 Seipso pugnis percutiunt , ac vestes lacerant , & ca-
pillos .
- 11 Terribiles habent oculos , & horribiles .
- 12 Terrore repentina afficiuntur , & confessim terror ille
recedit .
- 13 Diuersorum Animalium voces imitantur , & sic au-
diuntur rugitus Leonum , balatus Ouium , Boum mu-
gitus , latratus canum , porcorum grugnitus , & simi-
lum .
- 14 Strident dentibus , spumant , ac signa alia ostendunt
tanquam Canes rapidi .
- 15 Multoties exponunt se præcipitiis .
- 16 Discurrat aliquando per eorum corpora igneus , vel
glacialis vapor .
- 17 Sentiunt per corpus signa , tanquam formicas discur-
rentes , Ranas , saltantes , Viperas , Serpentes , Pisces na-
tantes , Muscas volantes , & similia .
- 18 Varia præter naturam vident , & audiunt .
- 19 Sentiunt sub manu Sacra capiti superposita , vel ex Sa-
cra lectione quid frigidissimum , vel calidissimum ,
vel graue .
- 20 Clament , cum aliquas Sanctorum reliquias capiti su-
perponas , etiam occulte , & dicunt , auferite has à me ,
quoniam malè olent , vel sunt nimis graues ; aut ef-
flant , aut circumvolvunt caput , aut ipsas reliquias C
proiicere student , aut contra Ministrum , & Astantes
se iratos ostendunt , & similia .
- 21 Omnia spiritualia odio habent , à facie Sacerdotum ,
& præcipiè Exorcistarum fugiunt , in Ecclesiam in-
gredi nolunt , & si ingrediuntur , ab ea statim fugere
procurant , vel Coronæ , vel spiritualium librorum ,
tædet ; cuncta benedicta , Sanctorumque imagines , &
maxime Crucifixi , nolunt inspicere , nec deoscula-
ti ,

28. Complementum Artis Exorcisticae

- ri, imò, projiciunt, & in hæc omnia conspuunt.
- 22 Sacra verba proferre negligunt, qualia sunt. Miserere mei Deus; Qui habitat in adiutorio altissimi; Magnificat anima mea Dominum. In principio erat Verbum, & similia. Et si ea pronunciantur, balbutire student, vel verba corrumptata dūm graue demonstrant, tandem ea perficere non possunt. Ita ut palam se Dæmoniacos ostendant.
- D 23 Sentiunt in aliqua sui corporis parte dolorem, & si super eum signum Sanctæ Crucis feceris, statim per corporis membra fugiet, sed si eidem dolori locum præcisum assignaueris, in ea corporis parte, in qua volueris signo Sanctæ Crucis  patientia, & perseverantia arctabis.
- 24 Cum super Dæmoniacus Euangelia, Passionem Iesu Christi, coniurations, & similia legeris, conturbabuntur, sensus occupabunt, intollerabiles etiam in illis anxieties, ac inflationes, vel guttas sudoris defluentes, conspicies: Insuper stridores ad Cœlū usque mittent, protervent se, & similia facient.
- A 25 Cum audieris Idiotas, & Literarum Ignaros, interpretari disficia, aliorum manifestare secuta, pulsare, vel musicaliter canere, aliqua prædicere, loqui varijs linguis, & (ut verbo concludam) supernaturalia facere; absque dubio, signum erit Diabolice præsencia.
- Aduertendum tamen, quod supradicta signa possunt etiam concurrere in Maleficato.

S I G N A M A L E F I C I A T I .

- I P Rimum: Maleficiati cibos pessimos appetunt, & super cibis substantialibus stomachantur.
- B z Cibum sumptum retinere non possunt, à continuo vomitu molestati.
- 3 Alij semper sunt indigesti, sentiuntque onus graue super stomachum.

4 Sen-

Pars Prima.

29

- 4 Sentiunt nonnulli bolum à stomacho sèpè ascendens ad guttur, quod euomere videntur, & tamen ad pristinum locum descendit.
- 5 Quandoque aliquibus oris ventriculi morsos accidit.
- 6 Alij frequenter pulsationem in collo, vel dolorem in rebus sentiunt.
- 7 Quibusdam sèpè fiunt Sincopæ. Et præcipue una, & eadem hora.
- 8 Aliquis, præter naturam inest continuus dolor in capite, vel cerebro, propter quod videntur grauari, perfrangi, & perforari.
- 9 Maleficiati affligitur cor, ita quod videtur lacerari à Canibus, à Serpentibus momordi, vel clavo, seu acu transfigi, constringi, vel suffocari.
- 10 Nonnullis accidunt subitanæ dolores frequëtes, quos dum nesciunt exprimere, emittunt clamores, & quandoque ab iisdem doloribus interficiuntur.
- 11 Aliis, extenuatur corpus, & ad nihilum redigitur.
- 12 Aliquando membra videntur flagellata, constricta, & lacerata.
- 13 Nonnullis viscera torquentur, & venter valde, ac repentinè inflatur, aut per interranea, ac si essent vacua, discurrat ventus.
- 14 Grauanteur multi Maleficiati à melancholico humore, quorum alij adeò infirmantur, ut nec loqui, nec cum hominibus conuersari velint.
- 15 Signum notissimum Maleficij est, quando medicamenta applicata, Maleficiatos non inuant.

Concurrunt tandem diuersi effectus, & signa, secundum Malefici intentionem, & iuxta genus Maleficij facti, ut pater per exemplum. Romæ accidit, ut quidam Fullo maleficiatus venerit ad me, ad petendum auxilium, cuius domum ego vna cum eius familiaribus ingressus, subuentissim, inueni in quodam tincturæ vase fece pleno, figuram ceream, clavo ferreo, à capite usque ad anum transfixam, brachia, crura, ac totum denique corpus, clavis refertum; qui claves, ipsum Maleficiatum in cunctis partibus,

bus affligebant, eo modo, quo in figura cerea collocata erant. Aduertendum insuper, quod sunt etiam alia signa in Maleficiatis aliquibus, quae aliquando haberit non possunt, nisi ex circumstantiis, & suspicationibus, ut est in Maleficiis ad odium, vel ad amorem, ad iteritatem, aut ad tempestates, vel circa vim generatiuam, aut insuper bellias perpetratis. Sciendum quoque, quod in parvulis non habentibus usum loquela, non de facili cognoscitur infirmitas maleficialis, eo quod exprimere non possunt dolores suos, nec circumstantias, sed diligentissime inquirantur letuli eorum, & si aliqua signa maleficialia inuenientur, poterit Exorcista indicium inferre. Aduertat etiam Exorcista, quod in aliquibus Maleficiis Dæmones non loquuntur, licet, dent signa presentia sua.

Illiud etiam animaduersione dignum est, quod prudens Exorcista, antequam ad remedia deueniat, cognoscere debet, an infirmitas Diabolica sit, nec ne, nam in infirmitatibus melacholicis, & matalibus, difficilis est cognitionis, concurrentibus signis multis, & accidentibus supradictis. Quapropter, ad huius cognitionem attendendum est, quod si duodecimum, decimumtertium, aut decimumquartum signum, superius descriptum in signis Dæmoniaci simplicis concurrenit, vel si Medicorum applicata medicamenta, non iuuabunt, ut in fine de signis Maleficiati, dixi, proculdubio Diabolicae praesentia signum erit. Nonnulli enim opinantur, se Dæmoniacos, & Maleficiatos esse, & talem opinionem in mente imprimunt, ita ut nulla ratione ab hac sententia dimoueri possint. Rōmæ, quidam iuuenis, Ecclesiam Sanctæ Mariæ in montibus, ubi per me coniabantur Dæmones, frequentabat; quadam autem Die, C dicit se Dæmoniacum esse, & Maleficiatum, ostendebat; nonnulla, ac si vere Dæmoniacus fuisset, qui tamen rogabat saepius, ut sibi auxilium darem. Ego cognita eius infirmitate, illum vocau intram Sancti Clementis, praesentibus fratribus ordinis mei, & dum fingerem eum coniurare, dixit ille, est spiritus vnum in aure dextera, qui ostendit se velle fugere. Tunc ego, dixi, ne dubites, esto bene-

ani-

animo. Fratribus tamen circumstantibus, subridentibus: vas aquæ benedictæ plenum, quod in promptu habebam, totum in eius aurem, & caput proieci, quod factum est, ut ille afferret, sic confirmantibus fratribus, quod Dæmon recessisset, & sic curatus est ab infirmitate sua.

DE CONTEMPTV, ET TACITVR- itate Dæmoni imponenda.

DOCTRINA SEXTA.

Intra cetera, taciturnitas Dæmoni imponenda est, quia A arma potentissima Dæmonis sunt loquitiones illius, quibus, & Exorcistam, & Dæmoniacum, & altantes seducit, ac in diuersos errores inducit. Diabolus enim non gladio accinctus, nec gladio armatus, sed verbo malum seminavit, & primum hominem interfecit, quare silentium illi est imponendum, etiam si vera fatetur. Hoc autem probatur ratione, exemplo, & auctoritate.

Probatur. Primò, ratione, nam, quod quæris à Dæmons, vel notum est, vel occultum. Si notum, frustra curiosè extendis, cum August. dicat super Ioan. de curiositate quantura potest, nos tentat, quia opus diabolicum est: Si occultum est, cur à Patre mendacij vis B doceri? Ed magis, cum nunquam certum sit tibi dicturus: nunquam enim intendit hominis intellectum, illuminare, sed eius rationem obtenebrare, cum bene nouerit, quem in corore conturbet, quem gaudio fallat, quem metu opprimat, quemque admiratione seducat. Et tandem, nunquam verum fatetur, nisi cognoverit sub specie veritatis, pestiferi aliquid ad hominum perditionem plantare posse, & ad propositum est illud Apost. 2. Cor. 11. Non enim definit hostis antiquas figuram sumere Angelorum lucis, laqueos ubiq; prætendens, & Cypriani: Trag. 4. de Idolorum vanitate, ait, quod Dæmones

nes falsa veris, semper inuolant.

Probatur exemplo. Lue. 4. Christus imposuit Diabolo silentium, licet veritatem fateretur, dicente illo, quid nobis, & tibi Iesu Nazarene venisti perdere nos? Scio te, quod Sanctus es Dei. Et increpauit illum Iesus, dicens; Obmutesce, & exi ab eo. Vnde Marc. 1. & Luc. 4. concludunt, dicentes, Iesus non sinebat Dæmonia loqui; quare si Dominus veritatem fatentibus silentium imposuit, quanto magis nos idem studere debemus? Nec est dicendum, quod huic veritati obsteret illud. Marc. 5. de Christo interrogante, quod nomen est tibi? quia si responsum Dæmonis consideremus, dicentis; est mihi nomen legio factum (fauente Deo) aperiemus; sed quia quæcunque scripta sunt, ut ait Apost. ad nostram doctrinam scripta sunt, ob id Christus, Dæmonem interrogavit, non, ut ignarus, sed duabus potissimum de causis. Primo, ut ipse confiteretur suam pestem. Secundo, hoc fecit ad nostram doctrinam, quia si Christo mentitus est (ipso permittente) sciendum nobis est, quod, & nos sua malitia deciper. Quod autem Dæmonis responso, dicentis, est mihi nomen legio, falsa sit, probatur; quia, aut respondit secundum nomen suæ naturæ, aut sui officij. Primo modo, falsum est, cum sub nomine naturæ, omnes spiritus vocentur. Secundo modo, certum est, quod ab officio diversimodè nominantur, & tunc A dicuntur Angeli, idest, Missi.

Ad propositum ergo, Dæmon respondens Christo, est mihi nomen legio, non respondit veritati, cum legio sit multitudo Spirituum, quæ in se non habet nomen, sed multitudinis: officium enim est, quod, quemque pro conditione sita personæ, facere decet, obseruata locorum, temporum, & personarum ratione. Sancti tandem omnes, non loquitione, sed fide, & charitate Dæmones calcarunt.

Probatur ultimo auctoritate Augusti. Dæmon, qui semper intendit hominum perditionem, aliquando vera dicit, ut assuecat homines ad credendum, in damnationem animarum suarum, & sic currentes ad Dæmones, vel eis fidem præbentes, non habeant potestatem preseruari à fallacia

fallacia maledicti. Cum Deus derelinquit eos in manu inimici, ad quem configere consueuerunt. Orig. super Ezech. Serpens est hostis contrarius veritati. Athan. & Chrysost. Conc. 2. de Lazaro, prohibuit Christus Dæmones loqui, & compesciebat eorum sermones, quamvis vera faterentur, tūm propter exemplum, ut nos etiam assueficeret, non curare talia, quamvis vera loqui videantur, tūm etiam quia, non oportebat eos surripere officij Apostolici gloriam, cum non sit speciosa laus in ore peccatoris.

Notent igitur Exorcistæ, qui per Dæmones student veritatem inquirere, sacra exponere, & divina loqui. Potest tamen aliquid inquiri à Dæmoni sponte occurrente, per C modum transiuntis, & hoc ad imminentem utilitatem proximi, vel forte ex speciali reuelatione Divina aduenient, & tūc semper hostiliter se habere debet. Adhuc sedum tamen, & certò sciendum, quod, & si Dæmonlicita, & vera fateatur, nihilominus tamen eius voluntati, non est adhuc herendum, nihilque faciendum de his, quæ nobis suaderet, in dæmonis voluntate est contemenda. Et hoc docetur a Iesu Christo; qui in deserto à Dæmoni susus, ut de lapidibus panem faceret, eius voluntatem contempfit. Ut nos doceret Dæmonis voluntati non esse obtemperandum. August. de verbis Domini, Serm. 1. i. Super Ioan. probat sic dicit. Nō fecit Iesus panem de lapidibus, ut voluntatem contemneret tentatoris, aliter enim non vincitur tentator, nisi contemparatur. Et ad hoc pugnat Imperator, ut milites discant. Nec obstat illud Marc. 5. Quando Dominus, Dæmonibus petentibus, permisit intrare porcos, quia, ut ait Chrysost. in Homil. 19. in Mattheo permisit Dæmones ire in porcos, nō persuasus ab eis, sed primo, ut instruerat magnitudinem in documenti Dæmoni, qui nobis insidiantur. Secundo, ut omnes discerent, quod, nec aduersus porcos auderent aliquid facere, nisi ipse consentisset, ac permisisset. Tertiò, quia grauiora essent operati, nisi Divina prouidentia illos prohibuisset, teste etiam experientia rerum magistra, quia astutissimus ille Serpens (mihi credite fratres) reasumit vires, & lætatur in Exorcistarum C de-

A deceptione, & cum permittunt eum loqui, loquutione sua plurimos decipit Exorcistas, & ad peccata multos inducit. Cum ergo nulla temporalis utilitas comparari possit detimento spiritualis salutis, quae imminet ex loquitione, & inquisitione, præcipue occulorum, per Dæmones silentium est illis imponendum.

Tamen notandum est, quod si Dæmon potest astringi in nomine Iesu ad fugam parandam à fortiori eadē virtute, & potestate potest astringi ad veritatem confitendam. Et sic restric*tio*nē concedendum est Exorcistam postpositis, curiositatibus in fide, & humilitate tantummodo interrogare posse Dæmonem de tribus. Primo, vbi sit caput maleficij, quando adest Maleficium, & ad di^ctam veritatem habendam opus arduum mihi videtur. Secundo, per cuius Sancti merita, & in quo loco sacro sit B exiturus. Tertio, interroget de die sui exitus, & hora, & tunc Exorcista perseveranter arcere tenetur Dæmonem præceptis ad extorquendam veritatem. Cum vero Dæmon dixerit tē velle tali die præcisē exire, maledicēt ille positis manibus super Crucifixum iurēt, secundum formam scriptam, tunc Exorcista omni mora postposita intimabit Dæmoni primum peremptorium. Altera vero die Spiritus ratificet iuramentum ante Sanctissimum Sacramentum Eucharistie, positis manibus super tabernaculum, & cetera, qua ratificatione facta, statim habeat Exorcista ignem, habeat & fumigationem benedictam ad torquentos Dæmones, & denuo serpens in tormentis C illud ratificabit. Tertiavē die, qua erit dies exitus, per tres horas saltē ante horam præcisā sui exitus Exorcista Dæmonem affligat Exorcismis efficacissimis; approquinquante autem hora, faciat illi tertium peremptorium ante Sanctissimam Eucharistiam cum Exorcismis ibidem notatis, ac omnia sequatur, ut suo loco, &c.

DE ASTVTIIS DÆMONVM præcipuis.

DOCTRINA SEPTIMA.

Dæmon, Qui in insidiis semper nouus est, ante, & A post coniurationem, imò in ipsius actu, multis virtute calliditatibus. Primo. Vbi Dominus permisit illi alicuius corporis ingredī, ne ibi esse cognoscatur, sepiissimè morbos inducit, signaque, & accidentia illius morbi dat, ita vt Medici ipsi decipiantur, credentes ipsam infirmitatem verè meram naturalem, & non diabolicam esse. Item, creaturam vexatam, sacra, orationes, signum Crucis, actusque virtutem, humilitatis deuotionis, & similiū aliquando facere permittit: Imò, quod magis est, ipse astutus aliqua Sancta dicit, & sic ouina pelle inducas, non cognoscitur, attamen in ea perseverare non potest. Insuper, cum Exorcista eum esse Diabolum cognoscit, familiares, & amicos Demoniaci, ne illi cura adhibetur, inducit ad credendum in illo humorem potius, quam Diabolum esse. Simulat etiam se fatuum, & ignorantem, & ab actionibus supranaturalibus se abstinet, ne cognoscatur. Cum autem omnibus notum est, ipsum adesse, ne remedia applicentur, & ne ad coniurationem adducantur, procurat impedimenta diuersa. In coniuratione, diuersas causas assert, vt Exorcistam inducat ad eum interrogandum, interrogatus vero respondere recusat, vel simulat veritatem fateri nō posse, & verba dat Exorcista, vt teneat eum in spe veritatis habenda, quapropter, s^epē sic impune evadit. Aliquando Dæmon veritatem narrat, C vel aliqua facere videatur, coactus propter Exorcista vita bonitatem, ad hoc, vt eum inani gloria inflat. Interiori suggestione s^epē Dæmones dicūt Dæmonizco, quid sunt facturi, & ostendunt se habituros ipsius corporis curā, & defensione, vt paulatim se credibilem præbeat. In coniuratione s^epē fingunt, se nullum sentire dolorem, nec dant

signa terroris, licet affligantur, & tacendo demonstrant se admodum fortes, vt affligant animum Exorcista, qui de misso animo fit tepidus, & quandoque, quæ ipsi Dæmones minus metuunt, valde pertimescere fingunt. Accidit aliquando, vt creaturam obsecram agitant, ac prosternant. Ut eam crucient, & Exorcistam à coniuratione amoueant, vt ipsi creature openi praestent. Stridores emitunt, vt interpellant coniurantem, vel iocantur, multaque iocatoria propoununt, vt concident risum, & tunc, quando abundantiunt, sunt magis cauendi. Diuinam Scripturam exponunt, vt haereticorum sautores, & de ea loquuntur, dicente Datio Patre Ambrosio, super Luc. Quod de ipsis diuinis Scripturis laqueos fidelibus parant, non vt doceant, sed vt decipiant. Quandoque latirant, & creaturam tanquam liberam relinquent, ad hoc, vt Exorcista coniurationi finem imponat.

Quando Exorcismis torquentur, promittunt, & iurant in crastinū velle exire, data hora, & signo, ita quod inducunt Exorcistam, ad terminandam coniurationem. Item Aturpia dicunt, & Exorcistam, & altantes infamant, vt terribili, vterius curam de vexato, nō habeant, sèpè etiam aliquam personam de tali maleficio ream faciunt, & dant signa aliqua, vt inducant ad credendū, & hoc sit, vt inde scandalū deueniant. Somnum in vexato inducunt, in quo aliquam visionem sanctam ostendunt, ac dicunt esse liberatum, & tamen ipsi Dæmones latitant. Male loquuntur de Catholica fide, dicentes, se esse animas aliquorum errantes, vt confirmant errorem Gentilium, sicut in Simone Mago, qui illudebatur à Dæmons, credens suas Magicas operationes fieri per animam pueri ab eo imperfecti, aut quod ardebat amore inter Seraphim, vel quod Christus eos fugere non potest; vel lugent, dicentes: Dolemus de peccatis commissis, & nō parcit nobis Deus, eo quia iniurias est, ac alias similia, & vt altantes credat eos deprecantur, & supplicant, vt orent, eleemosynas erogent, quibus etiam apparétiis rationibus ornát proposita, vt in mente simplicium permaneant. Sed tunc Exorcista, astantibus ipso-

ipsorum falsitatem detegat, & quidquid sancta Catholica Ecclesia sentit a periat, & declarat. Aliquando videntur manibus Exorcistam percutere, licet eum, non attingant, & dicunt, est nobis concessa facultas super te, vt in aliquis bus iudicium aliquod perpetrent. Laçiuè intuentur Exorcistam, & iungere dexteram dexteræ, vel pedem pedi, procurant, & alios huiusmodi actus faciunt, vt eum ad impudica incident. Ante Sanctissimam Eucharistiam, quietos stant, vt hac de re admirati astantes, dicant, illos quietos stare ante Christum, sed è contra, accidit, quia signum est timoris, nam famulus ante Regem, & Dominum suum, etiam inutò, eum timet, & colit. Post coniurationem, multoties deletabilia, & curiosa familiaribus proponunt, & ad inuicem facta, tam propria, quam aliena communica inducunt, & sic familiares facti, Dæmoniacū, prout volunt, regunt, ac ipsi dominantur, loquentes per os eius sèpissimè: Subiuntur domum, ac volunt sibi obedientiam praestari. Quare multa mala euenire solent inique Dementem Dæmoniaci, & familiarium inducunt, alter liberari non posse, nisi per Maleficos. Et vt uno verbo concludam, infinitis (vt vinctant, & animas perdant) vtuntur astutiis, quas practicando in dies cognoscere licebit.

De Qualitatibus Exorcistæ, & de necessarijs in Coniuratione.

DOCTRINA OCTAVA.

Dæmonum fugatio à corporibus obsecris miraculum A est, quia sit præter ordinem totius naturæ creatarum, & nō ab alio, quam à solo Deo fieri potest. Quocirca bellator Exorcista se ipsum cognoscat, infirmum, & debilem, Pugnaturum cum antiquo hoste fortis, & astuto, & ideo non ferro, sed fide debet esse munitus, virtutum etiam munimine, & mandatorum Dei obseruatione, nec in se metipso, sed in Altissimi misericordia, & in virtute, & po-

teitate Christi spem habere debet, docente Petro. Act. Apost. vii. Israelitæ, quid miramini in hoc, aut nos quid intuemini, quasi nostra virtute, aut potestate fecerimus hunc ambulare? sed in nomine Iesu Christi Nazareni. Exorcista nihil dat de suo, sed simplex est Minister, iuxta illud Apost. i. Cor. 3. Ego plantavi, Apollo rigauit, Deus B autem incrementum dedit, neque qui plantat, neque qui rigat est aliquid, sed qui incrementum dat, Deus. Iuxta ergo potestatem datam à Christo, Luc. 10. Dedi vobis potestatem calcandi supra Serpentes, & Scorpiones, & supra omnem virtutem inimici. Exorcista Dæmones coniurâte in nomine Iesu Christi, ac Sanctæ Ecclesiæ, ne ipsi nobis noceant spiritualiter, nec corporaliter, ipso etiam orante, C per custodiam Angelorum, assentientium, & per auxilium Diuinæ gratiæ, ab aliquo Angelo à Deo misso, fugatur Dæmon. Tob. cap. 8. ad fugandum Dæmonem, Tobias protulit de cassilið suo partem ictoris, posuitque eam super carbones viuos, tunc dicit Scriptura. Raphael Angelus apprehendit Dæmonium, & reliquit illud in deserto superioris Ægypti.

Exorcista, sit Sacerdos, quia Dæmones dignitatem ipsam valde abhorrent, & sepe timentes fugiunt. Sit præterea ieuniis, & orationi, tam vocali, quam mentali assidue deditus. Nam legitur, quod tanta est eorum virtus, ut quod facere nō potuerunt Apostoli, facturum erat per ieunium, & orationem, dicente Christo. Hoc genus Dæmoniorum, non ericitur, nisi in ieunio, & oratione. Sed sciendum est, quod ieunium, ut ait Ven. Beda, non intellexit solum abstinentia ciborum, sed & cunctarum illecebrarum carnalium, & omnium vitiiorum. August. ad Eremitas serm. de ieunio. Ieunium est debita satisfactio cunctorum membrorum,

Sic etiam de Oratione exponit Beda. Non in verbis soli est Oratio, quibus diuinam Clementiam inuocamus, verum etiam in omnibus, que ad obsequium nostri Conditoris fidei deuotione gerimus. Sit præterea Exorcista in disciplinis, & ciliis sollicitus. David Psal. 34. Ego autem cum

cum mihi molesti essent (hoc est Diaboli) inaduebam me Cilicio. Sit in humilitate profundus, nam maledictus ille in superbia, & astutiis pugnat: & tu in humilitate, & simplicitate vince, quia contraria contrariis curantur. Sit ad A Dæmonis levitatem, & agitationes constantissimus, non curiosus, non personarum acceptor, vt potius mulierem quam virum, iuuenem quam senem, diuitem, quam pauperem, speciosam, quam deformem exorcizare velit. Non sit inanis gloria cupidus, ne (sicet Pharisæi) magis hominum, quam Dei gloriam querat. Quia de eo dicitur, recipi mercede tuam; Sed more Christi querentis gloriam eius, qui eum miserat, sic Exorcista eius querat gloriam, à quo habet dignitatem, & gratiam. Nulla causa moueat, nisi propter Dei gloriam, & proximi salutem, & dicat: Non nobis Domine, non nobis: sed nominis tuo da gloriam. Affirmante Christo, nolite gaudere, quia Dæmonia subiiciuntur vobis, sed gaudete, quia nomina vestra B scripta sunt in Cœlis. Vnde, quia Petrus dixit, etiam si oportuerit me mori tecum, non te negabo, per solum spii amoris studium, non adhibito Dæmoni auxilio, stare non potuit, quapropter in tanti miraculi consummatione, nobis opus est diuino auxilio, cum ipse Dominus Ioan. 15. dicat, Sine me nihil potestis facere.

Sit etiam Exorcista coactus mente, & in cunctis sensibus mortificatus, præcipue verò in duplice fide radicatus, & primum, in indubitate, & integra Catholica fide, sine qua, nec in hoc seculo quidquam iustificationis, nec in futuro vitâ possidebit æternâ. Nemo igitur à fide aberrans exorcizet, nec cù Dæmonibus iocetur, ne ei enueniat steti exorcitis Iudeis, inter quos exiliens homo, qui habebat Dæmonium pestinum, inuulpi Dæmon contra eos; C ita vt nudi, & vulnerati effugerunt. Act. Apost. 19. Secundò, habeat fidem, quæ cōfidentia dicitur, de qua ait Dominus Iesus. Mat. & Luc. 17. Si habueritis tantâ fidem quantum granum Sinapis, dicetis huic Monti transi hinc illuc, & transibit, & nihil impossibile erit vobis, qua fide armati, Sancti, non solum Montes transtulerunt, & Dæmones

fugauerunt, sed & mortuos ad vitam reuocarunt; aliaque mirabilia in nomine Iesu Christi sunt operati. Et quia fides sine operibus mortua est; ideo fungatur charitatis officio, de qua Apost. i. Cor. 13. Si linguis hominū loquaris & Angelorum, si habuero Prophetiam, & nouero mystria omnia, & omnem scientiā, & si habuero omnē fidem, D ita vt moites transferam, & si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeat. Charitas autem Dei hæc est. Teste Ioan. i. cap. 4. vt mandata eius custodiamus, sic & David pulsante Citharam obseruationis Diuinæ legis, recedebat Dæmon à Saule, quia dicitur Dæmon adesse per infestationem, absētē vero per quietem, eodem modo Exorcista in vnitate legis, hoc est, in obseruatione præceptorum Dei, id est, in charitate fugabat Dæmones, quæ quidem charitas sine spe mercedis exercenda est, quia sicut in charitate nihil vñquam mali, sic & in avaritia nihil vñquam boni pterer inueniri. Ob id Dominus eiecit de Templo ementes, & A vendentes Columbas, quia non est venalis: Qui ergo in corde suo qualemcunque fauillam avaritiae compererit, Christo adiuuante, eradicet, quia aliter non reportabit de inimico triumphum. i. Regum 8. Acceperunt munera, & peruerterunt iudicium. Nam si munera acceperis, illi obligaris, ex quo multa mala exoriri consueuerunt. Hoc potest confirmari exemplo, & auctoritate Thob. 12. Quādo vnā cum filio voluit dare viro Sancto, id est, Angelo Raphaeli, medietatem de omnibus, quæ tulerant pro Dæmonio fugato, & cæteris beneficiis, ille noluit accipere, sed dixit, Benedicite Deum Cœli, & coram omnibus viuentibus confitemini illi, quia fecit vobiscum misericordiam suam. B Confirmatur etiam auctoritate, quia docet Dominus, quando Discipulis suis dedit potestatem super Spiritus immundos & omnem languorem, Matth. 10. dicens. Infirmos curate, Dæmones elcite, gratis accepistis, gratis date. Dominus autem, qui est omnium remunerator bonorum, centuplum retribuet in resurrectione iustorum.

Exorcista, non mente abstractus, non negotiis impeditus accedat, nec ipsum coniurate piceat, nec cōiurationem breuiter, sed patienter terminet. Super omnia autem studeat, ne Dæmon aliquid obtineat, quia calidissimus Serpens, si vīctor semel extiterit, in cunctis vīctoriam reportabit. Nam, à quo quis superatur, eius seruus efficitur. Ecce, exemplum ad rem, non tacendum. In dicta Ciuitate G Penarum, tempore coniurationis terminandæ, videbam Dæmones rebelles, nolentes Sacerdotibus cedere, & dum tante prauitatis causam inquirerem, ne phandum dictu inueni, nam aliqui Exorcistarum volentes Coniurationi finem imponere, deprecabantur Dæmones, vt crederent ipsi, videntes, quod vīctoriam de Exorcistis, reportabant, nemini ultra in nomine Iesu præcipienti obediebant, quod quidem mihi ipsi accidit, dum in Ecclesia maiori Dæmonem coniurarem, qui Mulierem quandam Isabellam nomine, affligebat, præsente Reuerendis. Domino Joanne Baptista de Benedictis, Ophydani ipius Cuiatis Episcopo, astante simul Clero, & Populo. In fine coniurationis ego præcipiēs Dæmoni in nomine Iesu, vt in vngulatum mortiferam digitis parui sinistri pedis descendere, vt ipsa D paupercula, liberè sua naturalia exercere posset. Respondit Dæmon, hoc non faciam, nisi benignè postulaueris. Ego, his auditis, in nomine Iesu ille in superbia, simul diu contendentes, sperabat nequissimus vīctoriam addebat. n. afflīcta Mulieri granulosos cruciatus, & mihi post longū tempus, nō parum laetitudinis impartiebatur. Ego, qui reuera, satis fatigatus eram, cum per horas duas, vt cederet, supra alias quinque pugnauissim, eleuatis oculis ad Sanctissimum Sacramentum super Altare positum, Deo inspirante, Tabernaculum, in quo Sanctissima Eucharistia erat reposita, accepi, pohensque supra Dæmoniacæ caput, firma fide, ac alta voce multoties exclamauit. Misericordia Signore. Respondetibus tūdem Episcopo, Clericis, & Populo: Tādem summa omnium admiratione cessit, ac obedientiam præbuit. Et sic, non vīctor, sed vīctus, succubuit. Exorcista coniuratrus, à Litaniis semper incipiat, vt mul-

multiplicatis intercessoribus, gratia largiatur. Quia, effica-
cior, non legitur. Coniuratio, quā Sanctissimę Trinitatis,
B. Marię Virginis, ac omnium Sanctorum inuocatio. Re-
petat multo illa præcipue, quæ scit Dæmonem abhor-
rere, siue Sanctorum nomina, siue Mysteria fuerint, & ne
decipiatur, sciat. Quid ex aliqua de his tribus circumstan-
tibus cognoscet, an Dæmon timeat, nec ne. Primo, si mira-
bilis virtutis erit Mysterium. Secundo, si Sanctus nominatu-
sus sit particularis aduocatus, vel mirabilia pro Iesu Chri-
sti fide operatus fuerit, & à fideliþus mirificè colatur.

Tertio. Si de Dæmonis terrore certiorem eum fecerit
Dæmoniacus. Nam ipse cognoscet Dæmonem pauentem,
quia à timore compulsus, debilitatur, & per diuersas par-
tes corporis aufugit. Intendat Exorcista coniurate Dæmo-
nes principales, & præfertim vexates, & omnes simul au-
xilium præstantes. Cogat Dæmonem principale ad dan-
dum signum supernaturale de recessu suo pro signo libe-

C rationis, sine aliquius læsione. Et licet Dæmon possit dare
signum, & tamen reuinere in corpore. Iultus nihil omni-
nus Deus non permittit, vt à Dæmonē Ministri sui legiti-
mè certantes in aliquo decipientur. Quoties hoc signum
Crucis  inueniterit, scriptum, in fronte signabit Dæmo-
niacum, nisi alter faciendum legerit. Cum tamen foemini-
nas erit signaturus, videat, ne eas tangat propter Dæmo-
nis astutas, nam serpens ille, signum potius quam tactum
pertimescit. Non permittr Exorcista, dum coniurat alios
adesse Dæmoniacos. Nam mihi euenit in supradicta ciu-
itate Penarum, vt dum in Aedibus Sancti Francisci extra
Vrbis mœnia, Dæmoniacum coniurarem, illa Dæmonem,
in summitate linguae afflictum, viribusque euidenter fra-
ctum cognoscens, oculis ad Sanctissimā Eucharistiam su-

D Per Altare positam, eleuatis manibus extensis, cum lachry-
mis clamabat, Misericordia mei dulcissime Iesu, & dum reple-
ti gudio astantes deuotissimè orarent, & ego in fide per-
feuerarem, occurserunt alijs Dæmoniaci, in quorum stri-
doribus resonabat Ecclesia, ac eorum unus procidens, ado-
rauit Maledictum, quem in duello tenebam, qua actione,
illico

illec cunctis cognoscentibus, Serpens vires reassumpsit.
Est quoque aduertendum, vt non adsint homines curiosi,
& peccatores, hoc docente Christo, Marc. 7. Qui appre-
hendens hominem mutum, & surdum, vtreum liberaret, de
Turba illum exemit. Sanaturus etiam, & resurrecturus
Archisagogi filiam mortuā, fecit Turbam tumultuan-
tem. Luc. 8. Idem fecit de aliis multis. Mar. 8. & hoc, quia A
Dæmones propter præsentiam suorum sequacium, augēt
vires. Sed assistant potius homines credentias, deuoti, &
sine intermissione orantes, vt legitur, quid quando refu-
scitauit Archisagogi filiam introierunt solūcum cum Iesu,
Petrus, Jacobus, & Ioannes, Pater, & Mater filia. Super om-
nia autem aduertat Exorcista, ne quemquam, & præcipue
Mulherem solam absque ullo astante, coniuret. Non gra-
uiter percutiat Dæmoniacos, vt quidam imperiti Exorcisti
solent, imò leuissimè tangat, & si aliter fecerit, Exorcista B
vna cum Diabolo ad perditionem corporum tendet.
Nam Dæmon: cū sit incorporeus, ac natura nobilissimus,
actus irrisorios, & non tactum timet parturatione dicendum
est, de fumigationibus Sulphuris. Asse fetide, & similium,
quæ caput, oculos, ac cerebrum maximè ledunt, morbos
producere possunt, & ipsum Dæmoniacū valde affligunt,
sed cum similes fumigations exēcere contigerit, vt Dæ-
monibus poena augetur, reprobantes Tartari crucia-
tus, fiant procul studio veritatis extorquenda à Dæmonē,
& quæ sub naribus Dæmoniaci fieri contigerit, sine aro-
matica, quæ cor, & cætera membra corroborent, & hu-
mores purgant. Sic igitur Exorcista hæc omnia edocet,
quæ hoc opus edocet, ne incassum elaboret.

Q V A E S I N T N E C E S S A R I A Exorcista, tempore Coniurationis.

C Um Coniurationem incipere voluerit Exorcista, habeat C
coadiutores, præcipue Religiosos, & statim Missa
expleta, Cotta, & Stola induitus, aliam habeat pro Dæmo-
naco. Habeat etiam Sanctorum Reliquias, Librum Exor-
cismorum

cismorum, Crucem, Aquam benedictam, cum aspersorio, Virgas Oliuarum benedictas, figurasque Dæmonum, & eorum nominum schedulas inferius notatas. Habeat item materiam duplicis fumigationis; ut infra, ac aliam, quæ possit igne resolu in guttas, vt puta toccatum porcorum, vel huiusmodi, vt ipsas imaginas instillet suo loco, & tempore. Habeat insuper sedilia, vt ipsemet, & Dæmoniacus tempore debito fedeant. Tum lampadam acepsam, cuius extinctionis signum detur Dæmoni, in indicium sui existens: Possunt tamen similes signa dari arbitrio ipsius Exorcista sive publica, sive secreta fuerint. Sulphurata benedicta secū tenet, vt si Serpens ille, in Dæmoniaco somnum induxit arctum, & profundum, ea acepsa, pónat sub naribus Dæmoniaci, vt à somno excitetur. Sunt præterea omnia parata, quæ requiruntur circa expositionem Santissimæ Eucharistie, vt si opus fuerit, illum exponere, ea sint sine strepitu, & tumultu in promptu.

De qualitatibus Dæmoniaci, & qua cura sit circa eum habenda.

D O C T R I N A N O N A.

AD Dæmoniacus, Iuxta illud Iesu Christi. Marc. 7. Qui in liberatione Dæmoniaci, surdi, & muti suspiciens Cœlum ingemuit, Non quia necessarium haberet gemitū, qui dabant, quod postulabat, vt ait Greg. Hom. 10. in Ezecl. Sed, vt nos, coram eo gemitum, qui Celo præsidet, docuit, querat liberationem à Domino Deo nostro, vt inueniar, petat, vt accipiatur: pulsus, vt aperiatur. Ipse vero Pater cœlestis, qui ad correctionem flagellat, & non ad damnationem, iuxta illius indigentiam, & salutem retribuet, & quid dare vult, multoties differt: tum, quia, desideria dilatione crescunt, tum etiam, ne vilescat citio datur. Ad hoc autem obtinendum, oportet renunciare pompas, vanitates, & cuncta Sathanæ opera, vt proficiat de virtute in virtutem, si-

cut

cut dictu est de qualitatibus Exorcista. Super omnia autem habeat fidem, de qua legitur, quod Dominus Iesus, in patria sua, nisi paucos curauit infirmos, & non poterat ibi aliquid virtutis operari propter incredulitatem eorum. Quod & Marc. 6. Matt. 17. & Luc. 9. probant, de Dæmones, hominem surdum, mutum, & lunaticum reddente, quem Discipuli euicere non potuerunt, propter voxati incredulitatem. Vnde ad propositum dicit Ven. Beda, quod impossibilitas curandi, non ad imbecillitatem curantium, sed ad eorum, qui curandi sunt fidem referatur. Idem cognoscitur ex verbis Domini, qui in cunctis curationibus dicebat, creditis. Fiat tibi sicut credidisti, fides tua te salvum fecit: Magna est fides tua, & similia. Si fortè Dæmon ad aliquod particulare vitium, vexatum inclinat, ipse apprehendat virtutem repugnacem, & vincat, excitet se ad amorem ardenter Iesu Christi cum humilitate, vt ipse imperet Diabolo in nomine Iesu Christi, vt obediatur, & quiescat, eum contemnet, eius actiones non timeat, & illi dominari in Christi potestate omnino procuret. Non delectetur, nec curat, sed doleat de loquitione, & motibus Dæmonis. Commercium cum curiosis, & aliis Dæmoniacis nequam habeat, sensus custodiatur, antequam ad coniurationem vadat, se reconciliet; & si Mulier est, deposito omni ornatu, se cooperiat. Dum coniuratur, mente oret Dæmoniacus, & si aliqua mysteria Dæmonem timere cognoverit, Exorcistam certiore faciat, qui in applicandis remediis sit sollicitus. Quia si tanta diligentia vltum Medici, & Parentes in alicuius infirmitate naturali, vt sanitatem ægrotus recipiat, vt die, noctuque peruvigilent, sumptibus, ac laboribus non parcentes, quanta in his Diabolicas infirmitatibus cura est habenda? Maledictus enim ille diuferis oblatulis procuravit, & coniurations, & remedia non applicentur. Idecirco peruvigiles sint, & diligenterissimi Exorcista, & Parentes in infidinis aduersarij superandis, vt sanitatem recipiat in pñfirmis, præcipue vero familiates, non dent verba Dæmoni, & aures, ac oculos ad eius verba, & actiones claudant, ne eos, sicut Euam seducat. Cum autem appli-

applicata fuerint remedia licita, & per triennium continuum sanitatem non obtinuerit, habetur infirmitas, maleficiata pro perpetua, quia legitur in C. fin. de frigd. & malef. & ibi Panor. nu. 1. Quod Honorius Teritus rescripsit, quod Maleficatus, si triennio continuo habitauerit cum vxore, & non potuerit consummare, ipsis coniugalibus cum teprima propinquorum manu firmantibus cum iuramento, Matrimonium separatur, & tunc sciat Dæmoniacus, q̄ ei expedit flagellari, iuxta illud Apołt. 2. Corint. 12. Datus est mihi stimulus carnis meæ Angelus Sathanæ, qui me colaphizet, propter quod ter Dominum rogauī, vt discederet a me, & dixit mihi. Sufficit tibi gratia mea, & super hoc dicit August. Ergo scias, si tu vult te sanare Deus, adhuc tibi expedit flagellari, ne a Leone deuoreris. Interrogatus Petrus, cur Petronillam eius filiam non sanaret, qui tantos curabat. Respondet. Quia sic expedit ei, dicente Apołt. virtus in infirmitate perficitur. Libenter igitur gloriarob in infirmitatibus meis, vt inhabet in me virtus Christi. Sic, & Dæmoniacus sustineat disciplinam æterni Patris cum omni patientia, vt non amittat Coelestem hereditatem, & dicat cum Job. Si bona de manu Domini suscepimus, cur non & mala sustineamus? Sicut Dominus placuit, ita factum est. Sit nomen Domini benedictum.

De signis demonstrantibus Demonem recessisse, & Maleficiūm esse destrūtūm.

DOCTRINA DECIMA.

A Primò, Demon fugiens dat signum supernaturale ab Exorcista sibi assignatum, vel per extinctionem luminis, vel alicuius rei fractionem, vel aliquid simile, vt legitur Marc. 5. de legione, quæ dum exiuit ab homine, ingressa est porcos, ne permittente Domino, & in Mare suffocati sunt.

Secundò, Exit Demon per os, nares, vel aures, in similitudine

tudinem flammæ igneæ, vel venti frigidissimi, vel alicuius bestiæ. Apołt. cap. 16. Vidi de ore Draconis, & de ore bestiæ, & de ore Pseudo Prophetæ spiritus tres immundos exire in modum ranarum.

Tertiò. Euantesunt Dæmones gradatim. Cypriat. Trac. B 4. de Idolorum vanitate, vel exiliunt statim, vel euantesunt gradatim, prout fides patientis adiuuat, aut gratia curantis aspirat.

Quartò. Demon per intestinā circumvit in similitudinem Pilæ donec exit per secessum.

Quintò. Euomunt Dæmones, vt docet experientia, non solum humores melancholicos, sed & capillos, & maiora, tamen maledicti ipsi multoties incautos Exorcistas decipiunt.

Sextò. Relinquunt hominem vi mortuum, vt habetur de Dæmoniaco surdo, & muto. Marc. 9. Exclamans, & multum discerpens eum, exiit ab eo. Vnde in Euangelio legitur, & factus est, sicut mortuus, ita vt multi dicent, quia mortuus est. Quare Dæmon hoc modo multos incautos Exorcistas decipit. Idcirco animaduertant, ne ipsos Serpens seducat, quia nisi cum primo, secundo, vel quinto signo, hoc sextum fuerit coniunctum, non erit Dæmoni credendum.

DE NON VULVIS NECESSARIO obseruandis.

DOCTRINA UNDECIMA.

Primò. Medicinalia, seu sensibilia possunt Dæmonia-
cis, & Maleficiatis applicari. Et licet haec sensibilia,
vt multoties dixi, in substantias incorporeas. s. Dæmones,
naturaliter omnino operari non possint, eorum tamen vexa-
tionē, vel leuidē redditum, vel si leuis fuerit, auferuntur, non
in Dæmonem, sed potius in vexatum operando. Quia haec
sensibilia adhibita se opponunt indispositioni, per Demo-
nem

nem introductæ vel dicendum. Quod sensibilia operantur in spiritu malo propter aliqua mysteria, quæ continent in se, vel quia sic placuit Altissimo, ad maiorem Dæmonum confusionem, & poenam. Nam concensus David expellens bat Spiritum malum à Saule Rege, Fumus iecoris piscis Thobia fugauit Asmodeum. Sancti patiter Martinus, Pacomus, & Hospitius ad hoc usi sunt pane, & oleo benedicto, & Sancta Monegunda uia est folio pampini viridis, & sputo. Ulterius, cum Dæmones in Maleficiis utantur his rebus, & mediis naturalibus, ut introducant infestations, quæ procedunt ab eisdem causis, à quibus procedunt pariter, & cætera infestations, & infirmitates naturales, licet maligniores sint, pari ratione dicendum. Quod proculdubio possunt applicari alia naturalia ad destruendum morbum contraria, & ad recuperandam sanitatem valida, cum contraria contrariis carent, eò magis, cum virtutem curandi his naturalibus dederit Deus.

C Secundo. Quia nonnulli Physici ab his nostris remediis discenti, fruolas rationes adducentes, legant Malleum Maleficarum, Problemata Iani Matthiæ Durantis Philosophi, qui circa hoc scripsérunt, quare obsecro, ut taistorum virorum doctrinis merito assentiantur, eò magis, cum ipsi met in similibus suis curis, sèpius experti sint, oleum, & operam perdere, licet remedia debita efficacissima praebant infirmis: & hoc euénit, quia Dæmones non permittunt sortiri talium medicamentorum effectus, tum quia humores, & morbos refouént, & causas augent, tum etiam, quia, cù homines, & hæc insensibilia sint inferioris virtutis Spirituum. Propterea non posunt destruere infirmitates has diabolicas virtute sua naturali, nisi talia dent Exorcistis, ut in eis infundant virtutem supernaturalem, vide dicet, benedictiones, & sic retinent fortiter virtutem medicamentorum, ut suum sortiantur effectum, suisq; Exorcismis, & benedictionibus Diabolicaum coarctent potestiam.

Tertio. Cum non sit ponenda manus in Messe aliena, idcirco Exorcista omnino obseruent, ne infra scripta, nec alia medicamenta corporalia alicui tribuant inconsulto

Physico, cuius proprium est cognoscere morborum, & eius speciem, robur, debitatem, temperiem naturalem, ætatem, mores, sitū, magnitudinem, intentionemque, sensuum proprietatem, & externa omnia; quæ hominem afflidunt, ut tempus, regionem, medicamentorum ditteritatem, &c cætera: Idcirco pro cura horum morborum, Exorcista, & Medicus eiusdem sint sententiæ, ut eorum alter remediis naturalibus, alter spiritualibus, id est benedictionibus, & exorcismis aprouent Maleficia, & Daemones expellant, Quod si aliter fuerit, Exorcista absque dubio periclitabitur, ut ipse vidi aliquos Exorcistas sine conflito Physicorum homines occidisse, in eorum conscientiæ maximum detrimentum.

Quarto. Sciant Exorcistæ, quod sicut Christus instituit Sacramenta, & Ecclesia Sancta constituit, ut uirginum quodque Sacramentum constet ex materia, forma, & intentione Ministri, sic Diabolus, qui ab initio studuit se Deo æquiparare, & ipsi Ecclesia Sancta, susque institutis semper repugnare intendit, ex diuerso Diabolicas artes suas, ex materia, forma, & intentione Ministri instruit: B Pro materia virutis his rebus corporalibus, pro forma, verbis, & invocationibus à Maleficio prolati; pro Ministro, ipsi sacerdoti Maleficis, quorum intentio est, hominibus detruitum inferre, secundum eorum intentionem. Et sicut Deus in Santissimis Sacramentis infundit gratiam. Sic è contra Diabolus perditionem, quæ omnia ad perpetrandum Maleficium sunt sub quadam constellatione, propter quod hoc observatione dignum adiudicauit, ut ipsa creatura vexata diligenter interrogetur de die & hora, qua senserit se male habere, & cum veritas, ex his pululauerit, statim Exorcista perquirat, & cognoscat, quænam Constellatione tunc temporis regnaret, cù quo signo se coniungeret, & an foret crescente Luna, nec ne, cum cæris concurrentiis, & cum ipsa Constellatione devoluta, fuerit ad eundem cursum, dentur tunc præcipue Maleficis dicta, & cætera remedia; instrumentaque maleficialia, & quæ in lectis, & extra inueniuntur. Eodem tempore C D in-

inuenta comburantur; Nam aliqua Maleficia, licet, non omnia, contra vim generatiuam facta, sic edoctus destruxi, regnante signo Mattis, crescente Luna, sed cum decursu, & constellationum effectu nihil apud me sit, secundum indigentias, & occurrentes necessitates, Consule Mathematicos, ubi recte concludendum censes.

DE REMEDIIS VNICVLO VE xato admodum necessarijs.

DOCTRINA DVODECIMA.

AQuodmodo sanabuntur pauperes Dæmoniaci, & Maleficiati, cum permissiones Diuinæ iustæ sint, & peccata nostra in dies crescant nimis? Cum fides, & religiosa pietas (heu miseri) in Exorcistis præcipue, & Energumenis his nostris temporibus valde frigescat, & in remediis aggregandis, ita inertes sint Parentes? Vnde non mirum, si oleum, & operam perdunt, affirmantibus Thom. & Bonavent. sic. Maleficium ita est perpetuum, quod non potest habere humanum remedium, quapropter, duo notantur.

Primum. Quid liberatio in manu Dei consistit, his verbis. Non potest habere humanum remedium. Secundum. Quid sit infirmitas incurabilis, ibi, perpetuum: & hoc quia non solù refrigescit fides, & charitas, sed etiam, quia Dæmoniaci ad præcantatores, ad sortilegos recurrent, & vanitatis remedia, ut plurimum applicant, & miscentes Christi signum cum Diabolo, dicunt; Non liberat nos Christus, nescientes, quod Dominus, non vult communionem, nec Diaboli consortium, sed solus possidere vult, quod pretioso eius sanguine redemit, & sic iratus Deus, totum Diabolo relinquunt, vt teneat quod habet. Hæc igitur est potissima causa, quod Dæmoniaci, & Maleficiati non liberantur, nihilominus tamen Deo adiuuante, bono, & cōstanti animo esse debent, quia duo sunt medicamentorum

torum genera eodem tempore applicanda, spiritualia, scilicet, & corporalia. Et quia Dæmones sunt inimici spirituales, sic principaliter modo subsequenti sunt expugnandi.

Primum, ergo uniuersale remedium est contritio, & ideo Dæmoniacus doleat de omnibus peccatis commissis, & amaro fletu sèpè lauet maculas animæ suæ, vt ait David Psal.6. Lauabo per singulas noctes, hoc est, per singula peccata lectum meum, hoc est, conscientiam, lachrymis meis stratum meum rigabo.

Secundum. Est Sacramentalis confessio, quare confitetur integrè omnia peccata sua, generali confessione, in qua est adhibenda diligentia, & præcipue circa censuras, superstitiones, & circa aliquod inueteratum peccatum, vel alicuius peccati non confessi.

Tertium est refectio Sanctissimi Sacramenti Eucharistie, quæ dari debet omnibus Dæmoniacis (modò sint rationis capaces), iuxta Sacrorum Canonum dispositionem, & Ecclesie Sanctæ vslum) toties quoties in Domini nostri Iesu Christi amore succensi fuerint, ita vt, non solum Sacramentum, sed & Sacramenti virtutem sint recepturi, præsertim diebus, in quibus Dæmoniaci coniurantur, in fine tamen coniurationis, & hoc propter tria. Primo, quia in coniuracione, & spuma, & vomitus sèpè accidere solent. Secundo, quia Dæmon laetus coniuracione premissa, superueniente refectione corporis Domini nostri Iesu Christi, aufugit.

Tertio, quia in coniuracione Dæmoniacus à Læmone agitat, per refectiōem Sanctissimæ Eucharistie restauratur, & consulatur. Aduertat tamen prudens Exorcista, ne hunc cibum diuinum tradat his, qui à Dæmoniis, pro aliquo proprio peccato torquentur, vel à multitudine peccatorum grauantur, vel his, qui de facili reddituri sunt ad vomitum.

Quartum est, continuum ieunium, & Oratio, de ieunio legitur, quod eius salua fugat Serpentem, & Sanctus ieunans totam Quadragesimam eiecit Dæmonem, quem

prius fugare non poterat, & (vt superius dixi;) Tanta est B ieuniis virtus, vt quod facere nō potuerunt Apostoli, erat facturum ieunium, & oratio similiter, dicente Domino. Hoc genus Dæmoniorum non eiicitur nisi in ieunio, & oratione. Ieunet igitur Dæmoniacus quantum valetudo permittit, & ipse Exorcista. Fiant quoque orationes, & ieunia à familiaribus, & personis deuotis, & humilibus, præsertim à Religiosis, ita quod quotidie aliquis sit ieunans. Humilium enim, & mansuetorum semper Deo placuit deprecatione, & ieunium; orabunt autem duplci oratione: mentali scilicet, & vocali, pro mentali oratione, semel saltē in die meditentur, quanta bona triumphi C omnipotens Deus nobis contulerit. Nam nos ad imaginem, & similitudinem suam creauit, & vt de Diabolī Tyrannide nos eriperet, homo factus est nobiscum conuertitus prædicans, & Euangelizans Regnum Dei, & tandem captus, illusus, consputus, flagellatus, spinis coronatus, & pro nobis peccatoribus ignominiosè est cruci affixus. Hoc idem docebat Sanctus Antonius, qui docens Discipulos suos, quibus armis vinceretur Dæmon; Mihi credite (dicebat) fratres, pertimescit Dæmon Piorum vigilias, orationes, ieunia, voluntariam paupertatem, misericordiam, & humilitatem, maximè vero ardente amorem in Christum Dominum, cuius unico Sanctissimæ Crucis D signo debilitatus, aufugit. Pro vocali verò oratione quotidie orent secundum uniuscuiusque devotionem Beatam Mariam Virginem, Aduocatum suum, & multiplicatis intercessoribus accipient, quod petunt. Eleemosynas erogent, & alia id generis opera conficiant.

Quintum est; Locorum, & Sanctorum corporum visitatio; Sunt igitur diuersa deuota loca, & Sanctorum reliquias, & corpora visitanda, & ubi Dæmon cognoscitur expauefcere, illa assidue sunt frequentanda.

Sextum est; Reliquiarum, vel alicuius rei benedictæ, & orationi superpositio. Nam Dæmones virtutem sentientes, ex sacris, vel ex Sanctorum corporibus emanantem, pauidi ab eorum conspectu fugiunt, vt legitur hoc acci-

disse

disse in vita Machabæorū. Et Sanctus Stephanus Presbyter Constantinopolitanus, per impositionem Sanctissimæ Eucharistiae capiti cuiusdam Mulieris, fugauit Dæmonem proteruum, illam vexantem. Legitur etiam de S. Bernardo, quod non potuit liberare hominem vexatum, nisi per applicationem unius orationis, nam spiritus ille maledictus non poterat sufferre conspectum Bernardi, & inde aufugiebat, sed reuertebatur, Sanctus tamen id animaduertens, applicuit Dæmoniaco orationem, sic vterius Dæmon non est reuersus. Impositio quoque manuum sacrarum cum benedictione, non solum fugat Dæmonem, sed quod magis est, ponit obicem, ne egressus Dæmon iterum redire posset, vt patet de Muliere habente Spiritu infirmitatis per annos decem, & octo. Luc. 13. quam cum vidisset Iesus imposuit illi manus, & confessim erecta est, & glorificabat Deum. B

Septimum est, inquisitio; diligentissimè enim sunt inquirenda ottium liminaria, & omnes Anguli domus, & præcipue loci, in quibus senserit Dæmoniacus se magis grauari. Inter cetera verò diligentissimè cribrentur pluiae lectulorum, paleæ, & obstragula, & quæ Exorcista iudicio inuenient suspecta, igne benedicto, comburantur in Cemetery, vel in alio loco sacro, & vñâ cum maleficialibus instrumentis comburantur aliqua benedicta, vt rami Olivarum, Ruta, Ypericon, Incensum, vel similia. Eodem tempore pulsetur aliqua Campana, & dicatur Psal. Exurgat Deus, vt suo loco, perseveranter donec fuerint totaliter consumpta. Hæc autem inquisitio, & combustio sepius esset repetenda, quia solent Malefici sua reitterare maleficia, tamen his peractis benedicantur plumæ, vel lanæ, & in ipsis plumis, vel lanis collocetur herbae benedictæ, vt puta, Ruta, Ypericon, Olua benedicta, Thus, cera benedicta Virginis Mariæ, cerei Paschalis, & cera Palpis, nomina Dei, Euangelia, vel orationes scriptæ in carta benedicta, prout infra, in benedictione Thorii. Hæc erit frustratorium, in his collocare figuram, vel mensuram aliquius Crucifixi, quia scilicet liberauti sunt. Si instrumentum

maleficij inueniretur, tunc Exorcista eum destruat, seruata forma praescripta in fine vltimæ partis, quæ est validissimum remedium ad maleficium defiriendum.

D Octauum est, permutatio, si fieri potest domus: lectus, vestes, indumentaque omnia mutentur, in quibus solent Maleficia latere. Hoc docet Raguel contra Asmodeum Dæmonem, in matrimonio Thobiae, Tob. 7. Vocavitque Raguel ad se Annam vxorem suam, & præcepit ei, vt præpararet alterum cubiculum, & introduxit illuc Saram filiam suam.

Nonum est, continuata benedictio, quia cuncta comedibilia, potabilia, indumenta medicinalia, & cetera ad vsum interiorem, vel exteriorem, sunt quotidie benedicenda, tum domus, & ipsa Creatura, & ea, quæ in predictis capitulo sunt assignata, benedictionibus sunt munienda, vt docet Sanctus Antonius Abbas.

Decimum est, exuflatio, & aquæ benedictæ aspersio: exuflatio, more Iesu Christi, denotat Dæmonis expulsionem: qua in cunctis Exorcismis, Ecclesia Sancta vitetur ad A fugandam Dæmonum virtutem, aqua benedicta aspersa, infestationem exteriorem, sed potata interiorem fugatur.


B Undecimum est Contemptus, quia de rebus vilissimis domanda est Dæmonum superbia, videlicet, verbis contumeliosis, irrisoriis, sputis, pedum conculationibus, flagellis, vel aliis similibus, quæ afflictoriū renouant memoriam. Nec contradicit illud Iudeus in sua Epist. Can. Cum Michael Archangelus, cum Diabolo disputans, altercaretur de Moysi corpore, non est ausus iudicium inferre blasphemiz, sed dixit. Imperet tibi Dominus, quia hoc loco, loquitur Apostolus de Diabolo, uti Creatura Dei, & ego loquor de illo, tanquam de Dei inimico. Nam Dominus Pharaonem, Populumque suum superbū poterat domare Vrbibus, Leonibus, & Serpentibus; immisit tamen Cini- phes, Muscas, & Ranas: Sic Superbus Dæmon à vilibus dominus est, qui aliqua sibi fieri conspiciens, vel dici contra suā inanem gloriam, ambitionem, & naturæ suæ ingentem magnitudinem, tristatur, & fugit. Ut narrat Greg. in

in lib. Dialogorum, dicens. Quod Datius Mediolan. Episcopus Corinthi domum quandam ad quietendum ingressus, in qua malignus Spiritus habitabat, dum rugitus Leonum, Pecudum balatus, Serpentum sibilos, Porcorum grunitus, murium itridores audisset, contra antiquum Serpentem clamauit, dicens: Verè tibi euennit miser, vt C iam dixisti, quando per superbiam elatus, ausus es proferre illa verba, Ascendam in Cœlum, ponam solium meum ad Aquilonem, & ero similis Altissimo. Ecce quomodo per superbiam tuam, porcis, serpentibus, muribus, & bestiis similis factus es, & qui indignè Deum imitari voluisti, nunc vt indignus bestias imitaris, & illis compararis, & tunc malignus Spiritus aufugit, nec dictam donum veterius est ingressus.

Duodecimum est; Dæmoniaci Exorcizatio, & Dæmonis coniuratio, quæ in Ecclesia per approbatos Exorcistos, non quotidie, sed in solemnitatibus Domini nostri Iesu Christi, Beatae Virginis Mariæ, Apostolorum, Antonij Abbatis, & Aduocatorum, in hebdomada Sancta, & huiusmodi; & toties, quoties Dæmon superberit, fiat. Fiat autem Coniuratio manè post Missam, vt superius dicimus, per horas saltem quatuor, vel quinque.

Decimumtertium est; Exorcistarum mutatio, quia debent à diuersis Exorcistis, & in diuersis Ecclesiis coniurari, sicut legitur, quod Sanctus Antonius, & si tam formidolosus esset Dæmonibus, quod multi per Ægyptum à Dæmonibus agitati, inuocato tantum Antonij nomine liberabantur, non potuit tamen quandam Dæmonium fugare, quem Paulinus eius Discipulus fugauit. Et hoc disponente Deo, vt Paulini Sanctitas, & curationum gratia cognoscetur, quia aliquando gratiam potius una quam alteri dat.

REMEDIA CORPORALIA.



ICET Omnes maleficiati non libarentur propter malignitatem maleficij; tum quia renouantur incantationes; vel propter notabilem negligentiam in applicandis remediosis; aut sic disponente diuina voluntate: attamen copiosa hic describuntur remedia efficacissima, & expedita medicamina ad destruenda quæcunque maleficia: & à maleficorum incantationibus vnicuique præseruatius: premissis tamen remediosis spiritualibus, & benedictionibus, quæ semper pro repetitis intendo in omni medimento corporeo.

DE REMEDIIS PRAESERVATIVIS.

Primum, sit homo versatus in remediosis spiritualibus suprascriptis; vel sicutem sit aliqua deuotione continua munitus.

Secundum, Intermisiuè ferat orationem in parte secunda notatam, & in benedictione chartæ, & attramenti descriptam cum suis ingredientibus, prout ibidem notatur.

Tertium, Sardius lapis portatus, ab incantationibus, & maleficiis tueretur.

Quartum, Iaspis viridi coloris, maleficiis, & incantationibus resistit.

Quintum Antistites lapis præseruat à maleficiis.

REMEDIA COMMUNIA OMNIBVS maleficiatis opportuna.

GAgates lapis in Gagante flumine in Sicilia repertus, ac portatus destruit maleficia, Phantasmatæ, ac Demonom vexationes nocturnas.

Chrisolytus tertet, & fugat dæmones, & præcipue melancholiam depellit.

Theriaca, vel Metridatum drac. r. in potu cum vino optimo sumptum.

Semen herbæ paris in puluerem redactum, & quotidie drac. vna per spatum viginti dierum cum aliquantulum vini sumptum, optimum est remedium.

Lectura Exorcismorum, & coniurationum est necessariafissima.

Benedictiones, Vnctiones, Fumigationes aromaticæ, Balnea, & odorabilia omnibus maleficiis sunt opportuna remedia.

F O R M A O L E I .

Rec. Rutæ caprariae.

Rutæ domesticæ.

Herbæ paris.

Ypericonis.

Saluix.

Maioranæ.

Absinthij.

Foliorum persici.

Sabinæ.

Abrotaniæ.

Formiculariæ.

Men.

Aneti.

Artemisiæ.

Appij.

An. pug. r.

Celi-

Celidonia.	
Iuhipéri.	
Foliorum papaveris.	
Sinapis.	
Bæccarum lauri.	Vnc.r.
Nucum cupressi.	num. xij.
Radicum exula.	An. vnc.r.
Mori.	
Cardamomi.	
Ditami.	
Thuris.	
Sandracæ.	An.vnc.r.
Myrræ.	
Sandalorum alborum.	An. vnc.s.
Citriñorum.	
Incidentur incidenta, & contundantur contundenda, & buliant in libras decem olei antiqui: & tunc accipe Gariofalorum.	
Cinnamomi.	An.vnc.r.
Nucis musc.	
Et in tela linea, prius contusa, ligentur, & in ipso oleo ponantur, vt sic omnia buliant vsque ad cōsummationem humiditatis, postea exprimantur; & addantur olei de spicæ odoriferi drac.tres; & cum frigidū fuerit adde grana quatuordecim musci electi, & in vase vitro collocato in infimo ponatur in putrefactiōne per dies quadraginta: Deinde benedicatur propria benedictione, & ex dicto oleo quotidie sacerdos vngat pulsus capitis, manuum, ac pedum, necnon oculos, aures, nares, labia, ac partes cruciatas maleficiati (dum honestè fieri possit) absoluens maleficiū prout in secunda parte in fine benedictionis ipsius olei.	



FORMA FVMIGATIONIS

Aromaticæ.

Rec. Storacis calam.	drac. r.	cum dimidia,
		Belgitini drac. r.
Nucis musc.		
Gariofilorum.		
Ligni Aloës.	Scrop. r.	
Ambræ griseæ.	gra. i.	
Musci electi.	gra. ij.	
Laudani ping.	drac. ij.	

Puluerizentur puluerizanda S. A. & cum modico dragnanti infusi, & moliti in aqua rostorum, fiat massa, & fermentur ad formam trocisi, & benedicantur, & ex dicta fumigatione fumigetur maleficiatus pluries in die, vestimentaque, & domus, &c.

FORMA BALNEI.

Rec. Spicæ Nardi. pug. medium.

Origani.	
Majoranæ.	
Calamenti montani.	
Timo.	
Sticados.	
Giunchi odorati.	
Calami Aromatici.	
Ditami cretici.	
Hysoppi montani.	
Rosarum rubearum.	
Florum squinanti.	
Rutæ.	
Ypericonis.	
Saluicæ.	

Quæ omnia in acqua benedicta buliant ad consummationem tertie partis, deinde balneum benedicatur, & abluat se maleficiatus semel in die.

SV F F V M I G I V M A D T O R
quendos Demones.

Rec. Caro, vel limatura vngulae Afini. vnc. i.

Stercoris canis. vnc. ij.

Stercoris diaboli. vnc. i.

Sulphuris.

Ypericonis.

Rutæ.

Misce, & fiat suffumigium.

F O R M A O D O R A B I L I V M.

Rec. Maiorane.

Mentæ.

Citræ.

Mehlsæ.

Florum Antos.

Squinanti.

Calendulae.

Lambrusæ.

Seminis citri.

Mertilorum.

Juniperi.

Cartamini.

Cubebarum.

Ligni Aloes.

Sandalorum citri.

Iridis.

Zedouariæ.

Cipri.

Galangæ.

Calamenti odor.

Ditami cret.

Nuscis musc.

Macis.

Cinamomi.

Gariofilorum.

An. vnc. ijj.

An. scrop. i.

An. scrop. i.

An. scrop. ijj.

An. scrop. i.

An. scrop. i. s.

An. scrop. s.

An. gra. xij.

Croci-

Croci.

Ambræ.

Musci electi.

Eoli ar.

Coralorum rub.

Specierum Dia.

Ambræ.

Dia musci.

Galie mus.

Mef.

Storacis calam.

Laudani.

Puluerizentur puluerizanda subtiliter, & cum aqua floridum citri, & rosarium, & parum olei de spica fiat pasta addendo terebinti, ex cipro quantum sufficit, formeturque in modum pilulæ cum foramine in medio.

RE MEDIA P A R T I C U L A R I A P A R T I Cularibus maleficiorum infestationibus necessaria.

M Aleficia diuersas inducunt infirmitates rationibus deductis in doctrina quarta, & licet plures partes corporis affligant, hoc per concomitantiam eueniens pôt, itaque principali parte curata, ceteræ sanitati restitutur.

Si maleficium vexauerit os stomachi pôderositate quædam reddens omnia indigesta, & cum bolo ascendentे in gâturæ, & descendente potest curari, vel per vomitoria, vel per secessum tribuens medicamina infra scripta.

P E R V O M I T O R I A.

Rec. Assari non exquisitè triti drac. ij. vel iiij. infundantur in sufficienti quantitate serì lactis, vel iure pulli, vel hydromelle, & buliant, & facta forti expressione, & collatura patienti exhibeatur.

A L I V D V O M I T O R I V M.

Rec. Antimonij electi præparati gra. ij. iiij. v. vij. pro æstate, & viribus zuehari fosati drac. ij. vel iiij. vel Eugolossati, & fiat bolus.

ALIVD

ALIVD VOMITORIUM.

Rec. Antimonij electi preparati gra. iiiij. v. vj. pro nocte, & viribus, & infundatur vinciis tribus vini albi per noctem, & facta colatura solum vinum exhibeatur.

ALIVD VOMITORIUM.

Rec. Ellebori albi drac. i. cum dimidia in frusta incisi, & positio in pomo decoquatur sub cineribus, & electis frustis pomum solum exhibeatur, ad manducandum.

ALIVD VOMITORIUM.

Rec. Ellebori albi drac. i. Cinnamomi electi scrop. mediu, infundatur in vinciis duabus vini albi optimi per noctem, & facta diligenti colatura cum medico, zuchari pateti exhibeatur vel addatur iuris pinguis vnc.vij.

EVACVATIO PER SECESSVM.

Rec. Syr. rosolutui.

Infusionis Sennæ.

Diaprunis solutui.

Conf. Lamech.

Misce, & fiat potio.

Rec. Syr. de Pomis.

De Cicoria.

De duabus radicibus.

Decot. Absintbij.

Agremonij.

Acetosæ.

Boraginis.

Cichoreæ.

Fumiterraæ.

Cardi Sancti.

Pasicularum.

Misce pro Syr. nu. v. vel vij.

Rec. Syr. Polipodio magistrali.

Rofaci solutui cum Rhubarbi.

An. vnc. ij. iiij. & cum dim. pro nocte, & vir. circa.

An. vnc. ij. iiij. iiiij. pro nocte, &c.

An. vnc. j. ij. & cum dimidia pro nocte, &c.

Dia-

Diaprunis solut.

Conf. Lamech.

Infusionis Sennæ.

Misce, & fiat potio.

} An. drac. j. ij. pro nocte, &c.

} Vnc. ij. iiij. iiiij. pro nocte, & viribus

ALIA EVACVATIO PER SECESSUM.

Rec. Ellebori nigri preparati. Andrac. i.

Foliorum Senæ.

Seminum citri.

Cinnamomi.

Fiat infusione in sero caprino, & facta expressione.

Adde

Syr. ros. solutui. vnc. ij.

Elect. linitui. drac. vij.

Misce, & fiat potio.

Rec. Sirup. de pomis compositi. vnc. i. s.

De cicoria Nicoli. vnc. medium.

Decoc. fumiterraæ.

Lupulorum.

Agrimoniaæ.

Cetrach.

Radicum caparorum.

Misce pro sirupo numero v. vel vij.

Rec. Rhaubarbari elect. drac. i. s.

Infundatur cum suis correctiis per noctem in aqua boraginis S. A. & facta diligenti expressione, & colatura.

Adde syr. de pomis compositi. vnc. iiiij.

Conf. Annæ. drac. iiij.

Misce, fiat potus.

PRO PARALISIS EX MALEFICIO
præcipue illata, pro prima Medicina.

Rec. Diasiniconis. drac. iiij.

Sirup. ros. solut. vnc. iiiij.

Cum

64 Complementum Artis Exorcisticae

Cum aqueiue q.s. fiat potio.

Rec. Sir. de Betonica.

Sticados.

Matricarie.

Aqueiue.

Tomarie.

Boraginis.

Misce pro sirupo.

PRO SECUNDA MEDICINA.

Rec. Sir. rossolut. vnc.iiij.

Diafiniconis. drac.iiij.

cum Decot. cord. q.s. fiat potio.

V N G V E N T U M.

Rec. Olei vulpini.

Irini.

Lombricorum.

Misce.

A L I A E V A C U A T I O P E R

Secculum.

Rec. Extraeti Ellebori. Scrop.ij.

Fiant pillulæ tres, & propincentur infirmo, quando petit ire stratum.

V N G V E N T U M P R O S T O M A C H O.

Rec. Gariofilorum præpar.

Cinamomi electi.

Nucis musc.

Zedoariorum.

Ligni Aloes.

Malcticis.

Olei Gariofilorum.

Et puluerizatis puluerizandis, & cum modico cera fiat vnguentum S. A. & per horam saltēm ante prandium; & cenam vnge os stomachi superposito panno calido.

R E M E D I A C O N T R A M A L E-
ficia cordis.

Alia sunt ab intra, & alia ab extra.

Pars Prima.

65

A B I N T R A.

Rec. Electuarium laetificans rafis. drac. i.
Et exhibeat patienti per vices interpellatas.

V E L.

Rec. Theriacæ, vel Mitridati. drac. i. cum specierum cord. calido scrop. i. & formentur pilulæ num. v. & aureen-
tur.

A B E X T R A.

Rec. Specierum cord. Montagn. drac. med.

Olei scorponum Mattioli. scrop. vnum.

Vnguenti rosati Mesua. vnc. medium.

Et fiat vnguentum, quo inungatur regio cordis.

V E L A L I V D.

Rec. Olei nenuarini. vnc. vnam.

Cera. albæ.

Sandalorum rub.

Citrinorum.

Ligni Alues.

Semen Acetofæ.

Coralorum rub.

Margaritarum.

Canforæ.

Croci.

Misceantur secundum A. & fiat vnguentum.

R E M E D I A P R O D O L O R E C A P I T I S.

Rec. Specierum Hyerra simp. Galap. ————— drac. r.
cum dimidia.

Trocisi mirabolanorum citrinorum ————— drac. ij.

Arabicarum ————— drac. f.

Reubarbari ————— sol. ij.

Rosarum rubearum ————— drac. medium.

Misce, & cum syrupo violato fiat massa pro pill.

LIXIVIA P R O ABLUTIONE

Capitis.

Rec. Lixiuie ex cineribus radicum arundinis quatuor
vis, & buliant foliorum.

E BETHO-

66 Complementum Artis Exorcisticae

Bethonicae.

Absinthij.

Abrotani.

Capilloram veneris.

Sticados.

Spicæ Nardi.

Seminis Nasutri.

Agarici.

Laudani.

Florum camomillæ.

FORMA SAPONIS AD IPSIUS
capitis ablutionem.

Rec. Albes.

Myrræ.

Zedouariae.

Spicæ Nardi.

Saponis Veneti.

} An. pug. r.

} An. pug. medium.

} An. vnc. 2.

Manip. medium.

Manip. medium.

} An. drac. r.

vnc. iiiij.

Et fiat puluis subtilis, & cum sapone fiat massa.

COLLYRIVM PRO OCVLIS

Rec. Aquæ rosæ.

Zuchari cond. pul.

Albuminisoui tonq.

Et omnia misce pro collyrio oculorum.

V E L.

Rec. Aquæ rutæ.

Cardi benedicti.

Bethonicae.

Sum. rubi.

Eufragiaæ.

Appij.

Rosarium.

Tuciæ præp.

Siefalbis opio.

Sarcocolla nutritæ in lacte asinino.

Opij.

Misce, & fiat collyrium addendo sachari fini.

} An. vnc. r.

} drac. r.

drac. ij.

scrop. j.

drac. ij.

Pars Prima.

67

PRO DOLONE COLICO,

& inflatione ventris.

Recip. Specierum eleoph.

Et exhibeatur cum iure pälli.

scrop. iiiij.

PRO CLISTERIO AD IDEM

Rec. Florum Camomillæ.

Meliloti.

Aneti.

Pulegij.

Calamenti.

Seminis lini.

Anisorum.

Feni graci.

Feniculi.

Misce, & buliant ad consummationem tertie partis, de quo recipie lib. vnam, & Adde.

Hyere ogodionis.

Benedictæ.

Olei rutacij.

Salis communis.

} An. manip. j.

} Andrac. iiij.

} An. manip. r.

} Vnc. iiiij.

} Vnc. r. cum dimidia.

ALIVD CLISTERIVM

Rec. Rosmarini.

Saluiae.

Mentæ.

Feniculi.

& buliant leui bulitione in aqua feniculi, & facta expreßione.

Adde.

Olei Camomillæ.

Spicei.

Olei anisorum.

Sachari rub.

Mellis rosacci.

Salis gemmæ.

} An. vnc. jj.

} drac. j.

} An. vnc. ij.

} drac. iiiij.

PRO IMPOTENTIA CONSUMMATIONIS

matrimonij ex maleficio proueniens.

Ynge maleficiati vñces c' benedicto, maleficiati vñ-

rō vmbilicū modo supracitato. Et adde remedia infra scripta.

Rec. Stinchi marini. numero iij.

Pistacharum incisarum.

Penearum eodē modo.

Seminis vrtice.

Basiliconis.

Musci electi.

Ambrae.

Sachari fini dissoluti in aqua.

Rosarum. vnc. ij.

Et S. A. fiant morselli octo, quorum manē ante prandium sumat vnum, & alterum post coenam antequam eat cubitum per horam.

A L I V D R E M E D I V M .

Rec. Olei recent. nucum pinarum.

Semen eruæ.

Musci electi.

Vinum maluaticum.

Et exhibeatur per horam ante coenam.

Pro Maleficiatis pueris non habentibus vsum rationis inter cætera remedia communia vngē oleo, & ablue eos balneo, & præcipue eorum partes extremas.

Pro incubis, & succubis vltra remedia communia, vt suis locis, optimum remedium est mutatio loci, & eius continua benedictio; maledictionisvè, & excommunicationis contra dæmonem quotidiana sententia.

Pro bestiis maleficiatis itallæ cōtinuata benedictio commissibiliumvè, & potionum, ablutioneque iumenti, & fumigatio.

FINIS PRIMÆ PARTIS.

COM-

COMPLEMENTI ARTIS EXORCISTICÆ,

PARS SECUNDA.

QVAE BENEDICTIONALIS dicitur.

BENEDICTIO SALIS. & Aquæ.

Adiutorium nostrum in nomine Domini,
Qui fecit Cœlum & terram.

EX ORCISMVS SALIS.



XORCIZO te creatura Salis, per Deum
¶ viuum, & verum, qui oblationes, & sacri-
ficia iussit Sale cōdiri; per ipsum Deum
¶ te exorcizo, qui aliis Israël statuit pa-
cētum Salis iiii æternum corā se: Per ¶ eum
te Exorcizo, qui Esdra Sacerdoti iussit da-
ti Sal absque mensura, vt sis omnibus ex te sumentibus
sanitas animæ, & corporis, &c. effugiat, atque discedat à
E 3 que

quocunque homine, & loco, vbi aspersum, sumptum, & possum fueris, omnisphantasma, omnis nequitia, & omnis versutia Diabolica fraudis, omnisque spiritus immundus, adiuratus, Per eum, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & seculum per ignem. Amen.

Exorcizo te iterum creatura Salis, per Iesum † Christum, Dominum nostrum; qui Discipulos docens, dixit, bonum est Sal habere in vobis Sal: & iterum, vos estis Sal teræ, per † eum te exorcizo, qui per Apostolum nos docere dignatus est, dicens; Cor vestrum, sermo vester semper in gratia Sale sit conditus: ut nulla sit tibi communicatio cum spiritibus malignis, sed sis Sal exorcizatum in salutem credentium, & Sal sapientæ, temperans omnes actus humanos: Sal prætentia, præseruans a putredine damnationis; Sal amicitia cum Deo, & proximo; Sal exterminationis cunctorum maleficiorum,phantasma natum, & Daemonis infestationem. Ideo effice: & al ad euacuandos, expellendos, & extirpandos ipsos inimicos nostros, yasa Dei Sacramenta in anima, vexantes. In nomine Patris, † & Filii, & Spiritus † sancti. Amen. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Virtutis tuae, iniunctam fortitudinem deprecamur Domine Sancte Pater omnipotens, æterne Deus super hoc Sal, cui non minima gratiam conferre dignatus es, vt ex illo possint vniuersa cōdiri, quæ hominibus ad escas, & potum per filium tuum procreari iussisti; per quem te Domine supplices exoramus, vt Sal istud sanctificare † benedicere † & consecrare † pro tua pietate digneris, vt ex vultu divina Materiatis tuae virtutem tuam cōtra omnes immūdos spiritus possit accipere: expellat de Tabernaculis familiarum, famulatumq; tuarum quidquid pestiferum esse potest: Fuget de habitaculis eorum omnes infidias latenter inimici, defruat de cunctis rebus ad usum hominum omne opus nefarium, deterreat præstigia, phantasiasq; compescat, & exhibeat plenum salutis, conferatq; sanitatis effectum, per virtutem Sæctæ Crucis † Domini nostri Iesu Christi: ture largi, fidelissimam perentibus;

& desiderantibus præstet per hoc tuū Domine † signaculum, in cuius virtute hanc creaturam Salis benedico, † & in nomine sancto tuo trino, & uno sanctifico, † & consecro, † vt contra Spiritus percutientes, efficiatur salutare Sacramentum, & medicina perfectissima in visceribus fidelium, Per merita passionis filii tui Domini nostri, Qui tecum viuit, & regnat in sæcula sæculorum, Amen.

EX OR C I S M V S A Q V Æ.

Exorcizo te creatura Aquæ, in nomine Patris, † & Filij, † & Spiritus † Sancti: Ne commune sis vlli spiritui immundo; Sed des honorē viuenti, atque regnanti Deo, vt cilibet in potum, vel vbiunque asperga: & mixta fueris, omnis spiritus immundus ab eo corpore, & loco recedat: Itaque adiuro te creatura Aquæ, in nomine Iesu Christi Nazareni filij Dei viui Redemptoris, & Iudicis nostri, vt sis purgatio, & sanctificatio hominū, quos Deus ad suam sanctam imaginem creare, & ad gloriam vocare dignatus est. Amen.

Antiphona.

Si quis sit, veniat ad me, & bibat. Alleluia.

Qui in me credit flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Alleluia.

Psalmus 41.

Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te Deus.

Sicutiu anima mea ad Deum fontem viuum, quando veniam, & apparebo ante faciem Dei?

Fuerunt mihi lacrimæ meæ panes die, ac nocte: Dum dicitur mihi quotidie, vbi est Deus tuus?

Hec recordatus sum: & effudi in me animam meam, quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis, vique ad domum Dei.

In voce exultationis, & confessionis sonus epulantis.

Quare tristis es anima mea? & quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei, & Deus meus.

Ad me ipsum anima mea conturbata est: propterea me-

mor ero tui de terra Iordanis , & Hermonij à monte
modico .

Abyssus abyssum inuocat in voce cataractarum tuarum .
Omnia excelsa tua , & fluctus tui super me transierunt .
In die mandauit Dominus misericordiam suam , & nocte
canticum eius : apud me , oratio Deo vita meæ .

Dicam Deo , Susceptor meus es tu , quare oblitus es mei ?
& quare contristatus incedo , dum affigit me inimicus ?
Dum confringunt ossa mea : exprobrauerunt mihi , qui
tribulant me inimici mei .

Dum dicunt per singulos dies : vbi est Deus tuus ? quare
tristis es anima mea ? & quare conturbas me ?
Spera in Deo , quoniam adhuc confitebor illi : salutare vul-
tus mei , & Deus meus . Gloria Patri , & Filio , &c .
Si quis sitit , veniat ad me , & bibat . Alleluia .

Qui in me credit , flumina de ventre eius fluent aquæ
viuæ . Alleluia .

Pater noster , &c .

Et ne nos inducas in temptationem .

Sed libera nos à malo .

Iube Domine benedicere .

Vnigenitus ☩ Dei filius nos benedicere , & adiuuare di-
gnetur . Amen .

Lectio Libri Genes. .

IN diebus illis : Rebecha egrediebatur , filia Bathuel ,
filij Melenæ , vxoris Nachor , fratribus Abraham , habens
hydriam in scapula sua , puella decora nimis , Virgoque
pulcherrima , & incognita viro . Descenderat autem ad fons
, & impleuerat hydriam aquæ , & reuertebarat . Occur-
ritq ; ei seruus , & ait : Pauxillum aquæ mihi ad bibendum
præbe de hydria tua : quæ respondit : Bib ! Domine mi ;
celeriterque depositus hydriam , super vlnam suam ; & de-
dit ei potum . Cumque ille bibisset , adiecit : Quia , & Ca-
melis tuis hauriam aquam , donec cuncti bibant : Effun-
densq ; hydriam in canalibus , recurrit ad puteum , vt hau-
xiret aquam , & haustam omnibus Camelis dedit .

Tu autem Domine miserere nobis . Deo gratias .

Ore-

Oremus .

Deus , qui ad salutem humani generis maxima qua-
que Sacraenta in aquarum substantia condidisti ,
adesto propitijs inuocationibus nostris : Et elem̄to huic
multi modis purificationibus præparato virtute tua be-
ne ☩ dictioñis infunde , vt creatura tua mysteriis tuis ser-
uiens , ad abigendos Dæmones , mortbosq ; pellēdos , diui-
næ gratiæ sumat effectum : Ut quidquid in dominibus , locis ,
& corporibus fidelium hæc vnda resperfa fuerit , cateat
omni immunditia , liberetur à noxa , nō illic residet spiri-
tus pestilens , non aura corrumpens : discendant omnes insi-
diæ latentes inimici : Et si quid est , quod aut in columbitati
habitantium inuidet , aut quieti , aspersione huius aquæ ef-
fugiat : vt salubritas per inuocationem tui sancti nominis
expedita , ab omnibus sit impugnationibus defensa . Per
Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum . Amen .

Antiphona .

Angelus autem Domini descendebat secundum tempus
in Piscinam , & mouebatur aqua . Alleluia . Et qui primus
descendisset in Piscinam post motionem aquæ , sanus fie-
bat à quacunque detinebatur infirmitate : Alleluia .

Psalmus 22.

Dominus regit me , & nihil mihi deerit : in loco pa-
scuæ ibi me collocauit .

Super aquam refectionis adiuvauit me : animam meam
conuertit .

Deduxit me super semitas Iustitiae : propter nomen suum .
Nam & si ambulauero in medio vmbra mortis : non ti-
mebo mala , quoniam tu mecum es .

Virga tua , & baculus tuus : ipse me consolata sunt .

Parasti in conspicu meo mensam aduersos eos : qui tri-
bulant me .

Impinguasti in oleo caput meum : & calix meus ine-
brians , quām præclarus est .

Et misericordia tua subsequetur me : omnibus diebus vi-
tae meæ .

Et vt inhabitem in domo Domini in longitudine dierum .

Gloria

Gloria Patri, & Filio, &c.

Angelus autem Domini descendebat secundum tempus in Piscinam, & mouebatur aqua. Alleluia. Et qui primus descendisset in Piscinam post motionem aquæ, sanus fiebat à quacunque detinebatur infirmitate. Alleluia. Pater noster, &c.

Et ne nos inducas in temptationem.

Sed libera nos à malo.

Iube Domne benedicere.

Vnigenitus [†] Dei filius nos benedicere, & adiuuare digneatur. Amen.

LECTIO LIBRI NUMERI.

IN diebus illis, ingressus Moyses, & Aaron in Tabernaculum foederis, corruerunt proni in terram, clamaueruntque ad Dominum, atque dixerunt; Domine Deus audi clamorem populi huius, & aperi eis thesaurum tuum, fontem aquæ viuæ, ut satiati, cesset murmuratio eorum: & apparuit gloria Domini super eos. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens; Tolle virgam, & congrega populum tuum, & Aaron frater tuus, & loquimini ad petram coram eis; & illa dabit aquas. Cumq; eduxeris aquam de petra, bibet omnis multitudo, & iumenta eius. Tulit igitur Moyses virgam, quæ erat in conspectu Domini, sicut præcepérat ei, congregata multitudine ante pétram, dixitque eis. Audite rebelles, & increduli; Num de petra hac vobis aquam poterimus eiicere? Cumq; eleuasset Moyses manum percutiens virga bis silicem, egressæ sunt aquæ largissimæ, Ita populus biberet, & iumenta.

Tu autem Domine nostri miserere. Deo gratias.
Oremus.

Exaudi nos Domine sancte. Pater omnipotens, aeterno Deus, & bene [†] dic & sancti [†] fia. Hanc aquâ benedictione coelesti, & assistas super eâ virtus Spiritus sancti, & vbi cunque fuerit, longè recedat virtus inimicorum, infestations Dæmonum, umbra phantasmatum, cruciatus

eius maleficiorum, incursio turbinum, omnis spiritus fulminum, tonitruorum tempestatum, & procellarum arceantur, per te ipsum omnipotentem; Qui cum Filio, & Spiritu Sancto vivis, & regnas, in secula seculorum. Amen.

Antiphona.

Angelus ostendit mihi fluuim aquæ viuæ splendidum tanquam christallum, procedentem de sede Dei, & Agni. Alleluia, & sicuti, dabo de fonte aquæ viuæ gratis, dicit Dominus. Alleluia.

Psalm. 68.

SAluum me fac Deus: quoniam intrauerunt aquæ viles ad animam meam.

Infixus sum in limo profundi: & non est substantia, Veni in altitudinem mari: & tempesta demerit me.

Laboravi clamans, raucae factæ sunt fauces meæ: defecerunt oculi mei, dum spero in Deum meum.

Multiplicati sunt super capillos capitis mei: qui oderunt me gratis,

Conseruati sunt, qui persecuti sunt me inimici mei injisæ: quæ non rapui, tunc exolvebam.

Deus tu scis insipientiam meam: & delicta mea à te non sunt abscondita.

Non erubescant in me, qui expectant te Domine: Domine virtutum.

Non confundantur super me: qui querunt te Deus Israel, Quoniam propter te sustinui opprobrium: operuit confusio faciem meam.

Extraneus factus sum fratribus meis, & peregrinus filijs matris meæ.

Quoniam zelus domus tua comedit me: & opprobriis exprobrant me tibi, ceciderunt super me.

Et operui in iejunio animam meam: & factum est in opprobrium mihi.

Et posui vestimentum meum cilicum: & factus sum illic in parabolam.

Aduersum me loquebantur, qui sedebant in porta: & in me psallebant, qui bibebant vinum.

Ego

76 Complementum Artis Exorcisticae

Ego vero orationem meam ad te Domine: tempus beneplaciti Deus.

In multitudine misericordiae tuae, exaudi me: in veritate salutis tuae.

Eripe me de luto ut non infigar; libera me ab his, qui oderunt me, & de profundis aquarum.

Non me deremergat tempestas aquae: neque absorbeat me profundum: neque vrgeat super me puteos os suum. Exaudi me Domine, quoniam benigna est misericordia tua: secundum multitudinem miserationum tuarum respice in me.

Et ne auertas faciem tuam a puero tuo: quoniam tribulor, velociter exaudi me.

Intende anima mea, & libera eam: propter inimicos meos eripe me.

Tu scis improbum meum: & confusione meam, & reuerentiam meam.

In conspectu tuo sunt omnes, qui tribulant me: improbum expectauit cor meum, & miseriram.

Et sustinui, qui simul contristaretur, & non fuit: & qui consolaretur, & non inueni.

Et dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto.

Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum: & in retribucionem, & in scandalum.

Obscurerunt oculi eorum, ne videant: & dorsum eorum semper incurva.

Effunde super eos iram tuam: & furor irae tuae comprehendat eos.

Fiat habitatio eorum deserta: & in Tabernaculis eorum, non sit qui inhabet.

Quoniam, quem tu percussisti, persecuti sunt: & super dominum vulnerum meorum addiderunt.

Appone iniuriam super iniuriam eorum: & non intrent in iustiam tuam.

Deleangur de libro viuentium: & cum iustis non scribangur.

Pars Secunda:

77

Ego sum pauper, & dolens: salus tua Deus suscepit me. Latidabo nomen Dei cum cantico: & magnificabo eum in laude.

Et placebit Deo super vitulum nouellum: cornua producentem, & vngulas.

Videant pauperes, & latentur: querite Deum, & vivat anima vestra.

Quoniam exaudiuit pauperes Dominus: & vincitos suos non despexit.

Laudent illum Cœli, & terra, & mare, & omnia reptilia in eis.

Quoniam Deus saluam faciet Syon, & ædificabuntur civitates Iudeæ.

Et inhabitabunt ibi: & hereditate acquirent eam.

Et femen seruorum eius possidebit eam: & qui diligunt nomen eius habitabunt in ea.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto, &c. Antiphona. Angelus ostendit mihi fluum aquæ viuæ splendidum tanquam Christallum, procedentem de sede Dei, & Agni. Alleluia, & sicuti dabo de fonte aquæ viuæ gratis, dicit Dominus. Alleluia,

Pater noster, &c.

Et ne nos inducas in temptationem.

Sed libera nos à malo.

Iube Domne benedicere.

Spiritus & Sancti auxilium maneat semper nobiscum.

Amen.

SEQUENTIA SANCTI EVANGELII,
Secundum Ioannem.

IN illo tempore, dixit Jesus Samaritanæ: Si scires donum Dei, & quis est, qui dicit tibi, da mihi bibere; tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquam viuam. Dicit ei mulier. Domine, neque in quo haurias habes, & puteus altus es. Unde ergo habes aquam viuam? Nunquid tu maior es Patre nostro Iacob, qui dedit nobis puteum; & ipse ex

ex eo bibit, & filii eius, & pecora eius respondit Iesus, & dixit ei: Omnis qui bibit ex aqua hac, sicut iterum: Qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sicut in aeternum; Sed aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquae salientis in vitam aeternam. Dicit ad eum mulier: Domine, da mihi hanc aquam, ut non sitiam.

Tu autem Domine noltri miserere.

Deo gratias.

Oremus.

Domine sancte, Pater omnipotens, aeterno Deus, qui per Iesum Christum filium tuum Dominum nostrum vulnera nostra curare dignatus es, quæsumus clementiam tuam, ut hanc aquam mundare, & purificare, & benedicere & digneris, & quoscunque ex ea bibentes visitare digneris, & sicut Thobiam, & Sarrah, filiumque lunaticum, surdum, & mutum; Ita etiam omnes ex hac aqua bibentes, ab omni maleficio, & infestatione Daemonum liberare digneris, & celestis gratia praesta eis medicinam. Per eundem Christum Dominum nostrum, qui tecum, & cum spiritu sancto viuit, & regnat in secula seculorum. Amen.

Ponat Sal in aquam, dicens.

Sicut Eliseus egressus ad fontem aquarum, misit in illum Sal, & dixit, Sanaui aquas has, & non erit ultra in eis mors, neque sterilitas: Sic per hanc commixtionem Salis, & Aquæ, nulla infestatio Serpentis venenosæ sit ultra in creaturis Dei. In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti, Cui est honor, & gloria in secula seculorum. Amen.

Exorcismus super Aquam Sale
commixtam.

Exorcizo te creatura Salis, & Aquæ per Deum viuum, per Deum verum, per Deum vniuersi Creatorem: & per eum te adiuro, qui te sua potentia suspendit super Coelos, congregauit in terra, miscuit in mari, & de fonte Paradisi manare fecit, & in quatuor fluminibus exire iussit, & totam terram rigare præcepit.

Hic diuidat aquam in quatuor partes.
in modum crucis.

V T T E M V N D A M exhibeas, nec aliqua virtus

scm

tem Diaboli retineas: sed sis aqua & Sancta: aqua benedicta; aqua & lauans sordes, & peccata: aqua & destruens maleficia: aqua & exorcizata ad effugandum inimicum: & ubicumque aspersa fueris, siue in domo, siue in angulis cubicolorum, siue in seminatis campis, vineis, & in cunctis fructibus, siue in pane, vino, & cunctis comedilibus, siue in medicinis, syrupo, balneis, & aliis medicaminibus, vel si quis ex te gustauerit, vel biberit, vel lauerit tias ei defensio tutissima medicina efficacissima, remedium sanitatis, & portus salutis. Ipse quoque Diabolus cum suis sequacibus, & maleficiis, incantationibus, ligationibus, signaturis, & facturis elongetur, & separetur a quocunque loco, in quo asperfa fueris, & a quacunque creatura, quæ ex te biberit quantum elongatum est Coelum à terra; Lux à tenebris, veritas à mendacio, iustitia ab iniustitia, & dulce ab amaro. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.

Immerget crucem, & dicat signans.

Aquam, in modum crucis.

Et per ipsum te exorcizo, & adiuro, & benedico, & sanctifico, & qui per Moysen serum suum virga tetigit mare, & currus, & equites cunctos exercitus Pharaonis in mediis fluctibus inuolvens, populum Israelem liberavit.

Immerget secundò Crucem, ut supra.

Et per eum te exorcizo, & adiuro, & benedico, & sanctifico, & qui ostendit Moysi lignum, quod cum misifet in aquas amaras, in dulcedinem versæ sunt.

Immerget tertio Crucem, ut supra.

Et per eum te exorcizo, & adiuro, & benedico, & sanctifico, & qui per Moysen percutit virga bis petram Horeb: & egressæ sunt aquæ largissimæ, & bibit populus. V T T E M V N D A M EXHIBEAS, ut supra.

Immerget Cereum Paschale, & dicat.

Per huius cerei benedicti immersionē, descendat in te Aqua virtus Spiritus Sancti, totamque tuā substatiā foecundet effectū, VT TE MVNDAM EXHIBEAS, ut supra.

Et sufflet ter in Aquam, dicendo.

Ex-

Exsufflo te omnis legio Sathanæ; In nomine Patris, + & Filii, + & Spiritus + sancti. VT TE EXHIBEAS
M V N D A M , vt supra .

Benedico + te creatura Aquæ per Deum , qui te in principio, verbo separauit ab arida, cuius spiritus super te cerebatur. Sanctifico + te Aqua per Deū, qui Eliæ aquam dedit tempore fuscitatis in torrente Charit. Sanctifico + te per Deum, qui per Eliseum dedit aquas, vt biberet Reges Israel, Iuda, & Ædom . Benedico + te per Deum, qui aperuit molarem dentem, ex maxilla asini: & egressæ sunt ex eo aquæ, & bibit Sanson . Sanctifico + te per Deū, qui legem posuit aquis, ne transirent fines suos. Consecro + te per Deum, qui Delboræ, & Baruch de Coelis, & nubibus stillauit aquas. Benedico + te per Deū, qui recordatus misericordiæ suæ, diminuit aquas Diluvij, & benedixit Noe, & filiis suis . Sanctifico + te per Deū, qui Eliseo percutiente aquas Iordanis, illas diuinit hic, atque illuc, & transit Eliseus. Consecro + te per Deum, qui aqua reflectionis educat, nutrit, & viuiscitat ad sanctam Ecclesiam confugientes . Benedico + te per Iesum Christum, qui aquis Iordanis voluit à Ioanne baptizari . Sanctifico + te per Iesum Christum, ex cuius puto aquarum viuentium fluunt impetu aquæ de Libano. Consecro + te per Iesum Christū, qui dat mercedem, danti in nomine suo calicem aquæ sipienti . Benedico + te per Iesum Christum, cuius pedes lachrymarum aquis rigauit Magdalena . Sanctifico + te per Iesum Christum, qui imperat ventis, & obediunt ei; & pedibus suis super te ambulauit, & facta es quasi terra stabilis . Consecro + te per Iesum Christum, qui aqua conuertit in vinum . Benedico + te per Iesum Christum, qui dat aquam salientem in vitam aeternam . Sanctifico + te per Iesum Christū, qui descendentes in piseinam post motionem aquæ sanabat à quacunque detinebatur infirmitate . Coniuro + te per Iesum Christum, ex cuius latere exiuit sanguis, & aqua . Benedico + te per mysterium in Iordanem factū, dum Sacerdotes Arcam Domini portarent, Iosue, & populus transirent ad terram promissionis .

San-

Sanctifico + te per nouem Choros Angelorum Dei . Consecro + te, per torrentem lachrymarum Beatae Virginis Mariae, & per merita ipsius sanctissimæ Virginis totisque Curia coelestis . Benedico + te tandem, sanctifico, + & consecro: + In nomine Dei Patris, + & Filii, + Spiritus + Sancti, qui te ad regenerationem hominum constituit, & mirabilia valde in te fecit . Amen .

Ostende nobis Domine misericordiam tuam.

Et salutare tuum da, nobis .

Domine exaudi orationem meam .

Et clamor meus ad te perueniat .

Dominus vobiscum .

Et cum spiritu tuo .

Oremus .

D Omine Sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, Pater Domini nostri Iesu Christi , Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, exorcizante, & benedicente me istam creaturam Salis, & Aquæ, precor, vt exaudi re digneris, in nomine eiusdem Domini nostri Iesu Christi Nazareni Filii tui Dei viui, Regis & Iudicis nostri, sicut exaudisti Noè in diluvio, Moysen in Ægypto, Iob in passionibus, Danielem in lacu Leonum, tres pueros in camino ignis ardantis, Susannam in falso crimen; & sicut exaudisti roties Ecclesiam sanctam tuam in persecutionibus aduersariorum, vt hæc aqua fit purgatio, purificatione, & sanctificatio omnibus hominibus, atque in eis, in quibus aspersa fuerit, habeat potestatem ad effugandos immundos phantasmaticos spiritus, & omnem nefarium Diabolum, atque omnes figuræ, minas, & operationes Sathanæ . Concede etiam ei potestatem ad exterminanda fulgura, & grandines, & omnes aduersitates humanae naturæ: vt non possit immundus spiritus nocere rebus, locis, nec hominibus: in quibus aspersa fuerit; Sed confusus, & destrunctus abscedat per virtutem Domini nostri Iesu Christi; Qui tecum viuit, & regnat in unitate Sancti Spiritus in secula seculorum . Amen .

B E N E D I C T I O P A N I S .

- Adiutorium ♫ nostrum in nomine Domini.
Qui fecit cœlum, & terram.

Oremus.

OMNIPOTENS, æTERNE DEUS, QUI PER PASSIONEM CRUCIS DILECTISSIMI FILII TUI DOMINI NOSTRI MUNDUM REDEMISTI, & ANTIQUA ARBORIS AMARISIMUM GUSTUM, CRUCIS MEDICAMINE INDULCORASTI; & MORTEM, QUAM PER LIGNUM VETITUM VENERAT; PER LIGNITROPHÆUM DEUICISTI. VT MIRABILI TUA PIETATIS DISPENSATIONE: QUI PER LIGNI GULTUM à FLORIGERA SEDE DISCESSIMUS PER LIGNUM CRUCIS AD PARADISI PATRIAM REDEAMUS. EXORCIZARE ♫ BENEDICERE, ♫ SANCTIFICARE ♫ DIGNERIS PANEM HUNC, PROUT EGO, IN NOMINE TUO SANCTO, & DILECTI FILIJ TUI, & SPIRITU SANCTI EXORCIZO ♫ BENEDICO ♫ SANCTIFICO. ♫ Sicut Elias benedixit farinam in hydria VIDA, & fecit subcinericum panem; Sicut Angelus dedit subcinericum panem benedictum Eliæ, qui ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, usque ad montem Dei Horeb: Sicut benedixit Dominus Iesus Christus filius tuus quinque panes in deserto; Sit hunc panem, quem in nomine sancto tuo benedico ♫ & sanctifico ♫ creaturæ tuæ N. tradō, vt accipiat, & comedat ad satiandum cor suum in te Domine, & ad ERADICÂDUM à CORPORE SUO OMNE MALEFICUM, INCANTATIONEM, LIGAMENTUM, SIGNUM, & OPUS DIABOLICUM, OMNEMIQUE FEBREM, & QUALEMQUE AGGRAVATIONEM. Itm̄ SATIETUR PANIBUS COELESTIBUS; sicut, qui pronus est ad MISERICORDIAM, & de panibus suis dat pauperi; Sicut splendidus in panibus, in quibus benedicentur labia multorum; Sicut panes supra mensam in ædificatione noui Altaris, in emundatione, & renouatione Sanctorum. Et sicut panes seruientium CIVITATI Hierusalem. Loquere Domine Deus ad COR FAMILIAE TUÆ N. VT INUENIAT GRATIAM APUD OCULOS TUOS,

&

& consolare eam, vt comedat panem, sicut Ruth: VT INTINGAT BUCCELLAM IN OLEO, & CONFORTETUR COR EIUS, VT REUERTATUR SPIRITUS EIUS, & REFOLLETUR. PER EUNDEM CHRISTUM DOMINUM NOSTRUM. Amen.

Oremus.

DOMINE IESU CHRISTE, QUI ES PANIS NAT⁹ IN BETHLEHEM, PANIS VITÆ, PANIS ANGELORUM, & QUOTIDIE DE COELO DESCENDIS AD SATIANDAS, & SANCTIFICADAS ANIMAS NOSTRAS, & REPLES EAS BENEDICTIONE SANCTA TUA: SIC NUNC DESCENDERE DIGNERIS SUPER PANĒ ISTŪ, & BENEDIC ♫ & SANCTIFIKA ♫ EUM, VT SATIES, & SANCTIFICES, & REPLEAS COR, & VISCERA, & MEMBRA CUNCTA CREATORÆ TUÆ N. ESSENTIA TUÆ: & EGO PER GLORIOSISSIMUM, & TRIUMPHALE NOMEN TUUM IESU DELECTABILE, MAGNIFICUM, & AMABILE, BENEDICO ♫ HIC PANEM, & SANCTIFICO ♫ AC PER IPSUM SANCTU NOMEN TERRIBILE, EXCELSUM, & SUPER OMNE NOMEN SUBLIMATU DESTRUO OMNIA MALEFICIA, INCANTATIONES, LIGATIONES, SIGNATURAS, & FACTURAS, ARTE DIABOLICA FACTAS, CREATURIÆ TUIS SANGUINE TUO PRECIOFISSIMO REDEMPTIS: & QUIDQUID IN IPSO SANCTO TUO NOMINE FIDELITER PETITUR: TU PROPITIATUS SEMPER IMPENDIS. IDEO PER IPSUM SANCTUM NOMEN, VBIQUE PRÆDICANDUM, & TOTA DENOTIONE ADORANDU, PANEM HUNC BENEDICO ♫ SANCTIFICO ♫ & CONSECREO, ♫ & VIRTUTEM TUI SANCTISSIMI NOMINIS INFUNDΟ ♫ AD RESTITUENDUM COECIS, VISUM: SURDIS, AUDITUM: CLAUDIS, GRESSUM: AGROTANTIBUS, SANITATEM: & CREDENTIBUS OMNIBUS SALUTEM. BENEDICO, ♫ SANCTIFICO, ♫ & CONSECREO, ♫ HUNC PANEM, & DOMINUS TECUM SIT, O PANIS BENEDICTE, VT EXTINGUAS VENENA: NOXIA COMPRIMAS; ADUERSA DEPELLAS; MALEFICIA DESTRUAS: DÆMONIA FUGES; & TARTARI, MUNDIQUE PRINCIPIS TYRANNIDEM POTENTISSIMAM ERADICES A MEMBRIS HUIUS CREATORÆ N. & A CUNCTIS CREATURIS DEI; & TANDEM OMNIBUS EX TE SUMENTIBUS, PROUENIAT CONTINUA SALUS, ATQUE PROTECTIO, PECCATORUM REMISSIO, & PERPETUA, & OPTATA NOMINIS IESU FRUITIO. Amen.

Oremus.

DOMINE DEUS, QUI DEDISTI ESCAM TIMENTIBUS TE IN MEMORIAM MIRABILIJM TUORUM: & QUI ES PANIS V-

tus, nobis datus, & ex intacta Virgine natus, benedic **P** panem istū, & sanctifica **P** sicut benedixisti subcinerios panes Abrahæ datos tribus viris in Cōualle Mambræ, & sicut iam benedixisti populu Israelem, & introduxisti in terrain bonam, terram riuorum, aquarumque, & fontium; in cuius campis, & montibus erumpet fluuiorū Abyssi, terram frumenti, hordei, ac vinearū, in quo ficus, & malo-granata, & oliueta nascuntur; terram olei, ac mellis: ubi absque ulla penuria comedebant panem, & rerū omnium abundantia perfuebantur: Benedic **P** Domine hunc panem; Sicut benedixisti panem, & dedisti pescatoribus tuis ad mare Tyberiadis. Benedic **P** hunc panem, sicut acceptisti panem, & benedixisti, fregisti, & dedisti Discipulis tuis, dicens. Accipite, & comedite. Hoc est corpus meum; Benedico **P** hunc panem, in nomine Altissimi, qui est salutaris hostia, qui pandit ostium Celi, & qui bella comprimit hostilia. Sanctifico **P** & cōsecro **P** huc panem, vt sit panis pinguis Christi: vt quicunque comederit ex hoc pane, beata sit anima eius; & oculi Domini sint super eum, & confortetur cor, viscera, & membra cuncta sua: Sit illi Dominus protector potens, firmamentum virtutis: tegumen ardoris, umbraculum meridianū, letificans animam, illuminans oculos, dans sanitatem, & vitam, & benedictionē; Sit panis benedictus **P** sanctificatus, **P** & cōsecratus **P** ad destruendū omne maleficium, arte diabolica factū. Benedico **P** te, vt sis tanquam pulmentū, & panes Iacob: quos coxerat Patri suo Iaac, in benedictionibus æternis ad annihilandum omnem incantationem inimici: Sanctifico **P** te, vt sis tanquam carnes afflī igni, & azimi panes cum lactucis, agrestibus, & tanquam carnes, & azimi panes supra petrā positi, quos tangat Angelus Domini summitate virgæ ad extirpandam omnem ligationem Diaboli. Consecro **P** te, vt sis tanquam panis subcinerius azimus, cōspersus oleo; & tanquam panis propositionis positus super mensam in conspectu Dei semper, ad eneruandam omnem signaturā Luciferi. Benedico **P** te, vt sis tanquam panis subcinerius ex hordeo Gedeonis, per somnium

nium visus, tanquam gladius in Madiam, ad dissipandam omnem facturam Sathanæ, & tanquam torta panis offerta Christo, ad fugandum inimicum à creaturis Dei: Sanctifico **P** te, vt sis panis petitus à Iacob in Bethel, & panis Ioseph, datus Beniamin, ad eradicandum omne maleficium Diaboli. Cōsecro **P** te, vt sis panis pinguis Aser, præbens delitias Regibus, & panis Ephraim, qui nō reuersatur, ad extirpandum omne incantamentum inimici: Benedico **P** te, vt sis panis lachrymarum contritionis David, & panes Judith, ad decapitandum Holophernem: Sanctifico **P** te, vt sis panis in delitiis Paradisi, panis sapientiae, panis vitae, procedens de verbo Dei; panis de Cœlo, omne delectamentū in se habens, ad frāgenda omnia vincula Diaboli. Consecro **P** te, vt sis panis quotidianus; panis nō mitten-dus canibus, panis constitutus super sepulturam iusti, ad destruendum omnem facturā aduersarij. Sanctifico **P** te, vt sis tanquam torta illa panis absque fermento, tradita in manus Nazarei, & tanquam panis primitiarum; panis oleatus, & oblatio azima, & sacrificium coctū in clibanō, & hostis pro peccato, & gratiarum actione, ad expellendam omnem infirmitatem, & naturalem, & diabolicā. Et qui comederit ex hoc pane, sit tanquam mulier, & quasi Nauis instritoris de longe portans panem suum; & sanetur, & liberetur ab omnibus maleficiis, incantationibus, ligationibus, signatutis, & facturis, arte diabolica factis; & ab omni febre, & a gritudine, & Sathanas retro confusus abscedat: tandem benedico **P** te panis, sanctifico **P** & consecro **P** in nomine illius, quem cognoverunt Discipuli in fractione panis, qui est panis suauissimus, & esuientes replet bonis Cœlestibus: & per Sanctam Mariam Virginem, quæ sola meruit inter mulieres suis visceribus panem Cœlestem portare: Et quisquis comederit ex hoc pane repleatur omnibus benedictionibus Cœlestibus; & loquatur ei Angelus pacem, & det ei Dominus benedictionem, & saturitatem cum Angelis suis in gloria; In nomine Patris, **P** & Filii, **P** & Spiritus **P** sancti. Amen. Aspergatur Aqua benedicta.

B E N E D I C T I O V I N I .

Adiutorium F nostrum in nomine Domini.
Qui fecit Coelum, & terram.

E X O R - C I S M V S .

Exorcizo F te creaturam vini, per F eum, qui in Cana Galileæ aquam legis [Mofayc] conuerxit in optimum vinum Euangelicum; per F eum, cui sitienti salutem animarum nostrarum, dederunt Iudæi viuani felle mixtum, vt nulla intelligentia, nulla virtus, nulla communicatio sit tibi cum spiritibus maledictis: sed fias vinum bonum, optimum, & sanctum ad sanandas creatureas qualcumque Dei ex te bibentes, ab omnibus maleficiis, incantationibus, ligationibus, signaturis, facturis, febribus, infestationibus, perturbationibus, & ab omnibus infirmitatibus animæ, & corporis. Per ipsum Iesum Christum Dominum nostrum. Amen.

Oremus.

Adsto nobis Domine, & perpetuam benignitatem largire poscentibus, & creatuream tuam à Diabolo vexatam propitijs respice, benignusque in hoc vinum tuas largas benedictiones F & sanctificationes F infunde: vt alligata sint vulnera Sathanæ, infundentia misericordia oleum & vinum, & ego benedico F hoc vinum, & sanctifico F in nomine sancto tuo, vt vulpes infernales demolientes hanc vineam tuam, ponentes eam in desertum, vñā cum operibus suis, & maleficiis, & incantationibus, & ligationibus, & signaturis, & facturis destruantur, confingantur, & annihilentur: Nam plantasti eam Domine, & saepe circundediti eam à principio, & tempore siccitatis sanguine diuino filij tui irrigasti: Succurre ergo Domine, & benedic F & sanctifica F hoc vinum: vt sit vinum gratiæ, scientiæ, doctrinæ, seruoris, & amoris, & ex pluribus virtutibus confectum, ad sanandas quascunque crea-

creatureas ex eo gustantes, & bibentes: Nutriat, & vegetet animam ad devotionem, ad constantiam, & consolationem spiritualem, corpusque reficiat, & corroboret: intellectum clarificet, cor latificer, dolorem, & tristitiam quamcumque expellat: maleficia cuncta destruat, & annihilat à creatureis tuis ex eo bibentibus. Per ipsum Christum Dominum nostrum. Amen.

Oremus.

OMnipotens æterne Deus, fac nos tuam clementiam cum omni supplicatione precari super hoc vinum: vt benedicendo F benedicas, & sanctificando F sanctifices: vt sit vinum positum, & benedictum à Sapientia invenientia, super mensam in domum suā: Sit tanquam vinum seruatum Regi ad defruendum omnem languorem Diaboli: Sit tanquam libamenta vini, que per singulas sunt fundenda victimas: Sit vinum abundans de manu Regis diuini ad eradicandū omne maleficium: Sit tanquam vinum super sepulturam iusti: Sit vinum emptum absque argento, & absque villa commutatione, latificas corda bibentium: Sit vinū, quod pollicitus es Domine seruis tuis, & psallant bibentes hoc vinum in iucunditate: Trahe eos, post te currant, introduc eas in Cella vinaria tua, & exultent, & latentur in te de sanitate concepta, & de Sathanā confuso. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Oremus.

OMnipotēs Deus miserere famulæ tuæ à Diabolo vexante, & à continuis maleficiorum cruciatib⁹ propitijs respirare concede: benedic ergo F hoc vinum, & sanctifica F vt sit tanquam vinū, quod Christus dat suis deuotis bibere in conuicio suo spirituali: Sit vinum, quod misericordia Sapientia, vt multiplicentur dies, & addantur anni vita omnibus ex eo bibentibus, & extinguitur in eis omnis virtus Diaboli. Da Domine, vino huic augmenta gratiarum, & benedictionum: & corona inclyta protegat bibentes illud, & liberentur ab omnibus maleficiis, incantationibus, ligationibus, signaturis, & facturis. Memento Domine Deus huius Seruæ tuæ N. & ne deleas misera-

tiones tuas, quas in cruce fecisti sibi: Bibat vinum hoc optimum, benedictum & sanctificatum, dignum dilecto sponsio ad portandum: Veni Iesu dilecte mihi, surgamus ad vineas, ut videamus, quia floruit vinea tua Sabaoth ad extinguendum ferorem Luciferi: sint haec verba benedictionis & sanctificationis, sicut borrus de vinea Evangelica Sacramentis impinguata, cuius odor interficiat serpentem antiquum: Redundent torcularia de vinea Engadi, & stillent ex ea benedictiones innumerabiles, & largissimae sanctifications, & consecrationes multiplicentur super hoc vinum, & super creaturas a Diabolo vexatas, ut ex hoc vino bibentes a mortibus Dæmonum sanentur, & liberentur, quas araneus infernalis momordit. Adhuc, bone Deus, dic verbum, & benedic & sanctifica vimum, & creaturam tuam N. sicut iam post vinum sumptum ab Ilaac dedisti benedictiones filio suo Iacob: & post vinum sumptum a Rege Aſluero, benedixisti Reginæ Aſter. Tandem benedico, & sanctifico hoc vimum, ut inebrietur N. in laude Dei nostri, qui fecit mirabilia nobiscum, & non confundatur creatura ipsa in æternum: & per vinum benedictum, & sanctificatum destruo, annihilo, extirpo, cunfundeo, & eradicó omnia maleficia, incantationes, ligationes, signaturas, & facturas, arte diabolica omnibus creaturis, & præcipue huic Seruæ N. factas. Per eum, qui torcular calcauit solus, & in vino lauit stolam suam, & viuit, & regnat cum Deo Patre, & Spiritu sancto in sæcula sæculorum. Amen. ♫

Aspergatur Aqua benedicta.

BENE-

B E N E D I C T I O P A N I S²
& vini, & quorumcunque commestibilium.

Adiutorium nostrum in nomine Domini.
Qui fecit Cœlum, & terram.

E X O R C I S M V S.
Exorcizo vos creaturæ, panis, & vini, & cuiuscunque commestibilis; In nomine illius, qui panes in deferto benedixit, & multiplicauit, qui aquâ in vino conuertit, & manâ in deferto Patribus dedit, omne delestantum in se habet, ut sitis fortitudo, sanitas, & purificatio huic, & omnibus Dei creaturis ex vobis sumentibus ad effugandos omnes spiritus immundos, omnemq; nefariam vim Diaboli, & omnes figuræ, & minas Sathanæ exterminandas. Per eum, qui venturus est indicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

Oremus.

Omnipotens Deus, aeterna vita, & Angelorum panis, viuus, qui Eliam in fortitudine subcineret, panis, & que ad montem Oreb ambulare fecisti, & quinque panes in deferto tua sancta benedictione multiplicasti, aquâ in optimum vimum transubstantiasti, Moylemque, & populum tuum in deferto cibis suauissimis cibasti, purificare & benedicere, & sanctificare digneris hos creaturas cibi, & potus, quas in nomine sancto tuo purifico, benedico, & sanctifico, & ut quicunque ex eis comedent, & biberint, per dilectionem B. Virginis Mariæ, & omnium Sanctorum bibant, & comedant coram Domino, cum omni lætitia, & fint contra maleficia, infidias, & callidi hostis morbos præsidium, & tutamen, & comedentium corda, viscera, & cuncta corporis membra per Spiritus sancti gratiam sanctificantur. Quæ omnia maleficia, incantationes, ligationes, signaturas, & facturas, per hæc commestibilia, & potabilia dextruo & annibilo & à corporibus humanis eradicò. Per te Iesu Christe, qui viuis, & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

Aspergantur Aqua benedicta.

BE-

B E N E D I C T I O
Prandij, & Cena qua debet fieri præsente vexato.

Adiutorium **F** nostrum in nomine Domini.
Qui fecit Coelum, & terram.

EXORCISMVS.

Exorcizo vos **F** creaturæ Panis, & vini, & cuiuscumque commestibilis. In nomine **F** illius, qui panes in deserto benedixit, & multiplicauit, qui aquam in vinum conuerbit, & qui Matina in deserto Patribus dedit, omne delectamentum in se habentem, ut sitis fortitudo, sanitas, & purificatio huic, & omnibus Dei creaturis ex vobis sumentibus ad effugandos omnes spiritus immundos; omnemque nefariam vim Diaboli, & omnes figuræ, & minas Sathanæ exterminandas, per eum, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

Oremus,

Omnipotens Deus, æternæ vite, & Angelorum panis viuus, qui Heliam in fortitudine subcinctiij panis vsque ad montem Oreb ambulare fecisti, & quinque panes in deserto tua sancta benedictione multiplicasti; aquam in optimum vinum transubstantiaisti, Moysenque, & populum tuum in deserto cibis suauissimis cibasti, purificare **F** benedicere, **F** & sanctificare **F** digneris has creaturas cibi, & potus, quas, in nomine sancto tuo purifico **F** benedico, **F** & sanctifico, **F** vt sint tanquam cibi de venatione Iacob, vt benedicantur animæ comedentium; & tanquam carnes affæ igni, & azimi panes, cum laetucis agrestibus festinanter comedisti. Benedico **F** vt sint tanquam Mâna, quod comedetur filii Israël in deserto, & tanquam fatus cum melle, & vinum cum laete, & tanquam fructus pomorum, vt comedentes, & bibentes inebrientur in horto cum

Dilecto,

Dilecto, & Sponsa. Sanctifico, **F** vt sint tanquam cibus, & potus Danielis, Ananias, Misaelis, & Azariæ, & tanquam Examen Apum in ore comedentis: ac fatus mellis in ore Leonis: vt de comedente exeat cibus, & de forti egrediatur dulcedo, ad eradicandum, & destruendum omne maleficium, incantationem, ligationem, signaturam, facturam, & fascinationem huic creaturæ N. arte diabolica factam, vnam cum Dæmonibus ipsam vexantibus. Benedico, **F** & sanctifico **F** has creaturas cibi, & potus, vt quicunque ex eis comedenter, & biberit, per dilectionem Beatæ Virginis Mariæ, & omnium Sanctorum, sint tanquam, qui comedenter mel, & fatum, vt sciat reprobare malum, & eligere bonum: Sit tanquam, qui querit, inuenit, & comedit volumen sermonum Dei vivi: Sit tanquam sumens cibū perfectorum, cum lætitia, & exultatione, & simplicitate cordis, collaudans Deum. Et tandem hæc creatura cibi, & potus sit contra maleficia, insidias, & callidi hostis morbos praesidiun, & tutamen, & comedentium corda, viscera, & cuncta corporis membra, per Spiritus sancti gratiam sanctificentur. Per Christum Dominum nostrum. Amen. Creatura Dei N. tolle has creaturas cibi, & potus, quod misit tibi Deus, & quas ego exorcizo **F** purifico **F** benedico, & sanctifico. **F** In nomine sancto eius. Qui recordatus est tui Deus, & non dereliquit diligentes le: Requiesce ergo, comedete, bibe, epulare in Domino: Ut anima tua habeat multa bona posita in annos plurimos. Et à te recedat Sathan cum omnibus maleficijs, incantationibus, ligationibus, signaturis, & facturis, tibi arte diabolica factis. In nomine Patris, **F** & Filii, **F** & Spiritus sancti. **F** Amen.

Aspergatur Aqua benedicta.

B E N E D I C T I O
*Omnium medicinalium, unctionum, balneorum, &
 odorabilium mutatis, tamen mutandis.*

Adiutorium nōstrum in nomine Domini.
 Qui fecit Cœlum, & terram.

EX OR C I S M V S.

Exorcizo tē te creatura medicinæ, per Medicum aeternæ salutis, qui à morte aeterna genus humanum proprio sanguine sanitati restituit, per eum, qui ad curationē hominum virtutem medicinalē, herbis, lapidibus, ac diuersis creaturis contulit, ut nulla sit tibi communicatio cum Angelis Apollatis: Sed in virtute Domini nostri Iesu Christi cunctas inimici fallacias à te expelle: & sicut ex diuersis materiis facta es compositio medicinalis ad sanandas Dei creaturas, & præcipue à Diabolo vexatas sic virtutem tuam naturalem retineas, supernaturalemque recipias, adiurata in virtute Dei Patris, & Filii, & Spiritus sancti cuncta maleficia destruentis, ac regnantis in secula seculorum. Amen.

O R E M V S.

OMNIPOTENS aeternus Deus, qui es vera salus, & medicina, & à quo omnis sanitas, & medicamentum vemit: Quæsumus clementiam tuam, & pietatem: ut hanc medicinam, quam ad expellendas omnes ægritudines, & quæcunque virtutes diabolicas, & infestationes maleficiales: Imo, & ipsos Dæmones à corporibus, & visceribus hominū, in nomine sancto tuo benedico, & sanctifico, & cōseculo: Sic clementissime Domine benedicere, & sanctificare, & cōsecreare digneris: & in homine, qui eam liberior, extingue febrium infestationes, viscerum tormenta cura; cordis, & capitis dolores, & passiones cunctas disoluere; grauitates pectoris remoue; infestationesq; cunctas à quibusuis partibus corporis resolute; phatasmaticis ade-

sto periculis: tumoresq; compesce: fiat etiam illi hec medicina sancta morbi presentis expulsio, & peccatorū omnium optata remissio: ut dum gloriatetur aduersarius de habitatione percepta, ab hac serua tua N. cum o. anibus maleficis, incantationibus, ligationibus, signaturis, & facturis, ipse confusus recedat. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum vivit, & regnat in secula seculorum. Amen.

Oremus.

O Eterne Deus, qui tua prouidentia ab initio cuncta gubernas, quoniam dedisti, & in mari vias, & inter fluctus semitam firmissimam ostendens quoniam potentes, ex omnibus sanare, etiam si sine rate aliquis adeat mare: Nam per hæc visibilia medicamenta non lenitur quis à morsu serpentis antiqui, Domine; Sed per te omnium Saluatorem, quia tu solus es, qui liberas ab omni malo: & misericordia tua adueniente salua filios tuos. Imo tuus Domine sermo velociter sanat otantes ad te conffigentes, quia luore sanguinis preciosissimi filij tui totum mūndum sanasti. Infunde ergo Domine tuam sanctam virtutem, & benedictionem tē in hac medicina, & sana potentissime Deus creaturam tuam N. quia turbata sunt offa eius, & anima illius turbata est valde: Sana eam à descendantibus in lacum, quia clamat ad te, sicut sanasti Cananeā, & Publicanum, & Abrahām oratē: Sicut sanasti aquas per Ehsenum; Sicut percussus accipientes in serpentē æneū, & sicut tu Domine Iesu sanasti Hydropicum, & tangentes fimbriam vestimenti tui: Sana eam, sicut qui prior descendebat in piscinam post motionē aquæ, sanus fiebat à quæcumque detinebatur infirmitate: Sicut sanasti locrum Petri febricitantem, & sicut sanabas omnem languorē, & infirmitatē in populo, & omnes oppresos à Diabolo. Nam multitudo sapientie sanitatis est, orbis terrarum, & cum aqua delerat terram, sanauit iterum sapientia tua, & cuius in ore sanati sumus, cuius tactu vis febrium mox recessit: cuius sermone confessim surdus audiuist: cuius iussus fari non distulit, Sathan fugit; Claudius cœcus ecclœ vidit; agrotus præualuit: surrexit de sepulchro

ehro quatriduanus. Sic sana eam Dñe Iesu ab omni ægritudine, & à vulneribus Sathanæ, & ministrorum eius. Et sicut sanasti pluries populum Israelem, & puerum Centurionis, & curasti vexatos à spiritibus immundis, & sanasti multitudinem copiosam plebis ab omni Iudea, & Hierusalem, & maritima, & Tyri, & Sydonis à languoribus suis: Sic huic creaturæ tuae N. languenti conferas salutem, & veram medicinam. Sint oculi tui Domine super eam, & da illi sanitatem, & vitam: & huic medicinæ vim, & virtutem, & benedictionem, & sanctitatem, ut ab hac creatura N. expellat Demonem, & destruat, & eradicet omnia maleficia, incantationes, ligationes, tumores, dolores, signaturas, fascinationes, & facturas diabolicas: Nam venisti Domine quarere, & saluum facere quod perierat.

Oremus.

Benedic ☩ Domine, & sanctifica ☩ hanc medicinæ, & virtus Spiritus sancti sit super eam ad euacuanda, destruenda, annihilanda, & eradicanda à corpore huius creaturæ N. maleficæ cunctæ, cuiusvis maledictionis sunt facta, & simul ad expellendum ipsum Dæmonem; prout ego in nomine sancto tuo, & in nomine Dñi nostri Iesu Christi Nazareni Crucifixi filij tui exorcizo, ☩ benedico, ☩ & sanctifico, ☩ quia ipse propitiatur omnibus iniquitatibus nostris, & sanat omnes infirmitates nostras. Benedico ☩ te, per ipsum, qui redimit de interitu vitam nostram, & coronat nos in misericordia, & miserationibus. Sanctifico ☩ te per ipsum, qui misit Verbum suum, & sauuit nos, & redemit nos de interitionibꝫ nostris, & producit in montibus foenum, & herbam seruituti hominū. Benedico ☩ te, per ipsum, cuius manus vulnerat, & medetur; percutit, & sanat; Sanctifico ☩ te, per ipsum, qui misit Apostolos prædicare Regnum Dei, & sanare infimos, benedico ☩ & sanctifico ☩ hanc medicinam; vt sit medicina salutis animæ, & corpori huius creaturæ N. & languor huius ægritudinis sit in conspectu diuinæ Maiestatis. Sit hæc medicina tanquam aquæ egredientes de sanctuario Dei, in potum ad expellendam omnem fe-

brem,

brem, & ægritudinem, & tumorem, & dolorem. Et ad extirpandum omne maleficium, incantationem, ligationem, signaturam, & facturam, arte diabolica factam: Sit tanquam cor, & fel, & iecur piscis Archangeli Raphaelli, & Thobiae ad medicamenta utiliter: Et sicut ipse Angelus duxit, & reduxit Thobiam sanum, eiusque Patri restituit visum, & fecit eum videre lumen Cœli; Sic tu, o medicina, per istam sanctam benedictionem, ☩ & virtutem Spiritus sancti, quam in te infundo, restitu faniatem creaturae Dei N. Nam altissimus creauit te de terra, ut sis medicina sanitatis, medicina pacis, consolationis, & benedictionis: Sit super te virtus Spiritus ☩ sancti, & virtus diuina tecum sit ad sanandam creaturam Dei N. ab omni ægritudine, & tumore, & dolore: & ab omni maleficio, & infestationibus Sathanæ. Tadem, in nomine illius, qui est Deus omnipotens, Deus exercituum, qui facit mirabilia magna solus; Accipe, o medicina virtutem Spiritus sancti. ☩ Ut vobis unque attigeris virtute diuina à corpore creaturæ N. expelle omnem infirmitatem, tumorem, & dolorem, omnę maleficium, incantationem, ligationem, signaturam, & facturam sibi factam, & omne vinculum diabolicum cōfringe, dissipare, destrue, euacua, extirpare, eradicare, vomere, per feceslum emitte, prout magis expedierit, sine læsione aliqua animæ, & corporis: prout ego, in nomine Iesu Christi expello, ☩ confringo, ☩ dissipo, ☩ destruo, ☩ extiro, ☩ eradicco, & ad nihilum redigo ☩ à corpore ipsius creaturae Dei N. & infundo in te omnes benedictiones ☩ æterni Dei. In nomine Patris, ☩ & Filii, ☩ & Spiritus ☩ sancti. Amen.

Aspergatur Aqua benedicta.

BENE-

B E N E D I C T I O O L E I ,
Solemniter facienda ante Altare .

Adiutorium \ddagger nostrum in nomine Domini .
Qui fecit celum, & terram .

E X O R C I S M V S .

Exorcizo \ddagger te creatura olei, per \ddagger Deum Patrem omnipotentem, qui creauit Coelum, & terram, & omnia quae in eis sunt ; per \ddagger sapientissimum Filium eius Iesum Christum, per quem omnia in sapientia ordinata sunt ; per Spiritum \ddagger sanctum, per quem bonitatem, & clementiam consequimur ; per \ddagger Mariam Virginem debellatricem Dæmoniorum, per \ddagger Sanctos Angelos castra Summi Regis : per \ddagger Patriarchas, tentoria Israel, per \ddagger Prophetas, oracula Sancti Spiritus ; per \ddagger Sanctos Apostolorum, Iudices seculi : per \ddagger Evangelistas, Cancellarios Christi fideles : per \ddagger Innocentes, flores Martyrum : per \ddagger Sanctos Martires, charitate feruidos : per \ddagger Sanctos Confessores lumina mundi ; per \ddagger Sanctos Doctores, tuba Sancti Spiritus : per \ddagger Monachos, semina benedictionis, per \ddagger Sanctos Eremitas, mundi contemptores : per \ddagger Sanctos Sacerdotes, sacra Christi dentes, per \ddagger Sanctos Lenitas præceptorum seruatores ; per \ddagger Sanctas Virgines, sponsas Christi ; per \ddagger Sanctas Viduas, specula morum : vt omnis virtus Diaboli, omnis exercitus aduersarij, omnis incurfus, omnis tumor, & dolor, & phantasma Sathanæ, ministrorumque eius eradicetur, & effugiat ab his, qui ex te bibent, vel se vnxerint ; maleficia cuncta diabolica destruas, & consumes, & medicina optima, & sancta officiaris menti, & corpori sanitatem restituens ; nec valeant Dæmones se latitare in corporibus ipsis, sed in virtute potentissimi nominis Iesu se manifestent, & obedientiam Ministris Iesu Christi præstent, & exeant cum omnibus malificijs. In nomine Sanctissimæ Trinitatis, Patris, & Filii,

Filij, & Spiritus \ddagger Sancti, & omnium Sanctorum. Amen.
Antiphona.

Tulit autem Samuel lenticulam olei, & effudit super caput eius, & deosculatus est eum .

Cantic. Moy si Deuter. 32.

Audite Celi quæ loquor: audiat terra verba oris mei .
Concrescat, in pluuiam doctrina mea fluat, vt ros eloquium meum .

Quasi imber super herbam, & quasi stillæ super gramina:
quia nomen Domini inuocabo .

Date magnificentiam Deo nostro : Dei perfecta sunt opera, & omnes viae eius iudicia .

Deus fidelis, & absque vlla iniuitate: iustus, & rectus:
peccauerunt ei, & non filij eius in foribus .

Generatio prava, atque peruersa : haec sine reddis Domino popule stultæ, & insipiens ?

Nunquid non ipse est Pater tuus : qui possedit te, & fecit,
& creauit te ?

Memento dierum antiquorum : cogita generationes singulas.

Interroga Patrem tuum, & annunciat tibi : maiors tuos, & dicent tibi .

Quando diuidebat Altissimus gentes : quando separabat filios Adam .

Constituit terminos populorum : iuxta numerum filiorum Israel .

Pars autem Domini populus eius : Iacob funiculus hæreditatis eius .

Inuenit eum in terra deserta : in loco horroris, & vastæ solitudinis .

Circumduxit eum, & docuit : & custodiuuit quasi pupillam oculi sui .

Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos : & super eos volitans .

Expandit alas suas, & assumpsit eum : atque portauit in humeris suis .

Dñs solus, Dux eius fuit : & non erat cū eo Deus alienus .

G. Con-

Constituit eum super excelsam terram, ut comedederet fructus agrorum.
 Ut fuderet uel de petra: oleumque de saxo durissimo.
 Butyrum de armento, & lac de ouibus cum adipe agnorum, & arietum filiorum Basan.
 Et hircos cum medula tritici: & sanguinem vuæ biberent meracissimum.
 Incrasfatus est dilectus, & recalcitrauit: incrasfatus; impinguatus, dilatatus.
 Dereliquit Deum factorem suum: & recessit à Deo salvatori suo.
 Prouocauerunt eum in dijs alienis: & in abominationibus ad iracundiam concitauerunt.
 Immolauerunt Dæmoniis, & non Deo: diis quos ignorabant.
 Non, recentesque venerunt: quos non coluerunt patres eorum.
 Deum, qui te genuit dereliquisti, & oblitus es Domini creatoris tui.
 Vedit Dominus, & ad iracundiam concitatus est: quia prouocauerunt eum filii sui, & filiae.
 Et ait, abscondam faciem meam ab eis: & considerabo nouissima eorum.
 Generatio enim peruersa est: & infideles filij.
 Ipsi me prouocauerunt in eo, qui non erat Deus: & irriderunt in vanitatibus suis.
 Et ego prouocabo eos in eo, qui non est populus: & in gente stulta irritabo illos.
 Ignis succensus est in furore meo: & ardebit usque ad inferni nouissima.
 Deuorabitque terram cum germine suo: & montium fundamenta comburet.
 Congregabo super eos mala, & sagittas meas complebo in eis.
 Consumentur fame: & deuorabunt eos aues mortuam amarissimo.
 Dentes bestiarum immittam in eos: cum furore trahentium

tium super terram, atque serpentium.
 Foris vastabit eos gladius, & intus paucus iuuenem, simul ac virginem lactentem, cum homine sene.
 Et dixi, vbi nam sunt? cessare faciam ex hominibus memoriā eorum.
 Sed propter iram inimicorum distuli: ne fortè superbirent hostes eorum.
 Et dicerent, manus nostra excelsa: & non Dominus fecit haec omnia.
 Gens absque consilio est, & sine prudentia: vtinam sapient, & intelligenter, ac nouissima prouiderent.
 Quomodo persequebatur unus mille: & duo fugarent decem millia?
 Nonne ideò quia Deus sunt vendidit eos: & Dominus conclusit illos?
 Non enim est Deus noster, ut dij eorum: & inimici nostrí sunt indices.
 Devinea Sodomitorum vinea eorum: & de suburbanis Gomorrhæ.
 Vua eorum, vua fellis: & bottus amarissimus.
 Fel Draconum vinum eorum: & venenū alpidum insanabile.
 Nonne haec condita sunt apud me: & signata in thesauris meis?
 Mea est uictio, & ego retribuam eis in tempore, ut labatur per eorum.
 Iuxta est dies perditionis & adesse festinant tempora.
 Iudicabit Dñs populu suum, & in seruis suis miserebitur.
 Videbit quod infirmata sit manus, & clausi quoque defecerunt, residuque consumpti sunt.
 Et dicent, vbi sunt dij eorum: in quibus habebat fiduciā?
 De quorum viëtimis comedebant adipes, & bibeant vinum libaminum.
 Surgant, & opitulentur vobis: & in necessitate vos protegant.
 Videte & ego sim solus: & non sit aliis Deus præter me.
 Ego occidam, & ego viuere faciam, percutiam, & ego sanabo, & non est, qui de manu mea possit erui.

Leuabo ad Coelum manum meam, & dicam, viuo ego in æternum.

Si acuero, vt fulgur gladium meum : & arripuerint iudicium manus meæ.

Reddam vltionem hostibus meis ; & ijs, qui oderunt me retribuam.

Inebriabo sagittas meas sanguine: & gladius meus deuorabit carnes.

De cruento occisorum, & de captiuitate nudati inimicorum capitum.

Laudate Gentes populum eius : quia sanguinem seruorum suorum vlciscetur.

Et vindictam retribuet in hostes eorum: & propitius erit terra populi sui.

Gloria Patri, & Filio , & Spiritui sancto . Sicut erat in principio , & nunc , & semper , & in sæcula sæculorum . Amen.

Tulit autem Samuel lenticulam olei, & effudit super caput eius , & deosculatus est eum.

Iube Domne benedicere .
Deus author Cœli, & terræ det nobis hæreditatem vitæ æternæ . Amen.

LECTIO LIBRI LEVITICI.

A Nima cum obtulerit oblationem sacrificij Domino, simila erit eius oblatio : fundetque super eū oleū ; & ponet thus, ac deferet ad filios Aaron Sacerdotis: quorum vnuis tollet pugillum plenum simile, & olei, ac totum thus , & ponet memoriale super Altare in odorem suauissimum Domino : Quod autem reliquum fuerit de sacrificio, erit Aaron, & filiorum eius , sanctum sanctorum de oblationibus Domini. Cū autem obtuleris sacrificium coctum in cibano de simila, panes scilicet absque fermento conspersos oleo, & Lagana azyma oleo lita : Si oblation tua fuerit de sartagine , simile conspersa oleo , & absque fermento , diuides eam minutatim , & fundes super eam oleum.

oleum. Si autem de craticula fuerit sacrificium, æquè simila oleo conspergetur, quam offerens Domino , trades manib[us] Sacerdotis, Qui cum tulerit eam, tolleret memoriale de sacrificio , & adolebit super Altare , in odorem suauitatis Domino .

Tu autem Domine nostri miserere.

Deo gratias. Antiphona.

Ecce vnxit te Dominus super hæreditatem suam in Principem, & liberabit populum suum de manibus inimicorum eius, qui in circuitu eius sunt. Psal. 88.

M Isericordias Domini, in æternum cantabo . In generatione, & generationem: annunciaro veritatem tuam in ore meo .

Quoniam dixisti , in æternum misericordia ædificabitur in Cœlis: præparabitur veritas tua in eis .

Disposui testamentum electis meis , iurauit David seruum meo: vsque in æternum præparabo semen tuum .

Et ædificabo in generatione, & generationem sedē tuam . Confitebuntur Cœli mirabilia tua Domine : etenim veritatem tuam in Ecclesia Sanctorum .

Quoniam quis in nubibus æquabitur Domino ? similis erit Deo in filijs Dei .

Deus, qui glorificatur in Concilio Sanctorum : magnus, & terribilis super omnes , qui in circuitu eius sunt .

Domine Deus virtutum, quis similis tibi ? potens es Domine, & veritas tua in circuitu tuo .

Tu dominaris potestati maris : motum autem fluctuum eius tu mitigas .

Tu humiliasti sicut vulneratum , superbū : in brachio virtutis tuae dispersisti inimicos tuos .

Tui sunt Cœli , & tua est terra : orbem terræ , & plenitudinem eius tu fundasti Aquilonem, & mare tu creasti .

Thabor, & Hermon in nomine tuo exultabunt: cum brachium cum potentia .

Firmetur manus tua, & exalteetur dextera tua: iustitia , & iudicium præparatio sedis tuae .

Misericordia, & veritas præcedent faciem tuam; beatus populus qui scit iubilationem.

Domine in lumine vultus tui ambulabunt: & in nomine tuo exultabunt tota die, & in iustitia tua exaltabuntur. Quoniam gloria virtutis eorum tu es: & in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum.

Quia Domini est assumptio nostra: & Sancti Israel Regis nostri.

Tunc locutus es in visione Sæcannis tuis, & dixisti: posui adiutorium in potestate, & exaltavi electum de plebe mea. Inueni Dauid seruum meum: oleo sancto meo, vnxii eum. Manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meum confortabit eum.

Nihil proficiet inimicus in eo: & filius iniquitatis non appetet nocere ei.

Et concidam à facie ipsius inimicos eius: & odientes eum, in fugam conuertam.

Et veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius.

Et ponam in mari manum eius: & in fluminibus dexteram eius.

Ipsæ inuocabit me, Pater meus es tu: Deus meus, & successor salutis meæ.

Et ego primogenitum ponam illum excelsum præ regibus terræ.

In æternum seruabo illi misericordiam meam: & testamentum meum fidele ipsi.

Et ponam in sæculum sæculi semen eius: & Thronum eius sicut dies Coeli.

Si autem dereliquerint filij eius legem meam: & in iudiciis meis non ambulauerint.

Si iusticias meas prophanauerint, & mandata mea non custodierint.

Visitabo in virga iniquitates eorum: & in verberibus peccata eorum.

Misericordiam autem meam non dispergam ab eo: neque nocebo in veritate mea.

Neque

Neque profanabo testamentum meum: & quæ procedunt de labijs meis, non faciam irrita.

Semel iuraui in sancto meo, si Dauid mentiat; semen eius in æternum manebit.

Et Thronus eius sicut Sol in conspectu meo: & sicut Luna perfecta in æternum, & testis in Cœlo fidelis.

Tu vero repulisti, & despexisti, distulisti Christum tuum. Auerti testamentum serui tui: profanasti in terra sanctuarium eius.

Destruisti omnes sapientias eius: posuisti firmamentum eius formidinem.

Diripuerunt eum omnes transeuntes viam: factus est opprobrium vicinis suis.

Exaltasti dexteram deprimentium eum: Læstificasti omnes inimicos eius.

Auerti adiutorium gladij eius: & non es auxiliatus ei in bello.

Destruisti eum ab emundatione: & sedem eius in terra collisisti.

Minorasti dies temporis eius: perfudisti eum confusione.

Visqueuo Domine auertis in finem, exardescet sicut ignis ira tua?

Memorare quæ mea substantia: nunquid enim vanè constituiti omnes filios hominum?

Quis est homo, qui viuet, & non videbit mortem: eruet animam suam de manu inferi?

Vbi sunt misericordie tue antiquæ Domine: sicut iurasti Dauid in veritate tua?

Menor esto Domine opprobrij seruorum tuorum: quod continui in sinu meo multarum gentium.

Quod exprobrauerunt inimici tui Domine: quod exprobrauerunt commutationem Christi tui.

Benedictus Dominus in æternum. Fiat, fiat.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Sicut erat in principio, nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Antiphona,

Ecce vnxit te Dominus super hæreditatem suam in Principem,

cipem, & liberabit populum suum de manibus iniuriorum eius, qui in circuitu eius sunt.
Iube Domine benedicere.
Sapientia Dei patris sit nostrum semper auxiliatrix.

LECTIO EPISTOLÆ SANCTI Iacobi Apostoli.

INfirmatur quis in vobis? inducat Presbyteros Ecclesie, & orent super eum, vngentes eum oleo in nomine Domini; & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus, & si in peccatis sit, remittentur ei. Confitemini ergo alterutrum peccata vestra, & orate pro inuicem, vt saluemini: multum enim valet deprecatione iusti affidua. Elias homo erat similis nobis passibilis, & oratione orauit, vt non plueret super terram, & non pluit annos tres, & menses sex. Et rursum orauit, & Coelum dedit pluuiam, & terra dedit fructum suum.

Tu autem Domine nostri miserere.

Deo gratias. Antiphona.

Mulier dixit Eliseo, non habeo nisi partu olei, quo vngar.

Psalmus 22.

Dominus regit me, & nihil mihi deerit: in loco passuæ ibi me collocauit.

Super aquam refectionis educauit me: animam meam conuertit.

Deduxit me super semitas iustitiae: propter nomen suum.

Nam, & si ambulauero in medio umbræ mortis, non timerebō mala, quoniam tu mecum es.

Virga tua, & baculus tuus: ipsa me consolata sunt.

Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos, qui tribulant me.

Impinguasti in oleo caput meum: & calix meus inebrians quām præclarus est?

Et misericordia tua subsequetur me, omnibus diebus vita meæ.

Et

Et ut inhabitem in domo Domini, in longitudine dictum. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto: Sicut erat in principio, nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

Antiphona.

Mulier dixit Eliseo, non habeo nisi parum olei, quo vngar.

Iube Domne benedicere.

Per Euangelium Iesu Christi vngat nos misericordia Dei.

LECTIO EVANGELII, Secundum Lucam.

Suspiciens autem Iesus, dixit: Homo quidam descendebat ab Hierusalem in Hierico, & incidit in latrones: qui etiam despoliauerunt eum, & plagiis impositis abierrunt semiuiuo relicto. Accidit autem, vt Sacerdos quidam descenderet eadem via, & visu illo preteriuit: Similiter & Lenita, cum esset secus locum, & videret eum, pertransiit: Samaritanus autem quidam iter faciens, venit secus eum, & videns eum misericordia motus est. Et appropiâs, alligauit vulnera eius, infundens oleum, & vinum: & imponens illum in iumentum suum, duxit in stabulum, & curam eius egit: & altera die protulit duos denarios, & dedit stabulario, & ait: Curam illius habe, & quodcumque supererogaueris, ego cum reddiero reddam tibi.

Tu autem Domine nostri miserere.

Deo gratias.

Oremus.

Omnipotens æterne Deus, qui olius creati, habentes amaritudinem in radice, fortitudinem in ligno, pulchritudinem in foliis, latitudinem in ramis, durationem in longitudine, celsitudinem in elevatione; & plenitudinem in fructificatione: ex quibus ad universi condimentum, liquorem suauissimum emanare fecisti, quo Iacob titulum lapideum in Bethel vnxit ad consecrationem Sacerdotum: Et in sacrosanctis Sacramentis oleo utri, iussisti: super Reges fundi, & eo in-

infirmos vngi ordinasti, Tabernaculumque, & altare cum omnibus vatis eorum, ut essent sancta sanctorum, consecrari, sacrificia, & primitias conspersas olei offerri, precepisti: Sic Domine, per haec, & alia mirabilia, quae in sancto oleo operatus es, dignare hoc oleum benedicere & sanctificare, & consecrare, ut quicunque ex eo biberit, vel se vinxerit, vincitus sit dolore poenitentiae, soliditate conscientiae, sanctarum virtutum diuersitate, charitatis amplitudine, perseverantia in omni bono opere, aeternorum contemplatione, & aeternae vitae cōsecutione; & ab eo eradcentur omnes facta, maleficia, incantationes, phantasmatum, tumores, dolores, & ligationes quomolibet contra creaturas tuas facta: Sit omnium operum Sathanæ, & ministrorum eius destrucción, expulsio, & exterminatio: Et sicut oleum benedixisti, & per Samuelem, Saulem, & David in Reges, & Prophetas vnxisti; pro Moysèm, Aaron in Sacerdotem; per Sadoch, Salomonem; per unum de filiis Prophetarum Iehu; per Eliseum Reges super Syriam, & Israel, & Prophetam pro te oleo sancto vnxisti: Sic in nomine sancto tuo hoc oleum benedico & sanctifico, & & cōsecro, & omnibus benedictionibus Dei repleo; & sic benedictum, sanctificatum, & cōsecratum creaturis a diabolo vexatis in vunctionem, vysum, & potum trado ad extirpandum, & eradicandum omne nefas Diaboli: Sitque omnium operum Sathanæ destrucción, & exterminatio; & quisquis hoc oleo vysus fuerit, nō possit in eo diabolus latitare, immo se manifestare astrictus sit. Hoc oleum benedico, & sanctifico, & & cōsecro & ad restituendum obsecros; Febricitantibus, valetudinē: ægrotantibus, sanitatem; ad extinguendū venena, tumores, & dolores; ad compri mendum noxiā: ad depellendū aduersa; ad restituendum coniugis amorem, & odium expellendum: & quisquis ex eo vysus fuerit ab omni pariter languore, & infirmitate sanetur, a cunctis operationibus, & infidiis inimici liberetur: à morsu serpentis antiqui nunquam lædatur, & cunctæ aduersitates separetur à plasmate tuo, quod pretioso sanguine filij tui redemisti: Sit oleum Iudith, sit oleum gau dij,

dij, oleum exultationis, præ participiis tuis in visceribus creaturarum Dei: & oleum misericordia in ossibus eorum: Sit oleum fructificationis, fidei, charitatis, & pacis; Multiplicata benedictiones tuas aeternae Deus super hoc oleum sicut Stellas Celi, & super arenam, quæ est in littore maris. Quia ego per eum, cuius nomen est oleum effusum, benedico, & sanctifico, & & consecro. & Fundat Petra riuos olei sacri super vexatus a Diabolo, & vngat eos Deus, Deus oleo letitiae in habitaculis iustorum, & proficiat in salutem semipaternam. Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum, qui mundum vnxit oleo misericordia sua, & tecū viuit, & regnat in secula seculorum. Amen.

Oremus.

O omnipotens aeternæ Deus, qui per potentiam tuā cupita creasti, & per mirabilem bonitatem curationem morborum oleo dedisti; Sic misericordiam tuam, & virtutem super hoc oleum inuocamus ut benedicendo & benedicas sanctificando & sanctifices, & consecrando & consecres, quatenus quicunque hoc oleo vī fierint, benedictionis & tuæ opulenta repleantur, corda, & viscera, & capita, & cuncta membra per gratiam Sancti Spiritus à turpitudine callidi hostis purifcentur, & sanctificantur, Per Dominum nostrum. Amen.

Aspergatur Aqua benedicta.

E X O R C I S T A , V N G A T Q V O fidie, mani infirmi pulsus capitis, manuum, & pedum: tum aures, nares, labia, cæterasque partes vexatas, dum honestè fieri posset, & vngendo dicat.

Sicut Sanctus Sanctorum vnguis fuit spiritu Domini: Sic spiritus Sanctus sit super te creatura Dei, quia ego vnguis sacrae olei liquore: & per istud Sanctum oleum, & vunctionem sacrâ libero te & absoluo ab operibus Sathanæ; ac destruo omnia maleficia, incantationes, ligationes, signaturas, facturas, dolores, tumores, tibi arte diabolicea factas:

factas:vt in omni parte olei sancti,& crucis + virtute monita, diabolicos impetus viriliter contemnere valeas; ac hoc medicamento sancto omnem Dæmonis infestationem procul repellere possis, prout ego repello,annihilo, & detruo. In nomine Patris, + & Filii,+ & Spiritus + sancti. Amen.

In fine totiusunctionis, dic.

Domine exaudi orationem meam.

Et clamor mens ad te perueniat.

Dominus vobiscum.

Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Domine Iesu Christe, qui es salus, & medicina vera, a quo omnis sanitas: qui instituisti, vt languides olei liquore tangentes, vngamus; Quæsumus clementia tua, vt hanc creaturam tuam diabolica vexatione laborante in sanare digneris, fiatque sibi hæc olei sacra perunctio, morbi presentis expulso: & sicut oleo sancto tuo unxit eam; Sic manus tua auxilietur ei; Qui cum Patre, & Spiritu sancto viuis, & regnas in secula seculorum. Amen.

B E N E D I C T I O

Thori.

Adiutorium + nostrum in nomine Domini,
Qui fecit Coelum, & terram.

E X O R C I S M V S.

Exorcizo + te creatura plumarum: per eum quem vidit Isaías sedentem super solium excelsum, & eleuantem; & ea, quæ sub ipso erant, replebant Templum, Seraphim stabant super illud: sex alæ vni, & sex alæ alteri; duabus velabant faciem eius, & duabus velabat pedes eius, & duabus volabant, & clamabant alter, ad alterum, & dicebat: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum,

Plena

Plena est omnis terra gloria eius: vt nulla communio sit tibi cum Angelis maledictis, & excommunicatis: Sed si es creature benedicta + & sanctificata + ad expellendos, & fugandos inimicos nostros, & esto inimica inimicis nřis, & afflige affligeres creaturam hanc N. Per Iesum Christum, qui vivit, & regnat in secula seculorum. Amen.

Oremus.

Clementissime Deus, qui atfligendo sanas, & castigando nos salvas, deprecor Maiestatem tuam, & clementiam super has plumas, quas benedico + & sanctifico + per nomen tuum, qui iussisti plumas proteci prope Altare ad orientalem plagam, qui cortinas Tabernaculi variatas operare plumarior fieri iussisti: & qui diceris Aquila plena multis plumis: vt sicut ego exorcizo, + benedico, + & sanctifico, qui has plumas, & lectulum, & thorū, vt sit immaculatum, & mundum ab omni opere Sathanæ: Sic & tu benedicere, + & sanctificare + digneris. Ut quisquis, & præcipue creatura tua N. super has plumas, & lectulum, ve dormiat, prostrata fuerit, tuā sanctā benedictionem recipiat, dormiat, & secura quiescat. Imò omnis spiritus immundus, omnis incurso Sathanæ, oē phantasma, omne maleficium, omnis incantatio, ligatura, signatura, factura, & oē opus quodolibet diabolicum in ea N. factū, destruatur, annihilatur, exterminetur, dissipetur, expellatur, & ab ea separetur quantum est elongatū celi à terra, lux à tenebris; nec amplius reuertatur, prout ego, in nomine tuo Thethagrāmatione destruo, + annihilo, + extermino, + disipo, + et expello, + & ab ea N. separo, vt non reuertatur: & spiritu maledicti thorum creaturæ tuæ N. precioso sanguine filij rui redemptæ, violare volentes, cōtero, & dispergo per sanctum nomē Iehoua. Sicut verò mulier Sumaritidis fecit cena-anū parvū, & posuit in eo lectū, & mesā, & sellā, & cāde-labrum, & recepit Elium virtutin Sancti Dei, qui ibi re-quieuit; Sic plumas, & lectulum, & thorū istū benedicere, + & sanctificare + digneris. Et sit nunc, & semper benedictus, + & sanctificatus +, put ego in noīe sancto tuo benedico, + & sanctifico + p eū, quē adorauit Israel cōuerlus

uersus ad lectuli caput; per eum, quod adoravit David iacentem in lectulo, per eum, qui sanauit paraliticū iacentem in lecto; per eum, qui dormiebat in nauicula, & fecit cefare ventos: per eum, qui dixit, non est mortua puerla, sed dormit; per eum; qui dixit Discipulis suis, dormite iam, & requiescite: per eum, qui dixit Petro, Simon dormis? per eum, qui dixit, si dormit, saluus erit: & qui viuit, & regnat cum Deo Patre, & Spiritu sancto in saecula saeculorum. Amen.

Oremus.

O Mnipotens æterne Deus, sicut suscitasti puerum Sunamitidis iacentem in lecto per serum tuum Eli-seum: & saluasti Ioam per manum Iosobeth in cubiculo lectulorum ne interficeretur; Sic digneris saluare hanc creaturam tuam N., ab infestationibus Dæmonū: & sicut Sunamitidis illa recepit gratias à viro Dei, & benedictionem: Sic hæc creatura N. consequatur tuam gratiam, & largam benedictionem, vt super lectorum hunc, & plumas dormiat fiducialiter, & requiescat, & inueniat locum Domino. Tabernaculum Deo Iacob, ascendat supra lectum stratum sui, & des somnum oculis suis tamquā in sinu sancto tuo, & requiescat sicut in lectis eburneis: Sicut in tentoriis Israël pacificè, cum pace, cum charitate, in timore Dei à vespere usque mane, & adoret te toto corde, & mente: nec sit, qui cā terreat. Lectulus hic sit floridus, benedictus, & sanctificatus ex diuersis nomina bus Dei; ex aromatibus Myrrhae, & Thuris, & ex diuersis pulueribus pigmentarij: Et sicut lectulum Salomonis sexaginta fortis ambient ex fortissimis Dei potentis; omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi vniuersiisque ensis super formum suum proper timores nocturnos: Et tu Domine, qui dixisti, ego dormio, & cor meum vigilat: & alibi. Ego dormiui, & soporatus sum, & exurrexi, quia Dominus suscepit me: Sic hæc creatura N. audiat vocē tuā mellifluām, & dormiat: Sicut Jacob in Bethel: Dormiat vt Leo, & inimicus suscitare nō audeat: Dormiat inter medios clerros, & inter columbas, habentes pennas deargentatas: Dormiat in sinu Abisag Sunamitidis, & soueat, & calefaciat sicut

sicut Regem David, Dormiat super stratum suum, & vivat Dominus, qui eruit animam suam de omni angustia. Irruat sopor super eam, & dormiat in lecto suo, tanquam non timens, sed quietens, & suavis sit somnus eius: Et cū dorminierit, custodiant eam Angeli sancti Dei, & mandata Iesu Christi: & euangelis, loquatur cum eis verba vitae, vt in lecto suo, per noctem querat quem diligit anima sua. Et tandem benedicte Deus, multiplicantur tue benedictiones & super hanc creaturam N. vexatam, & super plumas has, & sicut Stella Cœli, & arena maris, sicut iam multiplicasti super Abram, Isaac, & Iacob. Per ipsum Iesum Christum filium tuum, qui viuit, & regnat in saecula saeculorum. Amen.

Aspergatur aqua benedicta.

I N S E Q U E N T I O R A T I O N E
qua scripta sit in carta benedicta, intulatur Averum, Thus, & Myrrha, & collocetur in quatuor Angulis Thori.

Qui manifestatus est in carne, iustificatus in spiritu, prædicatus Gentibus, in cruce occisus, & afflupitus in gloria; sedens ad dexteram Dei Patris, vt credentium preces, vt vota exaudiatur: Ipse per suum sanctum nomen, cui omne genus electum Cœlestium, Terrestrium, & Infernorum: & per misericordiam suam infinitam, & sanctam passionem, & criticem, & per merita, & preces Sanctæ Mariæ Virginis, & Angeli Dei custodis mei, tortusque Cutræ Celestis, me à cruciabitibus Dæmonum, & ab eorum operibus maleficialibus, thorumque hunc ne maculetur bene & dicere, & præseruare dignetur; Qui in unitate perfecta cum Patre, & Spiritu & Sancto viuit, & regnat in saecula saeculorum. Amen.

Qyo

Q V O F A C T O , I N M E D I O
Thori collocatur mensura alicuius Crucifixi: & in plu-
mis ipsis, siue lanis incorporentur, videlicet, Thus, Myr-
ra, Ruta, Hipericon, oliua, cera benedicta, ac diuina
nomina sequentia.

Ecce crux + Iesu Christi + cruce Christus vincit +
Christus regnat + Christus imperat + Agios + Ich-
iros + Sother + Sabaoth + Adonay + Heloym + Homou-
sion + Thetagrammatō + Otheos + Athanatos + Alpha,
& Omega + Saluator + Principe + finis + Primoge-
nitus + Via + Veritas + Iehouā + Vita + Sapientia + A-
ternus + Virtus + Paracleter + Ego sum + Qui sum. +
Messias + Agnus + Ouis + Vitulus + Aries + Leo + Os +
Misericors . + Charitas + Lux + Omnipotens + Creator +
Redemptor + Amor + Emanuel + Primus, & nouissimus
+ Ianua + Petra + Gloria + Imago Patris + Vnicus + Fons
vitæ + Panis + Brachium + Dominus + Mons magnus +
Glaouis David + Dux domus Israel + Radix Iesse + Sce-
prum dōmus Israel + Oriens + Splendor + Adonay +
Sol iustitiae + Rex gentium + Expectatio gentium + Can-
dor lucis æternæ. + Rex gloriae + Iesu Christus + Domi-
nus virtutum + Triumphantor Inferni + Iesus, Deus, de
Deo + Iesus æterna sapiētia + Iesus Patri coequalis + Ie-
sus, & homo + Iesus, Iesus splēdor paternæ gloriae + Ie-
sus lumē de lumine + Iesus, quo Celi firmati sunt + Ie-
sus amor Patris + Iesus brachiū Spiritus sancti + Iesus
Thronus sanctissime Trinitatis + Iesus Maiestas glorie +
Iesus semen vitæ æternæ + Iesus, natus de Maria Virgine
+ Iesus Sacerdos Magnus + Iesus Lapis Angularis + Ie-
sus Princeps Pacis. + Iesus Stella ex Iacob + Iesus Liber
vitæ + Iesus Medicina salutis + Iesus vena aquarū + Ie-
sus Scala Cœli, + Iesus porta Paradisi + Iesus caput Ec-
clesiae sancte + Iesus panis viuus + Iesus fides firma + Iesus
spes nostra + Iesus charitas perfecta + Iesus fundamētum
humilitatis + Iesus fons pietatis + Iesus Iudex viuuerſi +
Iesus

+ Iesus sanitas languentium + Iesus cōsolator afflitorum
+ Iesus opprētor Superborū + Iesus destructor Idolorū +
Iesus fugatio tenebrarum + Iesus depopulator Dæmonum
+ Iesus malleus maleficorū + Iesus iugum ferreum Lu-
ciferi + Iesus prædator Tartari + Iesus morsus Sathanæ,
& Angelorum eius + Iesus triumphator Inferni + Iesus
illustralio Paradisi + Iesus Angelorum ferculum + Iesus
gloria Sanctorū omnium + Maria Mater vniuersorū + Ma-
ria arca thesaurorum Dei + Maria Paradisus + Maria de-
liciarum hortus + Maria Cedrus + Maria Cyprellus + Ma-
ria Palma + Maria rosa + Maria oliua + Maria Vitis + Maria
Platanus + Maria Balsamum + Maria Myrrha + Maria Gal-
banus + Maria Lignum + Maria Scala Cœli + Maria porta Pa-
radisi + Maria mare + Maria ros + Maria Luna + Maria Sol +
Maria Terra + Maria arcus Cœlestis + Maria collū + Maria
colubra + Maria Elephās + Maria Ouis + Maria Ebū + Ma-
ria dies + Maria fons oīum gratiarū + Maria Nauis securissi-
ma + Maria Nubes + Maria Mons Synai + Maria Thronus +
Maria Vellus + Maria Lux + Maria Vas Dei + Maria rosa
Dei + Maria sedes Dei + Maria Civitas Dei + Maria Gastellū
+ Maria Stella matutina + Maria lignū Vitæ + Maria specu-
lū pfectiōnis + Maria bonitatis mētrū + Maria pute⁹ aqua-
rū viuētiū + Maria regula morū + Maria via salutis + Maria
Spōsa Dei + Maria Mater Christi + Maria Spūs sācti Tépli
+ Maria palatiū superni Imperatoris + Maria hospitiū Dei-
tatis + Maria Cella Dei aromaticā + Maria Imperatrix vni-
uersit + Maria dominatrix Dæmoniorū + Maria Virga Dæ-
monū + Maria paucor Inferni + Maria auxiliatrix potētiū si-
ma + Maria Aduocata prudētissima + Maria mediatrix effi-
caciissima + Maria medicina peccatorū + Maria salus des-
perantū + Maria cōsolatrix afflitorū + Maria sanitas infir-
morū + Maria liberatrix captiuorū + Maria defensio op-
pressorū + Maria portus salutis + Maria Cinitas refugij tu-
tissima + Maria Virgo Virginū + Oēs spūs beati defendite
me, + oēs sācti Apostoli orate pro me, + Oēs sācti Mar-
tyres intercedite pro me, + Oēs sācti Cōfessores suppli-
cate pro me, + Oēs sācte Virgines, & Vidiue orate p̄ me.

B E N E D I C T I O
Vestimentorum.

Adjutorium \ddagger nostrum in nomine Domini,
Qui fecit Coelum, & terram.

EX ORC IS M V S.

Exorcizo \ddagger vos creaturæ diuersæ indumentorum, per eum \ddagger qui ad decorum, & ornamentum generis humani vos parauit, per eū \ddagger qui volucres cœli, bestias terre, & pisces mari induit; per eum \ddagger qui per Moyseñ vestes sanctas in gloriam, & decorum Aaron fecit; & Salomonis templum de lignis cedrinis, & oliuarum, auroque purissimo veltiuit, & picturis, & ornamentiis preciosissimis ornauit vndeque; vt sitis indumenta pura, benedicta, \ddagger & munda ab omni labe, virtute, & macula spuriissimi Sathanæ, & ipsius inimici operationes, & vires nequam retinere valeatis: sed sitis indumenta benedicta, \ddagger & sanctificata \ddagger per eum, qui cinctus humanitate, vt genus humanum redimeret, mortis subiecit, & nunc immortalitate, & gloria indutus, vivit, & regnat in secula seculorum. Amen.

Oremus.

Omnipotens æterne Deus, qui inter cætera mirabilia, creaturas tuas diversis ornamentiis decorasti: & tunicas pelliceas Adæ, & Euæ fecisti: nosque veste misericordia, in hoc seculo, & in Regno tuo peruenientes, stola gloria circundas: Quæsumus, vt haec indumenta, pro tuo nominis amore, purificare, \ddagger mûdo, \ddagger & benedicere \ddagger digneris; quæ in tuo nomine purifico, \ddagger mûdo, \ddagger & benedico, \ddagger vt ad instar humilis armatura digneris hanc creaturam tuam N. vestire discoloribus, & subtilibus, calcare hyacinto, & cingere bysso: dareque armillas in manibus suis, & torquem circa collum, & circulos auribus suis, & coronam decoris in capite suo; ornatave sit auro, & argento, & vestita polymito, & multis coloribus, vt decora

fit

Pars Secunda.

115

sit nimis coram te Deo optimo maximo suo, Et cum senseris fragrantiam horum vestimentorum, des huic seruæ tuae N. filia tue osculum pacis, consolationis, & benedictionis. Concede Domine, vt odor horum vestimentorum sit sicut odor Thuris: & qui ea portauerit, & induerit coelestis gratia plenitudinem in eis, & munimen valeant tua benedictionis percipere, vt ab omnibus inimicorum maleficiis, incantationibus, ligationibus, signaturis, & facturis, & insidiis defensa incolmis, te in secula glorificare possit. Per Christum Dominum nostrum, quitecum viuit, & regnat, &c.

B E N E D I C T I O
Herbarum.

Adjutorium \ddagger nostrum in nomine Domini,
Qui fecit coelum, & terram.

EX ORC IS M V S.

Deus omnipotens, qui in creatione vniuersi inter mirabilia opera tua dixisti, Germinet terra herbam viventem, & facientem semen: & lignum prouiferu faciens fructum, iuxta genus suum, cuius semen in semetipsa sit super terram, & eam dedisti nobis in escam, & vsum, quia valde bona: Sic propter nomen sanctum tuum laudabile, & benedictum; magnu, & glorificatum in Celo, & in terra, pone dexteram tuam plena larga benedictione \ddagger super has herbas. N. N. & reple eas cunctis benedictionibus, prout ego in nomine sancto tuo, Iehoua, eas exorcizo, \ddagger benedico, \ddagger sanctifico, \ddagger vt vbiunque collocata fuerint, siue in lanis, vel plumis, vel paleis, vel lectis, vel in domibus, cubiculis, habitationibus, & in quibus vis locis, vel super se habuerit, vel portauerit, vel si quis fuerit ex eis fumigatus, vel in balneo lotus, per omnipotentiam tuam, & virtutem acerbissimæ passionis Domini nostri Iesu Christi

H. 2 Christi

Christi filij tui, elongetur ab eis omne malū, omne periculum, omnes virtutes, & opera Sathanæ, sicut elongatum est Cœlum à terra: Lux à tenebris, veritas à mendacio. Nec habent potestatem ipsi aduersarij nostri latitudi, nocendi, veritatem tacendi, nec permanendi in creaturis ipsis, & locis: & ideo, per eū, qui dat herbam seruitu hominum, & per virtutem sanctissimi nominis sui Thetagrammaton, & per vocem ipsius, dicentes: Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciūt, has herbas N.N. benedico, & sanctifico. ¶ ad fugandos Dæmones, ad destruendum, annihilandum, & extirpandum, & eradicandum omne maleficium, incantamentum, ligationes, signaturas, & facturas à corporibus humanis, & ab aliis creaturis, & à quibusuis locis, omne opus diabolicum factum, vel fiendum, ita quod ibi nulla habitatio, & nulla virtus sit inimici: Sed in nomine Iesu, cuius Sanctissimum nomen, & virtutem, & potentiam inuoco, super has herbas, recedant maledicti, & vadant præcipites confusi in barathro, in Tartaro, in Gehenna, & in Inferno cum omnibus operibus suis hereticalibus: & inhabent Sanctissimi Angeli Dei, vt recipiant sanitatem: Et sicut pluuii germinat herba de terra; sic ros de coelo, & virtus Spiritus sancti pluit super has herbas, & per suam sanctam benedictionem ¶ fiat herba virentes, pascua pinguis super montes Israel: Require aeternæ Deus, quod perierat: reduc quod abiectum est; alliga contractum, & consolida quod infirmum est: Custodi quod forte, & pingue est, & pasce oves tuas, accubare que facias in finu Abrahæ, Per Iesum Christum, qui languores nostros, & dolores portauit; qui vulneratus est propter iniquitates nostras, & attritus est propter scelerata nostra:

Et liuore eius sanati sumus. Amen.

B E N E D I C T I O
Fumigationis aromatum, & cubiculi, quæ debet fieri quotidie praesente Maleficiato.

Adiutorium F nostrum in nomine Domini,
Qui fecit cœlum, & terram.

EX OR C I S M V S.

E Xorcizo ¶ te creatura fumigationis ex diuersis aromatis composita, per Deum omnipotentem, qui fecit Cœlum, & terram, mare, & omnia, quæ in eis sunt: Et per tres Reges Orientales, qui Christo obtulerunt aurum, thus, & myrrham; vt nulla virtus aduersarij, nullus exercitus Diaboli, nulla incurso Sathanæ, nullum phantasmatum tecum sit; sed efficiaris fumigatio benedicta, & sanctificata ¶ ad fugandos Demones à corporibus humanis, & ab eorum habitaculis; & ad eradicandum omne maleficium, arte diabolica factum: In nomine Dei Patris ¶ omnipotens, & in charitate Domini nostri Iesu Christi, & in virtute Spiritus sancti. ¶ Amen.

Oremus.

O Mnipotēs aeternæ Deus, tu imploramus clementiā; vt saluare nos digneris ex ore Leonis; qui circuit, querens de unitate Ecclesiæ tuæ, quæ deuoret: Sed tu fortissime Leo de Tribu Iuda cōtere cōtraria virtutis seuitiā rugientē, & benedic, & sanctifica ¶ fumigationē hāc aromatū ad fugādos à corporibus humanis Dæmones, & ab eorū habitaculis: & ab eis radicādū omne maleficium, incantationē, fascinationē, signaturā, facturā, ligationē, infestationē, & omne opus diabolicū; nec inimicus possit præualere contra creaturas tuas, sanguine filij tui redemptas. Sanctifica & benedic ¶ haec aromata, vt sint tāquā aromata, quibus cōdit i Jacob, & Ioseph; Et quibus utebatur Hester; & tanquā aromata multa Salomonis: & thymiamata de aromatibus boni odoris ad dissipandum

inimicum: & vapor, & nebula, & odor huius fumigationis, sit sicut odor Cypri, & Nardi, & Croci, fistulae, & Cinamomi Mirrhe, & Aloes, & super omnia aromata ad destruenda omnia phantasmatum, & incantamenta Sathan. Et ego benedico tibi creatura, fumigationis, & sanctifico tibi per eum, quem Cœlum, & Cœli Cœlorum capere non possunt: per eum te sanctifico tibi qui tangit montes, & fumigant, ut domus hec benedicatur, + & sanctificetur, + & a te fumigetur, & repleatur fumo a maiestate Dei, & de virtute eius ascendat fumus incensorum de manu Angelorum coram Deo: & aperiatur Templum Tabernaculi testimonij in Cœlo; & exeat Angelus habentes misericordias Dei, vestiti lapide mundo, & candido, & præcincti circa pectora, zonis aureis, & inhabitent in hac domo, custodiens hanc creaturam N. & omnes habitantes in ea: & fumus huius fumigationis ascendat, & eradicet omne genus Dæmoniorum, & omnia maleficia, incantationes, ligationes, signaturas, & facturas, ab hac domo, & ab hac creatura N. quam in nomine sancto tuo benedico, + & sanctifico, + & benedictionibus Cœlestibus + repleo, sit hoc cubiculum, & domus Thalamus Dei, sit palatium Christi: Sit habitaculum Spiritus sancti: Sit hec domus, tanquam cella aromatum, & odoramentum vnguenti optimi: & impleteur odore vnguenti, & fumi Nardi pisticis preciosis: Sit tamquam domus Dei, ad adolendum incensum coram eo, & ad fumiganda aromata, & descendat dilectus in hanc domum, sicut in hortum suum ad areolam aromatum, & quisquis fumigatus fuerit ex his aromatis, benedicatur, + & sanctificetur, + & videat, & audiat voces, & lampades, & sonitū buccinæ de Cœlo, & monte fumigante; & loquatur cum Deo, & respondeat ei Deus, verba vitae; & salutis: & sit, sicut quæ ascendit per desertum, ut virgula fumi ex aromatis myrræ, thuris, & vniuersi pulueris pigmentarij, ut liberetur ab omnibus maleficiis, incantationibus, ligationibus, signaturis, facturis, & a Dæmonibus eâ vexatibus. Sit odor huius fumigationis aromaticæ; Sicut odor vinearum florentium, & malorum, & mandragoræ:

goræ: Sit quasi myrrha, dans odorem suavitatis, quasi balsamum, & quasi odor suavitatis libani: Sit tanquam incensum aromatum, quo adolebat Altare aureum, sub testo testimonij cōtra velum: Sit tanquam odor holocaustorum Noe, quæ odoratus est Dominus odore suauissimo: Sit sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus, & sicut odor preciosissimus victimæ Domini. Sit sicut odor Nardi in accubitu Regis, & sicut odor diuinus effusus in fundamento Altaris Principi excelsi; & sicut Christus tradidit semetipsum pro nobis oblationem, & hostiam Deo in odorem suavitatis, sic in odore illius benedicatur tibi hec domus; sanetur hec creatura N. ab omnibus infestationibus Sathan: & eius potentia, membraque tota sui corporis sanctificantur tibi in odorem vita, & dulcorentur variis odoribus in vitam æternam: Et ad odorem, & fumum huius aromaticæ fumigationis, non lateat se Sathan, sed fugiat cum satellitibus suis, & maleficiis, & incantationibus, & ligationibus, & signaturis, & facturis, & ceteris operibus suis diabolicis ab hac creatura Dei N. & ab hac domo: Et elongetur ab eis, quantum est elongatum Cœlum à terra, lux à tenebris, & veritas à mendacio. Per Iesum Christum Dominum nostrum. Amen.

Aspergatur cubiculum, & fumigatio aqua benedicta, & super ignem benedictum ponatur,

B E N E D I C T I O I G N I S
Ad fumigationes faciendas, & ad comburendā Dæmonum nomina, & imagines, & eorum instrumenta maleficialia.

Adiutorium ♫ nostrum in nomine Domini,
Qui fecit Coelum, & terram.

EX ORC IS M V S.

EXORCIZO ♫ te creatura ignis, per Deum ♫ tuum, & vniuersi totius creatorem, qui pluit super Sodomitam, & Gomorrah sulphurem, & ignem: subuertiq; Ciuitates, & omnes eorum habitatores: per ♫ eum, à quo egrefso igne Nadab, & Abiu: & iterū extreñam pārem castorum populi murmurantes, deuorauit: per eum ♫ qui te in Inferno statuit ad cruciandū peccatores, super quos pluit laqueos, ignem, sulphurem, & spiritus procellarum, vt sias creatura ab omni labe inimici purgata, & benedicta: & in te retineas omnem vim, & virtutem comburendi.

SI PRO FVMIGATIONE, DIC.

AD superbiam maledictorum Dæmonum coercendam, vt ex effumigatione hac, fumū horribilem, & tenebrosum taliter emittas, vt cum omni impetu, & furore super Dæmones seruam Dei N. vexantes sint cunctæ confusiones, dolorū, asperitates, foetores, culmen cunctarum iniquitatum, & tormentorum, calamitates, angustiae, conquisationes, mærores, cunctorum scelerum iniudicationes, gladij, hastæ, sagittæ, & fulmina percutientia, incendia extinguibiliæ, ignis, sulphur, ira Dei, vt ipso finet cruciatum, & dolores valde intolerabiles Inferni remores, donec virtute diuina, mihi Exorcistæ obedientiam præstent: & tandem à locis fumigatis, & à corporibus obfessis, fugam parent

parent confusi. Per eum, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

PRO COMBVRENDIS VERO nominibus, & Dæmonum imaginibus, dic.

VT figuræ, & Dæmonum nomina in te proiicienda, & per te comburendā taliter torqueas, excrucias, & comburas, ac si eorummet substantiæ inter horrores, & confusiones gehennæ cruciarentur, ac torquerentur. Per eum, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

PRO INST RVMENTIS VERO maleficialibus comburendis habeas instrumentum maleficiale, & gladium paratum ante Altare indutus saltem stola Sacerdotali, illud destrue hoc modo, vt sequitur.

Iudas cum accepisset cohortem, & à Pontificibus, & Phariseis ministros venit illuc cum lanternis, & facibus, & armis. Iesus itaque sciens omnia, quæ ventura erant super eum, processit, & dixit eis: Quem queritis? Responderunt ei: Iesum Nazarenum. Dicit eis Iesus. Ego sum. Stabat autem & Iudas qui tradebat eum, cum ipsis. Vt ergo dicit eis: Ego sum, abierunt retrosum, & cederunt in terram.

HIC EX ORC IST A PER CVTIAT instrumentum maleficij semel malleo, deinde sequatur.

Simon ergo Petrus habens gladium, eduxit eum, & percussit Pontificis seruum, & abscedit auriculam eius dexteram. Erat autem nomen seruo Malchus.

P E R C V T I A T B I S E X O R C I S T A
maleficij instrumentum, & sequatur.

VIdens Iudas qui eum tradidit, quod damnatus esset, pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos principibus Sacerdotum, & Iunioribus, dicens, Peccauit tradens sanguinem iustum. At illi dixerunt: Quid ad nos? tu viseris, & proiectis argenteis in templo, recessit: & abiens, laqueo se suspendit.

P E R C V T I A T T E R , V T S V P R A .
Deinde dicat.

Iesus autem iterum clamans voce magna emisit spiritum. Et ecce velum templi scissum est in duas partes, à summo usque deorsum: & terra mota est, & petrae scissa sunt.

H I C E X O R C I S T A I N C I D A T
instrumentum ipsum maleficij, deinde tradat igni benedicto seruato modo, & forma in doctrina duodecima,

ET sicut, haec instrumenta hæreticalia, & maleficialia, creaturas Dei vexantia in fumum nunc es conuersurus, & ad nihilum redactus, sic in virtute Domini exercituum, eorum operationes, & diabolicae vexationes evanescant, & cuncta maleficia, incantationes, fascinationes, ligatura, signatura, & factura à cunctis membris maleficiorum eradicentur, confringantur, & annihilentur, sine tamen spirituali, nec corporali lassione eorum. Per eum, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

Oremus.

OMnipotens æterne Deus, qui in igne, & flammis iustitiam tuam sèpè ostendisti, & mirabilia operatus es, & qui spectaculum tremendum, & horribile es spiritibus immundis: quæsumus, ut hunc ignem, quem in nomine

ne tuo sancto, & terribili, benedico, & sanctifico. Ad tuam representandam iustitiam rigidam inferni, potentia, & virtute tua corrobores, & hos maledictos Dæmones ignis crudeliter subiicias, ac si realiter, præstantialiter, & substantialiter in igne infernali cruciarentur, donec ad tuam gloriam, creature tuæ N. salutem, & ipsorum Dæmonum conulsionem, obedientiam præstant Sacerdoti Ministro. Et tandem doloribus atrocissimis inuoluti, territi, & confusi fugiant à facie nostra, & vadat præcipites ad loca per ipsum deputata, vel ad nouissima inferni descendat superati, secundum beneplacitum diuinae Maiestatis tuae. Ignis verrò tui amoris, & charitatis illuminet tenebras conscientię nostrę, ut expulsi a corporibus nostris, peccatorum tenebras, ad cognitionem tuæ misericordiæ peruenire mereamur: Qui vitius & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

Aspergatur Aqua benedicta: & in ipsa actione, cantetur Psalmus subsequens.

Psalm. 67.

EXurgat Deus, & dissipentur inimici eius: & fugiant qui oderunt eum à facie eius. Sicut deficit fumus, deficiat: Sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei.

Et iusti epulentur, & exultent in conspectu Dei: & delerentur in lætitia.

Cantate Deo, Psalmum dicite nomini eius: iter facite ei, qui ascendit super occulatum, Dominus nomen illi.

Exultate in conspectu eius, turbabuntur à facie eius: patris orphanorum, & Iudicis viduarum.

Dens in loco sancto suo: Deus, qui inhabitare facit vniuersitatem in domo.

Qui educit vincitos in fortitudine, similiiter eos, qui exasperant: qui habitant in sepulchris.

Deus cum egrederis in conspectu populi tui: cum pertransires in deserto.

Terra mota ast, etenim Coeli distillauerunt à facie Dei Sy-

Synai : à facie Dei Israel.

Plutiam voluntariam segregabis Deus hæreditati tua: & infirmata est, tu verò perfecisti eam.

Animalia tua habitabunt in ea : parasti in dulcedine tua pauperi Deus.

Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa. Rex virtutum dilecti, Dilecti : & speciei domus diuidere spolia.

Si dormiatis inter medios cleros penna columbae deargentatae, & posteriora dorsi eius in pallore aurii.

Dum discernit cœlestis Reges super eam, niue dealbantur in Selmon : mons Dei, mons pinguis.

Mons coagulatus, mons pinguis : ut quid suspicamini montes coagulatos?

Mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo : etenim Dominus habitat in finem.

Curtus Dei decem millibus multiplex, milia latantium: Dominus in eis in Synai sancto.

Ascendisti in altum, cepisti captiuitatem: accepisti dona in hominibus : etenim non credentes inhabitare Dominum Deum.

Benedictus Dominus die quotidie : prosperum iter faciet nobis, Deus salutarium nostrorum.

Deus noster, Deus salvios faciendo : & Domini, Domini exitus mortis.

Veruntamen Deus constringet capita inimicorum suorum: verticem capilli perambulantium in delictis suis. Dixit Dominus, ex Basan conuertam: conuertam in profundum maris.

Vt intingatur pes tuus in sanguine : lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso.

Viderunt ingressus tuos Deus, ingressus Dei mei: Regis mei, qui est in sancto.

Prætenerunt Principes coniuncti psallentibus: in medio iuuenicularum tympanistriarum.

In Ecclesijs benedicite Deo: Domino de fontibus Israel.

Ibi

Ibi Beniamin adolescentulus in mentis excessu.

Principes Iuda, duces eorum: Principes Zabulon, Principes Nephtali.

Manda Deus virtutem tuam: confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis.

A Templo tuo in Hierusalem: tibi offerent Reges munera.

Increpa feras arundinis, congregatio taurorum in vaccis populorum: ut excludant eos, qui probati sunt argento.

Disipa gentes, qua bella volunt: venient legati ex Egypto: Aethiopia præueniet manus eius Deo.

Regna terræ cantate Deo: psallite Domino.

Psalrite Deo, qui ascendit super Cœlum Coeli ad Orientem.

Ecce dabit voci sua vocem virtutis.

Date gloriam Deo super Israel magnificentia eius, & virtus eius in nubibus.

Mirabilis Deus in sanctis suis, Deus Israel, ipse dabit virtutem, & fortitudinem plebi sua: benedictus Deus.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto: Si- cut erat in principio, & nunc, & semper, & in sæcula sæcu- lorum. Amen.

BENE

B E N E D I C T I O

materialis fumigationis ad torquendos Dæmones.

Adiutorium \ddagger nostrum in nomine Domini,
Qui fecit celum, & terram.

E X O R C I S M V S.

Exorcizo \ddagger te materia fumigationis N.N. per \ddagger eum,
E qui tangit montes, & fumigant; per \ddagger eum, qui in
monte Synai fumigante, descendens perterritus, ac pauore
concupisit populum; ut virtutem Diaboli in te retinere nō
valeas, Imo creatura fortis, & fumigatio potens efficiaris
ad cremandos, & cruciandos, & fugandos Dæmones,
creaturas Dei vexantes. In nomine Patris, & Filii, \ddagger &
Spiritus \ddagger Sancti. Amen.

Oremus.

OMnipotens æterne Deus, te humiliter deprecamur,
O vt hanc creaturā fumigationis N.N. quā in nomine
sancto tuo purifico, \ddagger mundo, \ddagger benedico, & sanctifico
 \ddagger tua sancta virtute corroborare digneris: Et sicut fuman-
te monte Synai perterritus, & concusus est populus, &
iecōre pīcis per Raphaelem Archangelum, & Thobiam
super carbones viuos posito: & fumigante relegatus est
Dæmon in deserto superioris Aegypti. Sic, in hac fumiga-
tione benedicta, ignem, & vaporē fumi emitrente, &
odorem, Dæmones hos, creaturas tuas vexantes obedien-
tiæ Sacerdotali coarctare digneris, & veritatem, licet, ini-
uiti, arctentur cōfiteri, flagellareque, & eorum vires con-
fringere, & vexationes relegare digneris, ita vt, non so-
lum, obedient, & veritatem confiteantur, sed fugiant con-
fusi, non valentes ad eas ulterius accedere: Per merito-
rum abyssum passionis dulcissimi filii tui Iesu Christi
Domini nostri; Qui tecum viuit, & regnat in sœcula sœ-
culorum. Amen.

Aspergatur Aqua benedicta.

B E N E .

B E N E D I C T I O
Cartæ, & atramenti.

Adiutorium \ddagger nostrum in nomine Domini,
Qui fecit Cœlum, & terram.
Dominus vobiscum:
Et cum spiritu tuo.

O R E M V S.

Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, qui in dilec-
tissimi filij tui Titulo triumphali sanctæ Crucis, Ie-
sus Nazarenus Rex Iudæorum, scribi voluisti, ipsiusque
Iesu nomen, in corde S. Ignatij, literis aureis scripti, que-
sumus; vt hanc cartam, & atramentum benedicere \dagger &
sanctificare \dagger digneris; vt qui orationes, vel sancta nomi-
na super eos scripta, deuotè portauerit, vel si in plumis,
lanis, & paleis, vel in lectis, domibus, & indumentis; vel
in quibusvis locis collocata fuerint, non possint latitare
Dæmones, sed sint astrixi dare signum reale suæ præsen-
tiaæ, & contra Dæmones sint armatura sanctæ, & benedi-
ctæ potentes in destructionem cūctorum maleficiorum,
incantationum, ligationum, signaturarum, facturarum, fa-
scinationum, & omnium inimicorum inuisibilium. Nec
habeant potestatem inquietandi, vel perturbandi creatu-
ras tuas sanguine preciosissimo Filiij tui redemptas, vt pos-
sint deuote orare, quietè dormire, comedere, bibere, ac
alia naturalia liberè exercere; Ideo exorcizo \ddagger te cartam,
& atramentum, benedico \dagger & sanctifico \dagger te per eum, qui
dixit Moysi, scribe hoc in libro, & trade autibz Iosue:
Delebo enim memoriam Amalech sub Cœlo; per eum,
qui ipsimet Moysi præcepit, vt scriberet in tabulis verba
foederis decem: & Thobizæ, vt accepta carta faceret
conscriptionem coniugij. Per ipsum Iesum, Christum
Dominum nostrum. Amen.

Asper-

Aspergatur aqua benedicta, & in ea carta scribatur, sequens oratio. Deinde accipiatur aliquantulum cerei agnus Dei, cerei Palchalis, & candele Purificationis B. Mariæ; nec non & palma in Dominica Palmatarum benedictæ, ruta, perforata, salis, auri, thuris, & myrræ: & hæc omnia benedicta, vñà cum eadem in oratione simul intuoluatur, & continuè portentur. Oratio.

Qui manifestatus est in carne, iustificatus in spiritu, predicatus Gentibus, in cruce occisus, & assumptus in gloria; Sedens ad dexteram Dei Patris, ut credentium preces, & vota exaudiat, ipse per suum sanctum nomen, cui omne genuflectitur, coelestium, terrestrium, & infernorum, & per misericordiam suam infinitam, & sanctam passionem, & crucem, & per merita, & preces sanctæ Mariæ Virginis, & Angelorum Dei, custodis mei, me adiuuet, liberet, & custodiat semper: qui in unitate perfecta cum Patre, & Spiritu sancto vivit, & regnat in seculorum. Amen.

Ecce ✠ crucem Domini nostri Iesu Christi, signum æterne confusione vestrae, & vexillum redempcionis nostræ. Ideo fugite partes aduersæ, quia vicit Leo de Tribu Juda, radix David. Sancta Trinitas ✠ Agios ✠ Sother ✠ Sabaoth ✠ Adonay ✠ Helyom ✠ Homousio ✠ Saluator ✠ Alpha, & Omega ✠ Theta grāmatō ✠ Otheos ✠ Athanathos ✠ Primogenitus ✠ Principiū, & finis ✠ Via ✠ Veritas ✠ Vita ✠ Iehoua ✠ Sapientia ✠ Virtus Paracletus ✠ Ego sū ✠ Qui sū ✠ Messias ✠ Agnus ✠ Ovis ✠ Vitulus ✠ Aries ✠ Leo ✠ Serpens ✠ Os ✠ Misericors ✠ Charitas ✠ Aternus ✠ Omnipotens ✠ Creator ✠ Redemptor ✠ Amor ✠ Emmanuel ✠ Primus ✠ Novissimus ✠ Ianna ✠ Petra ✠ Gloria ✠ Imago Patris ✠ Vnicus ✠ Fons vita ✠ Panis ✠ Brachium ✠ Dominus ✠ Mons Magnus.

Aue gratia plena, Dominus tecum: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi: Quod enim, ex te nasceretur sanctum, vocabis filius Dei: O Sapientia, quæ ex ore Altissimi prodiiuit, attingeas a fine usque

que ad finem fortiter, suauiterque disponens omnia, Veni ad docendū nos viam prudentiæ: O Adonay, & Dux domus Israel, qui Moysi in ignea flamma rubi apparisti: & ei in Synai legem dedisti, veni ad liberandum nos in brachio extento. O radix Iesse, qui stas in signū populorum super quem cōtinebunt gentes os suum, quem gentes deprecabuntur, veni ad liberandum nos, iam noli tardare. O clavis David, & sceptrum domus Isræ, qui aperis, & nemo claudit: claudis, & nemo aperit: Veni, & educ vinclum de domo carceris, sedentem in tenebris, & umbra mortis. O Otiens splendor lucis eternæ, & Sol iustitiae, veni, & illumina sedentes in tenebris, & umbra mortis. O Rex gentium, & desideratus earum, lapisque angularis, qui facis utraque unum, veni, falsa hominem, quem de limo formasti. O Emanuel Rex, & Legifer noster, expectatio gentium, & Saluator noster, Veni ad saluandum nos Domine Deus noster. Cum ortus fuerit Sol de Cœlo, videbitis Regem regum procedentem à Patre, tanquam Sponsum de thalamo suo, Christus natus est. Saluator apparet, In terra canunt Angeli, latantur Archangeli, exultant iusti, dicentes. Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis, Alleluia. Propter nimiam charitatem, qua dilexit nos Deus, Filium suum misit, in similitudinem carnis peccati, Alleluia. Magi videntes Stellam, dixerunt ad inuicem. Hoc signum magni Regis est, eamus, & inquiramus eum, & offeramus ei aurum, thus, & myrram, Alleluia. Auferantur retrosum, & erubescant, qui volunt mihi mala. Christus factus est pro nobis obediens, usque ad mortem, mortem autem Crucis: Propter quod, & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen. Foderunt manus meas, & pedes meos, & dinumerauerunt omnia offa mea. Pater ignoscet illis, quia nesciunt quid faciunt. Cum accepisset Iesus acetum dixit: Consummatum est: & inclinato capite, emisit spiritum. O mors, ero mors tua, mors tuus ero inferne. Surrexit Dominus de sepulchro, Alleluia. Vito Domino:

mino: Alleluia, Mane nobiscum Domine, Alleluia, & salu erimus, Alleluia. Pater manifestauit nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi; nunc autem pro eis rogo, non pro mundo; quia ad te venio, Alleluia. O Rex gloriae, Domine virtutum, qui triumphator super omnes Caelos ascendisti, ne derelinquas nos Orphanos, sed in te promissum Patriis in nos Spiritum veritatis, Alleluia. Ascendit Deus in iubilatione, Alleluia; & Dominus in voce tubae, Alleluia. Completi sunt dies Pentecostes, Alleluia: Spiritus Sanctus in igne Discipulis apparuit, & tribuit eis charismatum dona; misit eos in vniuersum mundum praedicare, & testificari: Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit, Alleluia: Ego sum panis viuus, qui de Caelo descendit: Si quis manducat eum ex hoc pane, vivet in eternum, Alleluia; O beata Trinitas, te laudamus, te benedicimus, te adoramus: auge in nobis fidem, auge spem, auge Charitatem. O beata Trinitas. Deum laudamus trinum in personis, Patrem, & Filium, vnâ cum Sancto Spiritu indiuuiduam Trinitatem; per quam, nos omnes accepimus signum salutiferum, & facri fontis lauacrum. Maria Virgo Caelos ascendit super choros Angelorum: gaudete, quia cum Christo regnat in eternum. Factum est silentium in Caelo, dum Draco committeret bellum, & Michael pugnauit cum eo, & fecit victoriam, Alleluia: & audita est vox dicentium, Salus Deo nostro, Alleluia: Angele Dei, qui custos es mei, me tibi commissum pietate superna, hodie, & semper salua, rege, & gubernata.

Sancta Maria, & omnes Sancti intercedant pro nobis ad Dominum, ut nos mereamur ab eo liberari, adiuvari, & saluari. Qui viuit, & regnat in secula seculorum. Amen.



B E N E D I C T I O

Stola ad ligandum Daemones.

Adiutorium \ddagger nostrum in nomine Domini,
Qui fecit Caelum, & terram.

O R E M V S.

O Mnipotens æterne Deus, qui dedisti nobis potestatem super Serpentes, & Scorpiones, inuocamus nomen sanctum tuum potentissimum terribile, & formidabile super hanc Stolam, quam benedicere \ddagger consecrare, \ddagger & virtutem potentiae tuae infundere \ddagger digneris; Qui es Dominus exercituum, Dominus fortis, & potens in prælio: & sicut misisti sanctum Angelum de Caelo, qui catena magna apprehendit Draconem magnum Serpentem antiquum, qui est Diabolus, & Sathanas, & ligavit eum per annos mille, ne seducat gentes; Sic mittere digneris Michaelem Archangelum Principem militiae coelestis, ut Daemones, creaturas precioso sanguine Iesu Christi redemptas, vexantes, ad taetum huius sacrae Stola liget, ita ut eorum manus, & pedes sint compedibus aggrauati, ut tuis Ministris fese adesse publicent, obedientiam praestent, eorum pareant præceptis, & in conspectu Exorcistarum cum pauore, gemitu, merore, metu, terrore, & formidine in nomine sancto tuo, stare sint asticti. Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum. Amen.

Benedico te \ddagger igitur sacra Stola, cõsecro \ddagger & super te potentiam diuinam inuoco, \ddagger ut sis Stola fletus, Stola conculationis, \ddagger Stola terroris, Stola pressuræ, Stola meroris, Stola formidinis, Stola gemitus, & doloris omnibus Daemonibus, corpora humana vexantibus: Ita ut sicut Iesus Christus in cruce posuit frænum Lucifero, & suis sequacibus; Sic ò sacra Stola, sis frænum omnibus Daemonibus.

bus super frænum equi, muli, asini, & omnium iumentorum, vt ad tuum contractum adesse se incontinenti publicent, obedientia Dei Ministris præsent, nec velle, aut quo uis modo calcitrare valeant: Sis o benedicta Stola frænum fortissimum, & oris ipsa in ore, & labiis, & maxillis eorum, potens, terribilis, refrænans superbos, vt cadant in conspectu nostro, inuocato nomine omnipotentis Dei, Sicut ceciderunt muri Hierico: Sis catena contexta operibus mirabilibus, & vinculis fortissimis, & tanquam manus potens, & fortis Domini exercituum super superbiam, & arrogantiæ eorum: Sis catena una per merita vnius sanctæ † crucis Domini nostri Iesu Christi; Sis catena triplex, per virtutem sanctorum clauorum Christi: Sis catena quintuples, per merita quinque plagarum Christi; Sis catena septupla, per septem verba dicta à Christo in cruce: Sis catena multiplex, per flagella data Christo: Sis frænum sanguinis exeuntis de lacu omnibus spiritibus immundis, vt cum tremore stent in conspectu exorcistarum Ecclesiæ sanctæ, ad cuius sacrae Stola tactum, vel ligamen, adesse se statim publicent, & sint astricti eorum obedire preceptis: nec sit, qui illis præstet auxilium: Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Benedico † te, & cōscreto † per eum, qui iussit fieri in rationali catenas aureas ex auro purissimo. Per † eū, qui confregit catenas, ceruicum inimicorum nostrorum. Per † eum, qui in chamo, & frēno maxillas Dæmonum constringit, ne quenquam lädere valeant. Per † eū, qui super Aspidem, & Basiliscum ambulat, & conculcat Leonem, & Draconem: Per † eū, qui dissipat gentes, quæ bella volunt: Per † eū, qui iussit ligari hominē, non habentem vestem nuptiale, & in tenebras exteriores mitti. Per † eū, qui facit mirabilia magna solus: Per † eū, qui fuit à Iudeis captus, ligatus, flagellatus, confusus, spinis coronatus, & in cruce occisus. Per † oīa, quæ fecit, dixit, & adimplenit Christus vt sis Stola benedicta, † & cōscreta † ad domandā superbiam, & arrogantiā ostinatorū Dæmonū: Ita vt, ad tactum tuum, se prosternant, præsentiam suam manifestent, obedi-

dientiam exorcistis præsent, & veritatem fateantur, & tandem fugiant, ad laudem Dei omnipotentis. Salutem hominum, & omnium Dæmonum confusionem: In nomine Patris † & Filii, † Spiritus † sancti. Amen.

Iterum super te inuoco virtutem duplicitis catenæ Diui Petri Apostolorū principis: cui, & collegis suis potissimum data est à Dōmino vittutū virtus, & potestas calcādi super serpētes, & scorpiones, & dæmonia eiiciendi. Liberaq; facultas, & auctoritas ligandi, atque soluēdi animas fidelium à peccatorū nexibus, & per catenas, & vincula quibus ligati sunt sancti Dei martyres, dū testimonij perhibentes Iesu Christi, verbera, & supplicia à tyrannis tortuēta, passiones & mortē fortiter sustinebāt, vt hæredes fierent in domo Dei, vt Dæmonem, seu dæmones N. famulū Dei hunc vexantes liges in nomine Dei Patris omnipotentis, in nomine Ie † su Christi Salvatoris nostri, & Spiritus † sancti Paracleti: & hanc creaturam Dei à laqueis cunctis spirituum malorum, eorumq; ligaturis, & vinculis vniuersis per virtutem sanctæ Crucis penitus absolutas: es. n. tu Sacerdotale ornatum: es velut funda David contra Goliath: es lorica factorū Dei ministrorum: es aurea torques, & monile agni aurei velleris Regis sæculorum: es denique ea, quas sine nil benedicit, nec cōscrebat sacerdos: es ea, qua circumactus omnis Christi minister benedicenda benedicit, consecranda cōscrebat; maledicenda maledicit, exorcizanda exorcizat, adiurāda, adiurat, & tādem Ecclesiastica ministeria perficit oīa. teigitur tangente Dei creaturas vexatas, confusi spiritus maligni illicō discedat: per nomen Iesu Christi Nazarenī. Et nobis sis Stola iunctitudinis, Stola prima, Stola candida, Stola iūnōcentiæ, Stola immortalitatis. Amen.

Oratio.

D Eus, cui proprium est misereri semper, & parcere, su-
sci pe deprecationem nostram, vt hāc creaturā tuam
à Dæmonē obseßam, nos, & omnes famulos tuos, quos
delictorū catena constringit, miseratio tuæ pietatis cle-
menter absoluat. Per Dominū nostrum Iesum Christum.
Qui tecum viuit, & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

B E N E D I C T I O
Virgarum ad flagellandum Dæmones.

Aduitorium F nostrum in nomine Domini,
Qui fecit cœlum, & terram.

EXORCISMVS.

Exorcizo vos creaturæ virgarum, per eū, † qui creauit herbam virentem, facientem semen, & lignū pomiferum, faciens fructum, iuxta genus suum, vt nulla cōmunicatio sit vobis cum Angelis Apostaticis, sed sitis virgæ exorcizata, † & benedictæ F ad conterendū, & flagellandum Sathan sub pedibus nostris: Ita, vt omnis spiritus immundus à vobis in aliqua diabolica figura, vel in corpore existēs, flagellatus fuerit, manifestet se statim, obediatur Sacerdoti imperanti, & tandem fugiat, cōfusus, & recedat à corporibus humanis. Per Iesum Christū, qui in ligno sanctæ Crucis percussit Luciferū, & omnes eius sequaces. In nomine Patris F & Filii, F & Spiritus F Sancti. Amen.

Oremus.

OMnipotens æterne Deus, qui incorporea virtute tua corporibus subdis, & virtutes naturales transmutas, & supernaturales mirabiliter infundis creaturis tuis, secundum benefacitum dñi tua maiestatis, vt cognoscamus te solum Deum omnipotentem, & mirabilia operantem, humiliter deprecor Maiestatem tuam, vt has virgas exorcizatas benedicere † digneris, & benedic, sicut benedixisti virgā Angeli tangentis carnes, & azimos panes: Sanctifica † sicut sanctificasti virgam Aaron in tabernaculo foederis testimonis: benedic † sicut virgā Ruth, cedentem, & excutientem hordeū. Sanctifica † sicut virginem Ionathæ, intinctam in fauum mellis: Benedic F sicut virgam vigilantem: Sanctifica † sicut virgā Israel hæreditatis eius, & sicut virginem auream regis Assueri. Benedic F

&

& sanctifica † has virgas, sicut benedixisti, & sanctificasti virginem, & lignū sanctæ Crucis † sanguine preciosissimo filii tui. Sicut ego in nomine sancto tuo benedico, † & sanctifico, † & virtutem rigidam iustitiae tuae diuinæ super has virgas infondere digneris, ad flagellandos, & fugādos Dæmones, creaturas humanas vexātes, ita vt si quis in nomine sancto tuo his virgīs vsus fuerit, & flagellauerit, figurās quascunque Dæmonum, vel ipsa corpora vexata, sit flagellatio, & percussio illa, pér sanctū nomen Teragrammaton, ac si super substantias ipfas Dæmonum esent renouationes cunctorum dolorū, & penarum infernaliū; ignisq[ue], sulphur, ira, & furor Domini: Sint h[ab]et virgæ, tanquam virga Moyses, & Aaron conuerta in colubruin, deuorans, & affligēs hos Dracones hæreticos, & eos percutientes, faciant signa mirabilia, sicut in Aegypto: Sint tanquam virga Michææ, percutiens: Sicut virga percutiēs bis filicem: Sint virgæ solidæ, arguentes, ferreæ, virga furoris, & indignationis Domini exercituum super Scelera Dæmonū, faciens consummationē, & abbreviatis superbiam, & obstinationem eorum. Et virgæ vistantes iniurias eorum. Suscitet Dominus exercituum super Dæmones corpora humana vexantes, flagellum iuxta plagam Madian in petra Horeb; Suscitet virgam suam semper mare; iuxta plagas Sodomæ, & Gomorrhæ, & Amalech; iuxta plagas Nadab, & Abijah, Dathan, & Abiron; iuxta plagas Regum Amorræorum, Phisæorum, Chananæorum, Ebusæorum, & Philistinorum, iuxta plagas Herodis; Prophetarum Baal, & Principum Ochozix. Benedico F vos tandem, & sanctifico † vt sitis virgæ fortes in bello, affligentes, debellantes, expellentes, confingentes, cruciantes Dæmones vexantes corpora humana, & præcipitantes eos in barathrum, sicut iam per Michaelm Archangelum fuerunt præcipitati à Cœlo. Per Dominum nostrum Iesum Christum. Qui vivit, & regnat in sæculorum. Amen.

Aspergatur Aqua benedicta.

B E N E D I C T I O
Domus à spiritibus vexatæ.

S V P E R L I M I N A D O M V S S T E T
Sacerdos cotta, & Stola saltem induitus; & præcedenti-
bus Clericis duobus, cum candelis benedictis accen-
sis, quos alter sequatur, crucem ferens: dicat Sacerdos.

Adjutorium ♫ nostrum in nomine Domini,
Qui fecit Coelum, & terram.
Dominus vobiscum.
Et cum spiritu tuo.

O R E M V S .

O Mnipotens sempiterne Deus, qui Sacerdotibus tuis,
præ ceteris, tantam gratiam contulisti, ut quidquid
in tuo nomine dignè, perfectere que ab eis agitur, à te fieri
creatur: Quæsumus immensam clementiam tuam, ut
quod modo visitat pri sumus, visites & quidquid benedi-
ctuti, bene + dicas; & ad ea, quæ acturi sumus, dexteram
tuæ potentia extendas: sumi; ad nostræ humilitatis in-
gressum, & introitum Sanctorum tuorum meritis fuga
Dæmonum, & Angeli pacis ingressus. Per Christum
Dominum nostrum. Amen.

Q V A O R A T I O N E D I C T A ,
omnes munientes se signo sanctæ + Crucis, ac proce-
fessionaliter ingredientes dominum: Sacerdos distinxit, ac
alta vocē incipiat Psalmum infra scriptum, ac cum Mi-
nistris prosequatur demigrantes omnes per loca di-
uersa domus; tandem peruenientes ad principalem lo-
cum, Psalmum compleant.

F vgite in nomine omnipotens, ac percutientis Dei
omnes vos maledicti, qui in consilio impiorum itis, &
in

in via peccatorum statis: & in cathedra pestilentiæ
sedetis.

Eiiciet vos Dominus à facie sua, tanquam puluis: quem
proicit ventus à facie terre.
Non resurgatis impij in iudicio, neque peccatores in
consilio iustorum: & iter impiorum peribit.
Qui habitant in Cœlis irridebunt vos, & Dominus sub-
sanabit vos.

Et loquetur ad vos in ira sua: & in furore suo conturba-
bit vos.

Aduersarios nostros in virga ferrea: & tanquam vas figu-
li confringet Dominus.

Percussit vos, aduersantes nobis sine causa: dentes pecca-
torum contrivit.

Non habitabunt iuxta Dominum maligni: neque perma-
nebunt iniusti ante oculos suos.

Et odit vos operantes iniquitatem: perdit omnes loquen-
tes mendacium.

Quia non est in ore vestro veritas: cor vestrum vanum est.
Domine in furore tuo argue eos: & in ira tua corripe eos.
Discedite ab hac domo omnes operantes iniquitatem:
quoniam exaudiuit Dominus vocem fletus nostri.

Erubescite, & conturbemini vehementer: ne quando, vt
leones, rapiat animas nostras.

Persequere, & contraprehende, & conculca in inferno hos
rebelles: & deduc in puluerem gloriam eorum.

Consuminetur nequitia vestra, quia gladium suum vibra-
uit Dominus: arcum suum terredit, & paravit illum.

Parturiisti iniustitiam, maledicete: conceperisti dolorem, &
peperisti iniquitatem.

Lacum aperiuit, & effodisti eum: & cecidisti in foueam,
quam fecisti.

Conuictetur dolor tuus in capite tuo: & in verticem
tuam iniquitas tua descendet.

Destrue Dñe iniucitum tuum: & vltore in rigore iusticie tuae,
Incepasti eos, & perit impius: nomen eorum delecti in
externum, & in seculum seculi.

Adde

Addē his frameas: & Ciuitates eorum destrue.
Perij memoria; veltra cum sonitu, & Dominus in æternū permanet.

In laqueo, quem abscondistis: compræhensus est pes vester.

Conuertantur peccatores in infernum; qui obliuiscuntur Deum.

Quorum maledictione os plenum est amaritudine, & dolor: sub lingua eorum labor, & dolor.

Sedes in infidiis, vt interficias innocentem, & infidilis in abscondito, quāsi leo in spelunca sua.

Contere Domine brachium peccatoris, & maligni: in laqueo suo.

Quia intendit arcum, parauit sagittas suas in pharetra: vt lagittet in obscuro rectos corde.

Pluet super peccatores laqueos: ignis, sulphur, & spiritus procellarum pars calicis eorum.

Falla locuti sunt, vnuquisque ad proximum suum: labia dolosa in ore, & corde locuti sunt.

Disperdat Dominus vniuersa labia vestra dolosa: & linguam magniloquam.

Sepulchrum patens est gutturi eorum, linguis suis dolosè egerunt: venenum alpidum sub labiis eorum.

Quorum os maledictiones, & amaritudine plenum est: voces pedes eorum ad effundendum sanguinem innocentem.

Ad nihilum deductus es in conspectu eius, maligne: timentes autem Dominum glorificat.

Inuasisti hanc domum: sicut leo paratus ad prædam.

Sed exurge Domine, eripe eā ab impio: ne infestet eam.

Circunda hos doloribus mortis: & torrentibus iniquitatis conturba eos.

Dolores inferni circumdederunt vos: præoccupauerunt vos laquei mortis.

Commota est, & contremuit terra, fundamenta montium conturbata, & commota sunt: quoniam iratus est vobis.

Intonuit de Cœlo Altissimus: & super vos cecidit granulo, & carbones ignis.

Misit sagittas suas, & dissipauit vos, fulgura multiplicauit, & conturbauit vos.

Retribuet tibi Dominus secundum iniquitatem tuam: & oculos superborum humiliabit.

Persequere hos inimicos nostros, Domine: & ego comprehendam illos.

Confringe hos Iesu Christe: & in nomine tuo cadant sub pedibus meis.

Et disperde illos, non conuertar ego: donec deficiant.

Et comminue eos, vt puluerem ante faciem venti: vt lumen platearum dele eos.

Inueniatur manus tua omnibus inimicis nostris: dextera tua inueniat omnes, qui nos oderunt.

Pone hos, vt clibanum ignis in tempore vultus tui: & in ira tua conturba eos, & deuoret eos ignis.

Aperiat barathrum os suum: & rugiens rapiat vos.

Sit cor tuum, tanquam cera liquefens: in iniquitate, & superbia tua.

Attollitis portas vestras, & eleuatae sunt portæ æternales: quia introiuit Rex gloriae.

Comminuit vos tanquam vitulum libani: & dilectus quemadmodum filius unicorium.

Erubescite Dæmones impij, & deducatis vos in infernum: muta fiant labia vestra dolosa.

In chamo, & freno maxillas horum constringe Dæmonum: vt non approximant ad nos.

Mors peccatorum pessima: & qui oderunt iustum delinquent.

Confundantur Dæmones: querentes animas nostras.

Auertant retrosum, & confundantur: qui cogitant nobis mala.

Fiant tanquam puluis ante faciem venti, & Angelus Domini coarctans eos.

Fiat via vestra tenebræ, & lubricum: & Angelus Domini persequens vos.

Gladium euaginastis, Dæmones: intendistis arcum vestrū.

Sed gladius vester intret in corda vestra: & arcus vester confringatur.

Vos iniusti puniēmini: & semen impiorum peribit.

In te Domine inimicos nostros ventilabimus cornū: & in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis.

Arcum contere, & confringe arma: & feuta combure igni.

Quid gloriaris in malitia: qui potenses in iniuitate? Tota die iniuitatim cogitauit lingua tua: sicut nouacula acuta fecisti dolum.

Dilexisti malitiam super benignitatem: iniuitatem magis, quam loqui aequitatem.

Dilexisti omnia verba præcipitationis: lingua dolosa.

Propterea destruet te Deus in finem, enellet te, & educet te de tabernaculo tuo: & radicem tuam de terra viuentium.

Præcipita hos, & diuide linguis eorum: Quia iniuitas, & iniuitatia in medio eorum.

Veniat mors super vos: & descendatis in infernum viventes.

Exaudi Deus, & disperde istos, qui contaminant dominum tuum: & deduc in puteum interitus.

Laqueum parauerunt pedibus nostris: sed dedisti in op̄obrium insidiantes nobis.

Foderunt ante faciem meam foueam: & inciderunt in eam.

Sed Deus conteret dentes vestros in ore vestro: molas leonum confringet Dominus.

Sicut cera, quæ fluit auferemini, supercedit ignis: & non vidistis Solem, sic in ira absorbet vos.

Lætabitur iustus cum viderit vindictam: manus suas lauabit in sanguine vestro.

Et tu Domine deridebis: & ad nihilum deduces eos.

Disperde hos in virtute tua: & depone eos protector meus Domine.

Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius: & fugiant qui oderunt

oderunt eum à facie nostra.

Sicut deficit fumus, deficient, sicut fluit cera à facie ignis: sic pareant peccatores à facie Domini.

Ascendisti in altum Domine, cepisti captiuitatem: accepisti dona in hominibus.

Veruntamen Deus confringet capita inimicorum suorum: verticem capilli perambulantium in delictis suis.

Disipa hos, qui bella volunt, venient ligati ex Aegypto: Athyopia præuenient manus eius Deo.

Effund super hos iram tuam: & furor ira tua conculet eos.

Quoniam, quos tu percussisti persequuntur nos: Ideò dolorum adde vulneribus suis.

Appone iniuitatem super iniuitatem horum: vt non remaneant in habitaculo isto.

Confundantur querentes animas nostras: & comprehendantur in superbia sua.

Qui confregisti horum potentias, arcum, scutū, gladium, & bellum: comprime eos.

Super nos maligauerunt consilium: & cogitauerunt adversus creaturam tuam.

Ideò fac illis, sicut Madian, & Sisare: sicut Iabin in torrente Cysson.

Pone hos sicut Oreb, & Zeb, & Zebea: & Salmana.

Deus meus, pone hos, vt rotam: & sicut stipulam ante faciem venti.

Sicut ignis, qui comburit sylvam: & sicut flamma comburens montes.

Ita persequeris, & turbabis hos in ira: & tempestate tua Confundantur, & conculcentur in seculum seculi.

Pone hos in lacu inferiori, in tenebris: & umbra mortis.

Tu humiliasti sicut vulneratum superbum, in brachio virutis tuae dispersisti inimicos tuos.

Super aspidem ambulabis: & conculcabis leonem, & draconem.

Ecce vos inimici nostri peribitis: & disperdetis, qui operatis iniuitatem.

Redde

Redde his iniuriam ipsorum, & in malitia disperde illos: disperde hos Domine Deus noster.

Liberà à sagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris: ab incursu, & Dæmonio meridiano.

Ignis ante te præcedet: & inflammabis in circuitu inimicos nostros.

Non habitabit in medio domus meæ, qui facit superbiam, qui loquitur iniqua: non direxit in conspectu oculorum meorum.

In matutino interficiebam omnes peccatores terra: ut disperderem de Ciuitate Domini omnes operantes iniuriam.

Construxit portas æreas Dominus; & vectes ferreos confregit.

Increpauit superbos: maledicti qui declinant à mandatis tuis.

Dominus iustus concidet cervices peccatorum: consumdantur, & conuertantur retrorsum omnes, qui oderunt Syon.

Fiant sicut scenam tectorum: quod prius quam euellatur exaruit.

Cadant super vos carbones: in ignem deiiciatis vos.

Perde omnes tribulantes domum istam Domine: quoniam ferui tui sumus.

Fiat mensa horum coram ipsis in laqueum: & in captiōnem, & in scandalum, & in retributionem.

Obscurentur oculi horum ne videant: & dorsum eorum semper incurva.

Impij de terra perdentur, & via impiorum tenebrosa erit.

Ponat Dominus faciem suam contra te, ita ut fugias: etiam nemine persequente.

Radices Ducum superbiorum arefecit Deus: & plantauit humiles.

Terras vestras euerit Dominus: & perdidit usque ad fundamentum.

Arefecit, & disperdidit vos: & cessauit memoria vestra in Cœlo, & in terra.

Filiorum peccatorum perierit hæreditas: & cum semine eorum assiduitas opprobrii.

Percute Domine dorla horum inimicorum: & qui oderunt te non consurgant.

Propter peccatum vestrum in maledictione cecidistis: & in maledictione pars vestra semper erit.

Lucretus damnatorum in spiritu ipsorum: & nomen impiorum delebitur.

Conciuit Dominus baculum impiorum: virgam dominantium in indignatione, & plaga insanabili.

Confundantur qui me perseguuntur, & non confundar ego: paucent illi, & non paueam ego: Induc super hos diem afflictionis, & contete eos Domine.

Dabit desuper Dominus lapides prægrandes, irruentes super vos: in consummationem.

Iratus est furor Domini super peccatores: & extendit manus suam super vos.

Conterrati sunt in Syon peccatores: possedit timor hypocritas.

Conturbati sunt montes, & facta sunt morticinia horum: quasi sterlus in medio platearum.

Sagittæ Domini acutæ: & omnes arcus eius contra vos extenti.

Oblitus es Dei creatoris tui: & fortis adiutoris tui non es recordatus.

Fuge procul, sicut rapitur pulvis montium à ventis: & sicut turbo coram tempestate.

Cecidit, cecidit Babylon: & omnia sculptilia Deorum eius contrita sunt.

Fugite à furia infernali: à facie gladiorum eius: à facie gladij imminentis, à facie arcus extenti, & à facie grauis prælij.

Comedes fructus viæ tuæ: & saturaberis consiliis tuis.

Iniquitates tuæ capiunt impium: & funibus peccatorum constringeris.

Morieris, quia non habuisti disciplinam: & in multitudine stultitiae tuæ decipi eris.

Nihil profunt thesauri impietatis tuae : creature stulta a te facta es, & nomen tuum putrefacet.

Inter vos superbos semper iurgia, & extinguimini : quia Lucernae impiorum estis.

Abominatio est Deo via tua: & in fructibus tuis conturbatione, & perditio.

Dominum superborum demolietur Dominus: & non valebit letari in alterius ruina.

Cum in profundum ieris peccatorum: sequentur te omnia nefaria tua.

Flagellatus es, testis inique, & quia loqueris mendacia: morte iterum morieris.

Parata sunt maledictis derisoria: & mallei percutientes superbiam vestram.

Dissipabit vos Christus intuitu suo: cum federit in folio iudicij sui.

Hereditas tua caret benedictione: quia reddidisti malum pro bono.

Superbus, & arrogans vocaris: sed non est consilium contra Dominum.

Qui seminatis iniquitatem, metetis mala: & virga ira vetera consummabitur.

Fouea profunda via tua, gladiis plena: & Dominus precipitat te in eam.

Insidiaris, vt latro in via: sed replente virtice, & operiente spine.

In die bona fugeris malis: & malam diem fugere non potes.

Viues in malitia tua, & opere malo: vt crucieris perpetuo.

Fortitudo tua, vt fauilla flupax, & opus tuum quasi scintilla: & succendetur vtrumque simul, & non erit qui extinguat.

Dilatabit infernus animam suam, & aperiet os suum in momento, & descendetis vos fortes, & sequaces vestri, & sublimes, glorioſique tui ad eum.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto: Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in secula seculorum. Amen.

CVM PER VENERIT AD PRINCIPALI-
LEM locum, positis super altare preparatum lu-
minaribus, & Cruce, Sacerdos dicat.

K Yrie eleyson.
Christe eleyson.

Kyrie eleyson.
Pater noster, &c.

Et ne nos inducas in temptationem.
Sed libera nos a malo.

Beati qui habitant in domo tua Domine,
In secula seculorum laudabunt te.

Perfice gressus nostros in semitis tuis.
Vt non moueantur vestigia nostra.

Contere Angelos percutientes.
Qui fecisti magnalia in Aegypto.

Domum istam circunda tu Domine.
Et Angeli tui custodiant muros eius,

Christe tuis famulis subueni.
Quos magno pretio redemisti,

Dominus vobiscum.
Et cum spiritu tuo.

Oremus.
V Ista quefumus Domine habitationem istam, & omnes insidias inimici ab ea longe expelle; Angelit tui sancti habitent in ea, vt percutientes Angelos eliciant, & habitatores in pace custodiant, & benedictio tua sit super eos semper. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit, & regnat in secula seculorum. Amen.

S A C E R D O S T A S P E R G A T C V N C T A
loca domus aqua benedicta, praecedentibus luminari-
bus, & Cruce. Ceteri Ministri, stantes in suo loco prin-
cipaliori, dicant sequentes Psalmos.

P salmus 119.
A D Dominum cum tribularer clamaui: & exaudi-
uit me.

Domine libera animam meam à labiis inquis: & à lingua dolosa.

Quid detur tibi: aut quid apponatur tibi ad linguam doloram?

Sagittæ potentis acutæ: cum carbonibus desolatoriis.

Hei mihi, quia incolatus meus prolongatus est: habitans cum habitantibus Cedar, multi incola fuit anima mea. Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus: cum loquebar illis impugnabant me gratis.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto, &c. Psal. 120.

L Euaui oculos meos in montes: vnde veniet auxilium mihi.

Auxilium meum à Domino: qui fecit Coelum, & terram. Non det in commotionem pedem tuum: neque dormiter, qui custodit te.

Ecce non dormitabit, neque dormiet: qui custodit Israel. Dominus custodite, Dominus protecção tua: super manus dexteram tuam.

Per diem Sol non vrette: neque Luna per noctem.

Dominus custodite ab omni malo: custodiat animam tuam Dominus.

Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum: ex hoc nunc, & usque in seculum.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto, &c.

Psalm. 121.

L Eatus sum in his, quæ dicta sunt mihi: in domum Domini ibimus.

Stantes erant pedes nostri in atriis tuis: Hierusalem.

Hierusalem, quæ ædificatur, ut Civitas: cuius participatio eius in idipsum.

Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domini, testimoniūm Israel: ad confitendum nomini Domini.

Quia illic sederunt sedes in iudicio: sedes super domum David.

Rogate, quæ ad pacem sunt Hierusalem: & abundantia diligentibus te,

Fiat pax in virtute tua: & abundantia in tyrribus tuis.

Pro-

Propter fratres meos, & proximos meos: loquebar pacem de te.

Propter domum Domini Dei nostri: quæsiui bona tibi. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto, &c. Psal. 122.

A D teleuaui oculos meos: qui habitas in Cœlis. Ecce sicut oculi seruorum: in manibus dominorum suorum.

Sicut oculi ancillæ in manibus Dominae suæ: ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri.

Miserere nostri Domine, miserere nostri: quia multum repleti sumus despectione.

Quia multum repleta est anima nostra: opprobrium abundantibus, & despectio superbis.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto, &c. Psal. 123.

Nisi quia Dominus erat in nobis, dicat nunc Israel: nisi quia Dominus erat in nobis.

Cum exurgerent homines in nos: fortè viuos deglūfissent nos.

Cum irasceretur furor eorum in nos: forsitan aqua absorbusset nos.

Torrentem pertransiuit anima nostra: forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilem?

Benedictus Dominus: qui non dedit nos in captionem dentibus eorum.

Animæ nostra, sicut passer: erecta est de laqueo venantium. Laqueus contritus est: & nos liberati sumus.

Audiotorium nostrum in nomine Domini: qui fecit Cœlum, & terram.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto, &c.

SACERDOS FINITA A SPERSIONE, redeat ad locum principalem, ut supra: & respondentibus Ministris, dicat.

K Yrie eleyon.

K Christe eleyon.

K Kyrie eleyon.

K 2 Pater

Pater noster, &c.

Et ne nos inducas in temptationem.

Sed libera nos à malo.

Te Salvatorem Mundi propitium expectamus.

Qui fecisti mirabilia in terra Cham, & terribilia in mari rubro.

Muro tuo inexpugnabili domum circumcinge Domine,
Et armis tuæ potentia semper protege.

Propitiare Domine.

Et esto placabilis.

Sancte Deus, Sancte Fortis, Sancte & immortalis. Misere nobis.

Dic Angelo percutienti.

Cesset iam manus tua.

Dominus vobiscum.

Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Adesto Domine supplicationibus nostris, & hanc dominum oculis tuæ pietatis illustra; vt fugatis tenebrarum Angelis, descendat super habitantes in ea, gratia tuæ larga bene & dictio: vt in manuaculis habitaculis, cum salubritate manentes, ipsi tuum semper sint habitaculum. Per Dominum nostrum. Amen.

SACERDOS, SECUNDO ASPERGAT
locæ ea modo, vt supra: & interim Ministri
dicant Psalmos sequentes.

Psalmus 124.

Qui confidunt in Domino, sicut mons Syon non commouebitur in æternū: qui habitat in Hierusalem. Montes in circuitu eius: & Dominus in circuitu populi sui, ex hoc nunc, & usque in sæculum. Quia non relinqueret Dominus virgam peccatorum super fortem iustorum: vt non extendant iusti ad iniquitatem manus suas.

Be-

Benefac Domine bonis, & rectis corde.

Declinantes autem in obligationes, adducet Dominus cum operantibus iniquitatem, pax super Israel.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto, &c. Psal. 125.

In conuertendo Dominus captiuitatem Syon: facti sumus sicut consolati.

Tunc repletum est gaudio os nostrum: & lingua nostra exultatione.

Tunc dicent inter gentes, Magnificauit Dominus facere cum eis: Magnificauit Dominus facere nobiscum, facti sumus latentes.

Conuerte Domine captiuitatem nostram: sicut torrens in Austro.

Qui seminant in lachrymis: in exultatione metent.

Euntes ibant, & flebant: portantes semina suæ.

Venientes autem venient cum exultatione: portantes manipulos suos.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto, &c. Psal. 126.

Nisi Dominus ædificauerit domum: in vanum labauerunt qui ædificant eam.

Nisi Dominus custodierit Ciuitatem: frustra vigilat, qui custodit eam.

Vanum est vobis ante lucem surgere: surgite postquam federitis, qui manducatis panem doloris.

Cum dederit dilectis suis somnum: ecce hereditas Domini, filij merces, fructus ventris.

Sicut sagittæ in manu potentis: ita filij excusorum.

Beatus vir, qui impleuit desiderium suum ex ipsis: non confundetur cum loquetur inimicis suis in porta.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto, &c. Psal. 127.

Beatit omnes, qui timent Dominum: qui ambulant in viis eius.

Labores manuum tuarum quia manducabis: beatus es, & bene tibi erit.

Vxor tua sicut vitis abundans: in lateribus domus tuæ.

Filii tui sicut nouellæ oliuarum: in circuitu mensæ tuæ.

Ecce sic benedicetus homo: qui timet Dominum.

150 Complementum Artis Exorcisticae

Benedicat tibi Dominus ex Syon : & videas bona Ierusalem omnibus diebus vita tuae .
Et videas filios filiorum tuorum : pacem super Israel .
Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto, &c.

Psalm. 128.

Sæpè expugnauerunt me à iuuentute mea : dicat nunc Israel .

Sæpè expugnauerunt me à iuuentute mea : etenim non potuerunt mihi .

Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores : prolongauerunt iniquitatem suam .

Dominus iustus concideret ceruices peccatorum : confundantur, & conuentantur retrorsum omnes qui oderunt Syon .

Fiant sicut foenum testorum : quod prius quam euellatur , exaruit .

De quo non impleuit manum suam , qui metet : & sinum suum qui manipulos colliget .

Et non dixerunt , qui præteribant .

Benedictio Domini super vos : benediximus vobis in nomine Domini .

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto : Sicut erat in principio , & nunc , & semper , & in secula seculorum . Amen .

S A C E R D O S C V M A B A S P E R-
sione reuersus fuerit, dicat .

Kyrie eleyon .
Christe eleyon .

Kyrie eleyon .

Pater noster, &c.

Et ne nos inducas in temptationem .

Sed libera nos à malo . Amen .

Auxiliare nobis Christe fili Dei .

Qui Petro mergenti manum porrexiisti .

Eripe nos de operantibus iniquitatem .

Et de Angelis maledictis salua nos .

Pars Secunda .

151

A resistentibus dextera tua custodi domum , vt pupilam oculi .

Sum umbra alarum tuarum protege eam Domine .

Tuere Domine domum istam .

Sicut dominum David in æternum .

Fiat pax in virtute tua .

Et abundantia in turribus tuis .

Dominus vobiscum .

Etcum spiritu tuo . Oremus .

O Mnipotens sempiterne Deus , qui in omni loco dominationis tuae totus astis , & totus operaris ; Adesto supplicationibus nostris ; vt huius domus ædificatus protector ; & nulla hic nequitia contrariae potestatis obstat : Sed virtute Spiritus sancti , & operatione , fugato Demone , fiat tibi hic purum seruitum , & deuota libertas existat . Per Dominum nostrum Iesum Christum . Amen .

S A C E R D O S A S P E R G A T T E R T I O
loca, modo & forma, prout supra, & interim dicant Ministri Psalmos sequentes .

Psalmus 129.

De profundis clamaui ad te Domine ; Domine exaudi vocem meam .

Fiant aures tuae intendentes : in vocem deprecationis meæ . Si iniuriantes obseruaueris Domine : Domine quis sustinebit ?

Quia apud te propitiatio est : & propter legem tuam sustinui te Domine .

Sustinuit anima mea in verbo eius : sperauit anima mea in Domino .

A custodia matutina usque ad noctem : speret Israel in Domino .

Quia apud Dominum misericordia : & copiosa apud eum redemptio .

Et ipse redimet Israel : ex omnibus iniuriantibus eius .

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto : Sicut erat in principio , & nunc , & semper , & in secula seculorum . Amen .

K 4 Psal-

Psalmus 13 a.

Domine non est exaltatum cor meum: neque elati sunt oculi mei.

Neque ambulaui in magnis: neque in mirabilibus super me.

Si non humiliter sentiebam: sed exaltaui animam meam: Sicut ablactatus est super matrem suam: ita retributio in anima mea.

Speret Israel in Domino: ex hoc nunc, & usque in saeculum.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto, &c. Psal. 13 r.

Memento Domine David: & omnis mansuetudinis eius.

Sicut iurauit Domino: votum vovit Deo Iacob.

Si introiero in Tabernaculum domus mee: si ascendero in lectum strati mei.

Si dedero somnum oculis meis: & palpebris meis dormitionem.

Et requiem temporibus meis: donec inueniam locum Domino, Tabernaculum Deo Iacob.

Ecce audiuius eam in Ephrata: inuenimus eam in campus Sylue.

Introibimus in Tabernaculum eius: adorabimus in loco, ubi steterunt pedes eius.

Surge, Domine in requiem tuam, tu: & arca sanctificationis tue.

Sacerdotes tui induantur iustitiam: & Sancti tui exultent;

Propter David seruum tuum: non auertas faciem Christi tui.

Iurauit Dominus David veritatem: & non frustrabitur eum, de fructu ventris tui ponam super Sedem tuam.

Si custodierint filij tui testamentum meum: & testimonia mea haec, quae docebo eos.

Et filij eorum usque in saeculum sedebunt super sedem tuam.

Quoniam elegit Dominus Syon, elegit eam in habitationem sibi.

Hæc requies mea in saeculum saeculi: hic habitabo, quoniam elegi eam.

Viduam

Viduam eius benedicens, benedicam: pauperes eius saturabo panibus.

Sacerdotes eius induam salutari: & Sancti eius exultatione exultabunt.

Illuc producam cornu Dauid: paravi lucernam Christo meo.

Inimicos eius induam confusione: super ipsum autem effloredit sanctificatio mea:

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto, &c. Psal. 13 2.

Ecce quam bonum, & quam iucundum: habitare fratres in unum.

Sicut unguentum in capite: quod descendit in barbam, barbam Aaron.

Quod descendit in otam vestimenti eius.

Sicut ros Hermon: qui descendit in montem Syon.

Quoniam illic mandauit Dominus benedictionem: & vitam usque in saeculum.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto, &c. Psal. 133.

Ecce nunc benedicte Dominum: omnes servi Domini.

EQui statis in domo Dñi: in atriiis domus Dei nostri: In noctibus extollite manus vestras in sancta: & benedicate Domini.

Benedicat te Dñs, ex Syon: qui fecit Coelum, & terram:

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto, &c.

R E V E R S V S S A C E R D O S A B
asperzione aquæ, prosequatur, vt infra:

Kyrie eleyon.
Christe eleyon.

Kyrie eleyon:
Pater noster, &c.

Et ne nos inducas in temptationem:
Sed libera nos à malo.

Exurge Christe adiuua nos,

De manu Angeli percutientis.

Qui conteris bella, protector esto nobis.

Et

Et confringe aduersantes nobis.

Ascendant ad te Domine preces nostræ.

Et ad aures misericordiæ tuæ supplicantium vota per-neniant.

Non est aliud refugium, nisi in te sperare, Ch̄riste,
Precibus Sanctorum tuorum libera habitatores in hac
domo, Domine.

Domine exaudi orationem nostram.

Et clamor noster ad te perueniat,
Dominus vobiscum.

Et cum spirito tuo.

Oremus.

Domine Iesu Christe, qui es caput nostrum, & coro-na omnium Sanctorum, respice quæsumus super domum hanc, & habitantes in ea, vt per huius benedictionis copiam, fugato Dæmone, ad senilem ætatem, & gaudentes ad gloriam peruenire mereantur æternam. Qui cum Patre, & Spiritu sancto viuis, & regnas Deus in saecula saeculorum. Amen.

A D S I N T C A N D E L A E C E R A E,
quas benedicat Sacerdos, benedictione sequenti.

Deus in adiutorium meum intende.

Domine ad adiuuandum me festina.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto, &c.

Dominus vobiscum.

Et cum spirito tuo.

Oremus.

Domine Iesu Christe, qui illuminas omnē hominem venientem in hunc mundū, effunde benedictionem tuā super hos cereos: & sanctifica eos lumine gratiæ tuæ: & Sancti spiritus sumant virtutem: vt ab hac domo, fugatis tenebris inimicorum, lux sancta tua permaneat in æternum: Ipsumque habitaculum his cereis munitam, tu Domine assidua protectione regere, gubernare, & conseruare digneris: & Angelis infernalibus expulsis, pax tua sancta permaneat: cordave habitantium inuisibili igne, idest, Spiritus sancti splendore illustrata; omnium virtio-

rum

rum cæcitate careant, vt purgato mentis oculo, ea semper cernere possint, quæ Maiestati tuæ sunt placita. Qui viuis, & regnas in saecula saeculorum. Amen.

EX DICTIS C A N D E L I S F I A N T

Cruces, & à Ministris in cunctis angulis cubiculorum, scilicet in altum collocentur. Interim Sacerdos benedicat Crucem ligneam hoc modo.

Benedic † Domine, quæsumus hanc crucem, per quam eripiisti mundum à potestate Dæmonum, & superasti suggestorem peccati, qui gaudebat in prævaricatione primi hominis per ligni venti præsumptionem: Sanctifica † Domine istud lignaculum passionis tuæ, vt sit inimicis tuis obstaculum; & creditibus in te perpetuum vexillum; vt in quoconque loco fuerit collocatum, nulla sit habitat Dæmonum, sed fugiant confusi, & elongentur ab ipso loco, & habitantibus in eo, quantum elongatum est Coelum à terra: Sed inhabitent Angeli sancti præliatores fortissimi, locum, & habitatores protegentes. Qui viuis, & regnas in saecula saeculorum. Amen.

V N G A T C R V C E M O L E O B E-
nedicto, & suspendatur in ingressu domus,
super limina Ianuæ, Cantantes.

VExilla Regis prodeunt,
Fulget Crucis Myterium,

Quo carne, carnis conditor,
Suspensus est patibulo.

Quo vulneratus insuper

Mucrone dito lanceæ:

Vt nos lauaret crimine,

Manavit vnda sanguine.

Impleta sunt quæ concinit

David fidelis carmine:

Dicens in nationibus,

Re-

Regnauit à ligno Deus.
 Arbor decora, & fulgida,
 Ornata Regis purpura:
 Eleæta digno Ripite,
 Tam sancta membra tangere.
 Beata, cuius brachiis,
 Sæculi pependit pretium:
 Statera fæta corporis,
 Prædamque tulit Tætari.
 O Crux aue, spes unica,
 Hoc aæroris tempore:
 Auge piis iustitiam,
 Reisque dona veniam.
 Te, summa Deus Trinitas,
 Collaudet omnis spiritus:
 Quos per crucis mysterium
 Saluas, rege per secula. Amen.

D E I N D E S A C E R D O S , O L E O B E N E D I C T O ,
 vngat in modum crucis lanaus, & ostia cuncta
 domus, dicens.

Per istam sacrofæctamunctionem, & benedictionem
Fuscit Dominus hanc domum in statum pristinum: & permaneat in sua sanctificatione: & fortitudo
 Dei sit tanquam signum scriptum in limine, & ostiis do-
 mus huius. Amen.

R E V E R S V S Q V E S A C E R D O S
 ad principalem locum, dicat.

Oremus.

Exaudi nos Domine sancte, Pater omnipotens, æterne
 Deus, ut sicut domos Hebræorum in exitu de Ægypto
 agnæ sanguine linitas, ab Angelo percutiente custodi-
 sti, ita mittere digneris sanctum Angelum tuum de Cœ-
 lis, qui custodiat, foueat, protegat, visitet, atque defendat
 domum

domum hanc, & omnes habitantes in hoc habitaculo.
 Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui
 tecum viuit, & regnat in secula seculorum. Amen.

Omnipotens æterne Deus, largitor cunctarum bene-
 dictiōnum, benedic **F** domum istam: vt sit domus
 diuini hospitij: domus pacis, benedictionis, & consolationis;
 domus protectionis, meditationis, & defensionis.
 Sit domus supra firmam petram ædificata, sit tanquam
 ostium Dei, & porta Cœli, tanquam ciuitas, & domus
 David, stabilita coram Domino. Et tanquam domus
 permanens in æternum. Conserua Domine in æternum
 domum istam impollutam, quam a spiritibus flagellantibus
 nunc purgo **F** mundo **F** benedico, **F** & sanctifico. **F**
 Egrediatur fons de domo tua Domine, super domum
 istam: vt irrigetur misericordia tua: & dic Angelo percu-
 tienti, cesset iam manus tua. Apparet maiestas Domini-
 ni, & sanctificet **F** hoc habitaculum, & ponat manuam
 suam hic in sempiternum: & sint oculi eius, & cornu suum
 hic cunctis diebus, sicut super ædificium domus Salo-
 monis, & sexaginta fortis ambiant habitaculum ex for-
 titudinis Dei potentes omnes tenentes gladios, & ad bella
 doctissimi contra Angelos perturbantes pacem, & quietem
 huius domus, & habitantium. Amen,

In ipso principaliori loco, dicat.
 Dominus vobiscum.
 Et cum spiritu tuo.

I N I T I V M S A N C T I E V A N G E L I I ,
 Secundum Ioannem.

Gloria tibi Domine.

In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum,
 & Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum.
 Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.
 Quod factum est: in ipso vita erat, & vita erat lux

lux hominum, & lux in tenebris lucet, & tenebrae ea non compræhenderunt. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Ioannes. Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum: Non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognovit. In propria venit, & sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius, qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Et vidimus gloriam eius, gloriam quasi vniuersitatis a Patre, plenum gratiae, & veritatis. Deo gratias.

P O N A T S V P E R I G N E M A R O-
mata puluerizata, quæ omnia sint bene-
dicta, & dicat.

Sicut ego, Sacerdos Dei, impleo domum hanc fumo aromatum; Sic repleatur Maiestate, & gloria Domini, vt sit habitaculum firmissimum, tamquam solium Dei: in sempiternum: & omnes habitantes in ea adorent, & laudent eum; quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius.

In altero cubiculo dominus dicat.
Dominus vobiscum.
Et cum spiritu tuo.

S E Q V E N T I A S A N C T I E V A N G E L I I ,
Secundum Matthæum.

Gloria tibi Domine.

Cum ergo natus esset Iesus in Bethleem Iudeæ, in die s̄Hbeurodis Regis, ecce Magi ab Oriente venerun
Hiet

Hierosolymam, dicentes: vbi est, qui natus est Rex Iudeorum? Vidimus enim Stellam eius in Oriente, & venimus adorare eum. Audiens autem Herodes Rex turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo: & congregans omnes Principes Sacerdotum, & Scribas populi sc̄icitabatur ab eis, vbi Christus nasceretur. At illi dixerunt ei, in Bethleem Iudeæ: Sic enim scriptum est per Prophetam. Et tu Bethleem terra Iuda, nequaquam minima es in Principibus Iudeæ: ex te enim exiit Dux, qui regat populum meum Israel. Tunc Herodes clam vocatis Magis, diligenter didicit ab eis tempus Stellarum, quæ apparuit eis, & mittens eos in Bethleem, dixit: Ite, & interrogate diligenter de puer, & cum inuenieritis, renunciate mihi, vt, & ego veniens, adorem eum. Qui cum audissent Regem, abierrunt, & ecce Stella, quam viderant in Oriente, antecedebat eos, vsque dum veniens staret supra vbi erat puer. Videntes autem Stellam, gauii sunt gaudio magno valde. Et intrantes domum, inuenierunt puerum cum Maria matre eius, & procidentes adorauerunt eum. Et apertis thesauris suis obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham. Et responso accepto in somnis ne ridenter ad Herodem, per aliam viam reuersi sunt in regionem suam. Deo gratias.

P O N A T A R O M A T A S V P E R
igneum, dicens.

ET ascendit fumus incensorum de manu Angeli coram Deo, & accepit Angelus Thuribulum aureum, & impleuit illud de igne Altaris, & misit in terram, & facta sunt tonitrua, & voces, & fulgura, & terræmotus magnus.

In altero loco, dicat.

Dominus vobiscum.
Et cum spiritu tuo.

SEQUENTIA SANCTI EVANGELII,
Secundum Lucam.

Gloria tibi Domine.

MIssus est Angelus Gabriel à Deo in civitatem Galileæ, cui nomen Nazareth, ad Virginem despontanam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo Dauid, & nomen Virginis Maria. Etingressus Angelus ad eam dixit. Ave gratia plena, Dominus tecum, benedictata in mulieribus. Quæ cum audisset turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei. Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud Deum, ecce concipies in utero, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum: Hic erit magnus, & filius Altissimi vocabitur, & dabit illi Dominus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & Regni eius non erit finis. Dixit autem Maria ad Angelum. Quomodo fieri istud, quoniam virum non cognosco? Et respondens Angelus, dixit ei. Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideoque, & quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur filius Dei, Deo gratias.

PONAT AROMATA SVPER
ignem, & dicat.

DE Cœlo locutus est Dominus audiente populo, aqvidente lampades, & sonitum buccinæ, montemque fumantem.

Item in alio loco legat.

Dominus vobiscum.

Et cum spirito tuo.

SEQUENTIA SANCTI EVANGELII,
Secundum Lucam.

Gloria tibi Domine.

Et ingressus Iesus perambulabat Hierico. Et ecce vir, nomine Zacchæus, & hic Princeps erat Publicanorum, & ipse diues, & quærerbat videre Iesum quis esset, & nō poterat præ turba, quia statura pusillus erat. Et precuriens ascendit in arborem Sycumorum: vt videret eum, quia inde erat transitus: Et cum venisset ad locum, suspiciens Iesum, vidit illum, & dixit ad illum: Zacheæ, festinans, descendere, quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinans, descendit, & exceptus illum gaudens in domum suam. Deo gratias.

A R O M A T I B V S F V M I G E T
locum, dicens.

TOtu mons Synai fumabat, eo quod descendisset Dominus Deus super eum in igne, & ascendit fumus ex eo, quasi de fornace. Dominus vobiscum.

Et cum spirito tuo.

Si aliter fuerit locus, dicat.

SEQUENTIA SANCTI EVANGELII,
Secundum Lucam.

Gloria tibi Domine.

Intrauit Iesus in quoddam Castellum, & Mulier quædam Martha, nomine exceptus illum in domum suā, & huic erat Soror, nomine Maria, quæ etiam sedens secus pedes Domini, audiebat verbum illius. Martha autem fatigebat circa frequens ministerium, quæ stetit, & atti-

L D

Domine non est tibi curæ, quod Soror mea reliquit me sola ministrare? Dic ergo illi, vt me adiuuet. Et respondens, dixit illi Dominus. Martha, Martha, sollicita es, & turbaris erga plurima: Porro, vnum est necessarium: Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Deo gratias.

FVMIGATVR LOCVS, DICENS.

Impletum est Templum Dei fumo à maiestate Dei; & de virtute eius exiit fumus extricans omne genus Daemoniorum.

Item, ad sextum locum accedat, dicens.
Dominus vobiscum.
Et cum spiritu tuo.

SEQUENTIA SANCTI EVANGELII,
Secundum Marcum.

Gloria tibi Domine.

Nouissimè autem recumbentibus illis undecim apparuit Iesus, & exprobavit incredulitatem eorum, & duritiam cordis, quia his, qui viderant eum resurrexisse, non crediderunt. Et dixit eis. Euntes in mundū vñquerum, prædicate Euahgelium omni creaturæ: qui credidere, & baptizatus fuerit, saluu erit: qui verò non credidere, condemnabitur. Signa autem eos, qui crediderint hæc sequentur: In nomine meo Daemonia ejicient; linguis loquentur nouis; Serpentes tollent, & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Stiper ægrós manus imponent, & bene habebunt: & Dominus Iesus postquam locutus est eis, asumptus est in Cœlum, & sedet à dextris Dei: Illi autem profecti prædicauerūt ubique Domino cooperâte, & sermonē confirmante, sequentibus signis. Deo gratias.

Eumigetur item locus, dicens.

Impleta est domus ex odore vnguenti.

SI,

SI, ET ALIA SVPER FVERINT LOCA,
reasummat primum Euangeliū, & sequatur mo-
do, & forma, prout supra, donec
compleuerit.

His omnibus peractis, benedicat omnes habitatores de-
mus, genua flectentes, hoc modo.

Fratres Charissimi.
Deo gratias.

Manete pacifici in domo vestris: & cor vestrum sit
iuncundum: Det vobis quietem Dominus, & pa-
cem, & consolationem vndeque ab iniuris inimicis ve-
stris. Aperiat Dominus thesaurum suum optimum, Cœ-
lum, vt tribuat pluia terræ, in tempore suo: & benedi-
cta sit ipsa terra ad reddendos fructus, & ad cunctorum
abundantiam, quæ vobis sunt in vnu; abundareque vos fa-
ciat omnibus bonis, sicut abundare fecit populum Israel
perseuerantem in mandatis suis: Benedicat Ḧ vos Deus
in Throno suo, stantes, ambulantes, comedentes, ac dor-
mientes, vt in numero prædictitorum, & electorum si-
tis, & domus vestra vigeat usque ad tertiam, & quartam
generationem, ac in æcum felix conseruetur. Et omne
consilium cordis vestri, suæ virtute corroboret, vt glorie-
tur in vos sancta Hierusalem, & sint fromina vestra, in nu-
mero Sanctorum, & iustorum, & domus vestra in sanctifi-
catione permaneat; & tandem benedictio Ḧ Dei de-
scendat super vos, & maneat semper vobiscum. Amen.


Aspergatur Aqua benedicta.

L 2 BE

B E N E D I C T I O
ad quacunque volueris.

Benedic ☩ Domine creaturam istam N. ut salutare remedium sit facturæ tuæ, quam precioso sanguine redemisti, & præsta per inuocationem sancti tui nominis: ut quisquis ex ea vñs fuerit benedictionem recipiat, & salutem: atque contra omnes morbos, & vniuersas inimicorum infidias tutamen sit. Per Christum Dominum nostrum. Amen.


Aspergatur Aqua benedicta.



C O M P L E M E N T I
ARTIS EXORCISTICÆ,

P A R S T E R T I A.

Q VAE EXORCISMALIS
dicitur.



X O R C I S T A in fide firma, & charitate perfecta ad hoc opus Diuinitate cum omni humilitate accedit, non in propriis viribus confidens, quia inanis, & frustra esset labor: Cum proprium Dei sit fugatio Dæmonum à corporibus obsessis: sed solum tamquam simplex, & indignus Minister, induitus Cotta, & Stola in Ecclesia ante Altare, maioris detinctoris gratia, & eò magis si ibi asseruatur Sanctissimum corpus Christi, in gyrum asperget locum aqua benedicta, & dicat.

Asperges me Domine hyssopo, & mundabor: Iauabis me, & super niuem dealabor: Misere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam, Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto: Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in secula seculorum. Amen.

M O X A S P E R G A T C R E A T V R A M
obfessam, seipsum, & Astantes, dicens.

Per hanc aquam benedictam omnis Spiritus immundus
& occurus Sathanæ separetur a te, & fugiat a nobis;
In nomine Patris, + & Filii, + & Spiritus + sancti. Amé.

D E I N D E A V X I L I V M D I V I N U M , C Y M
cordis contritione, & puritate conscientia ab omni-
bus, vt infra inveniatur: genuflectat Exor-
cista, & dicat.

Ego miles Iesu Christi Confiteor Deo omnipotenti,
Beatae Mariae semper Virginis, Beato Michaeli Ar-
changeulo, Beato Ioanni Baptista, Sanctis Apostolis Pe-
tro, & Paulo, ac Beato N., & omnibus Sanctis, quia pecca-
ui nimis cogitatione, verbo, & opere, mea culpa, mea
culpa, mea maxima culpa: Ideo precor B. Mariam semper
Virginem, B. Michaelem Archangelum, B. Ioannem Ba-
ptistam, Sanctos Apostolorum Petrum, & Paulum, ac Bea-
tum N. omnes Sanctos, & vos fratres, orare pro me ad Do-
minum Deum nostrum. Amen.

S I N E R E P E T I T I O N E ,
statim subiungat.

Misereatur nostri Omnipotens Deus, & dimissis om-
nibus peccatis nostris perducat nos in vitam æter-
nam. Amen.

Indulgentiam, absolutionem + & remissionem om-
nium peccatorum nostrorum tribuat nobis Omnipo-
tentis, & misericors Dominus. Amen.

KYrie eleyon.
Christe eleyon.
Kyrie eleyon.

Christe

Christe audi nos,	miserere nobis,
Christe exaudi nos.	miserere nobis.
Pater de Coelis Deus,	miserere nobis.
Fili Redemptor mundi Deus.	miserere nobis.
Spiritus sancte Deus,	miserere nobis.
Sancta Trinitas unus Deus,	miserere nobis.
Sancta Maria,	ora
Sancta Dei genitrix.	ora
Sancta virgo virginum.	ora
Sancte Michael.	ora
Sancte Gabriel.	ora
Sancte Raphael.	ora
Omnis Sancti Angeli, & Archangeli.	orate pro nobis.
Omnis Sancti Beatorum spirituum Ordines.	orate
Sancte Ioannes Baptista.	ora
Omnis Sancti Patriarchæ, & Prophetæ.	orate pro nobis.
Sancte Petre.	ora
Sancte Paule.	ora
Sancte Andrea.	ora
Sancte Iacobe.	ora
Sancte Ioannes.	ora
Sancte Thoma.	ora
Sancte Iacobe.	ora
Sancte Philippe.	ora
Sancte Bartholomæ.	ora
Sancte Matthæ.	ora
Sancte Simon.	ora
Sancte Thadæ.	ora
Sancte Matthia.	ora
Sancte Barnaba.	ora
Sancte Luca.	ora
Sancte Marce.	ora
Omnis Sancti Apostoli, & Euangelistar.	orate
Omnis Sancti Discipuli Domini.	orate
Omnis Sancti Innocentes.	orate
Sancte Stephane.	ora
Sancte Laurenti.	ora

Sancte Vincenti.	ora
Sancti Fabiane, & Sebastiane.	orate
Sancti Ioannes, & Paule.	orate
Sancti Cosma, & Damiane,	orate
Sancti Geruasi, & Protasi.	orate
Omnes Sancti Martyres.	orate
Sancte Syluester.	ora
Sancte Gregori.	ora
Sancte Ambrosi.	ora
Sancte Augustine.	ora
Sancte Hieronyme.	ora
Sancte Martine.	ora
Sancte Nicolae.	ora
Omnes Sancti Pontifices, & Confessores.	orate pro nobis
Omnes Sancti Doctores.	orate
Sancte Benedicte.	ora
Sancte Antoni.	ora
Sancte Bernarde.	ora
Sancte Dominice.	ora
Sancte Francisce.	orate
Omnes Sancti Sacerdotes, & Leuitæ.	orate
Omnes Sancti Monachi, & Eremitæ.	orate
Sancta Maria Magdalena.	ora
Sancta Agatha.	ora
Sancta Lucia.	ora
Sancta Agnes.	ora
Sancta Cæcilia.	ora
Sancta Catherina.	ora
Sancta Anastasia.	ora
Omnes Sanctæ Virgines, & Viduæ.	orate
Omnes Sancti, & Sanctæ Dei.	Intercedite pro nobis.
Propitius esto.	Exaudi nos Domine.
Ab omni peccato.	Libera nos Domine.
Ab ira tua.	Libera nos Domine.
Ab infidelijs Diaboli.	Libera nos Domine.
Ab omni maleficio, & vexatione Diaboli.	Libera nos Domine.

Per mysterium sanctæ incarnationis tuæ. Libera nos Domine.
 Per aduentum tuum. Libera nos Domine.
 Per Nativitatem tuam. Libera nos Domine.
 Per Baptismum, & sanctum ieiunium tuum. Libera nos Domine.
 Per crucem, & Passionem tuam. Libera nos Domine.
 Per mortem, & sepulturam tuam. Libera nos Domine.
 Per Sanctam Resurrectionem tuam. Libera nos Domine.
 Per admirabilem Ascensionem tuam. Libera nos Domine.
 Per aduentum Spiritus sancti Paracliti. Libera nos Domine.
 Peccatores. Te rogamus audi nos.
 Vt nobis parcas. Te rogamus audi nos.
 Vt nobis indulgeas. Te rogamus audi nos.
 Vt ad veram poenitentiam nos perducere digneris. Te rogamus audi nos.
 Vt in bello contra Tartares legiones nos munire digneris. Te rogamus audi nos.
 Vt oculos misericordiae tue super nos reducere digneris. Te rogamus audi nos.
 Vt omnes Sanctos, & Sanctas tuas pro nobis orantes exaudire digneris.

POSTEA SVRGAT EXORCISTA, ET
ponens manus super caput Creaturæ obseßæ, dicat.

Vt hanc Creaturam precioso sanguine tuo redemptam ab infestationibus Dæmonum liberare digneris. Te rogamus audi nos.
 Ut hanc Creaturam tuam magno prelio redemptam à cruciatus Dæmonum liberare, & benedicere digneris. Te rogamus audi nos.
 Ut hanc Creaturam tuam in ligno Sanctæ Crucis redemptam, à potestatibus Dæmonum liberare, & benedicere, & conseruare digneris. Te rogamus audi nos.

I T E R V M G E N V F L E C T A T
Exorcista, & Stola Dæmoniacum leuiter
percutiens, dicat.

VT hos teterimos inferni Diabolos, & animarum raptores fugare digneris. Te rogamus audi nos.
Vt hos temerarios, & callidos Serpentes de nostra damnatione sollicitos, affligere digneris. Te rogamus audi nos.
Vt hos insidiantes Aſpides, & maledictos Colubres de nostra salute dolentes, torquere digneris. Te rogamus audi nos.

Vt haec Pabula mortis, & peccati fomites confundere digneris. Te rogamus audi nos.

Vt has scabiosas, & frementes Bestias persecui digneris. Te rogamus audi nos.

Vt hos cunctorum malorum, & vitiorum fontes debellare digneris. Te rogamus audi nos.

Vt hos nepharios, & spurcissimos Spiritus in poena aeternali præcipitatos, concremare digneris. Te rogamus audi nos.

Vt hos maiestati tua rebelles, & superbia tumidos despere digneris. Te rogamus audi nos.

Vt hos Apostatas, & aeternæ maledictionis filios cruciare digneris. Te rogamus audi nos.

Vt horum Draconum dentes, faucesque foetidissimas nos deuorare volentes, confringere digneris. Te rogamus audi nos.

Vt hos Sanctissimi nois tui blasphematores, in Cruce sancta illaqueatos, deprimere digneris. Te rogamus audi nos.

Vt hos Paedones pestiferos, & excommunicatos, in Puteo inferni claudere digneris. Te rogamus audi nos.

Vt hos impenitentes, ac inobedientes peccatores obedientia Sacerdotiali, in nomine tuo subiugare digneris. Te rogamus audi nos.

Filiij Dei. Te rogamus audi nos.
Agnus Dei, qui tollis peccata Mundi, Parce nobis Domine.

Agnus

Agnus Dei, qui tollis peccata Mundi. Exaudi nos Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata Mundi. Miserere nobis. Exaudi Christe. Voces nostras.

Et miserere nobis,

Exaudi Deus.

Kyrie eleyon.

Christe eleyon.

Kyrie eleyon.

Pater noster, &c.

Et ne nos inducas in temptationem.

Sed libera nos à malo.

Succende Domine indignationem tuā in his Maledictis.

Et non extinguitur in aeternum.

Contere in virga ferrea horum superbiam.

Et in verberibus rebellionem eorum.

Tribula hos maledictos Angues in inferno.

Et eorum capita confringe.

Destruere consilium horum Dæmonum.

Sicut destruxisti consilium Archiphelis.

Trade Domine has Viperas in manibus meis.

Sicut tradidisti Principes Madian, Oreb, & Zeb, & Zebæ, & Salmana in manibus Gedeonis.

Subuertere Domine Portas hostium.

Clipeum, hastas, & arma eorum comminue.

In manu potenti, & brachio tuo extento hos basiliscos contere.

Et sicut puluis, quæ à vento raptur, eos disperde.

Exurge Christe, & auxilium praesta in hoc tempore tribulationis.

Et infunde in nos gratiam tuam propter nomen Sanctum tuum.

Reple Domine Templum istud omni gaudio, & latititia.

Et in nos defluat misericordia tua.

Odora Dñe orationes seruorum tuorum odore suavitatis.

Sicut odoratus es holocausta, & preces Sanctorum tuorum.

Da nobis auxilium de alto.

Quia

Quia varia est fortitudo hominis.
Domine exaudi orationem meam.
Et clamor meus ad te perueniat.
Dominus vobiscum.
Et cum spiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens, & Clementissime Deus, à quo omne bonum sumit initium, & semper ad potiora progrediens percipit incrementum. Intercedente gloriofa Virgine Maria, totaque Cœlesti Curia, Concede quæsumus, ut quod ad gloriam tuam, & Dæmonum confusione inchoare aggredimur, æternò tuæ paternæ sapientiæ munere, ad desideratum portum perducamur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

P R A E P A R A T I O E X O R C I S T Æ

dicenda, cum magna constantia, oculis eleuatis ad Crucifixum.

Video, bone Iesu, Canes hos, & Lupos rapaces circumdantes, & contra me paratos, ne virtus tua præueniat me; vt consummum cursum meum, & ministerium, quod accepi à Sancta Ecclesia, non metuo iniquam venientium aduersum me Dæmonum multitudinem; quia non solum affligi, sed pro charitate, & lege tua Sancta mori paratus sum: Auxilium ergo de Coelo tribue, dulcissime Iesu; Nam isti in superbia sua confidunt, & simul in malitia; Ego vero in te Domine, qui potens es uno nutu eos delere victoriam spero.

E X O R C I S T A G R A D A T I M

infra scriptas sui corporis partes, signo
Sanctæ Crucis muniat.

IMpüme ergo Domine in fronte \pm mea vexillum redempcionis nostræ ad fugandas Tartareas legiones. Capiti \pm meo impone galeam salutis ad expugnandos omnes

omnes diabolicos incursus. Illumina oculos \pm meos Sanctitatis splendore ad vitandas vanitates, & laqueos insidiantium in hoc bello Sancto tuo. Auribus \pm meis ponere custodiam Domine, ne astutia sua Serpens, sicut Euam, seducat sensus meos. \pm In aperitione oris \pm da spiritum tuum, vt cū fiducia notam faciam potentiam tuam, & de labiis \pm spiritus flammæ, & de lingua scintillæ, & tempestates cum furore procedant ad succedendas cum impletu, & cominuendas has Bestias in rugitu suo. Induc cor \pm meum in cunctitate tua, & corpus \pm lorica tua, vt possim stare inexpugnabilis aduersus infidias Diaboli. Componé quasi arcum æreum brachia \pm mea, & da clypeum salutis tuae ad perseguendos hos Maledictos. Dirige manus \pm meas sine mora ad fugandam aciem maledictam, & obturandum ora Leonum. Succinge lumbos \pm meos in virtute tua ad extingendum horum foetorem, coequa pedes meos \pm Ceruis in agilitate certaminis ad conterendum Sathan sub pedibus meis velociter. Præcinge \pm me gladio fortitudinis tuae ad interimendos hos Hæreticos, ne victoram impediare valeant. Et præbe Scutum fidei, in quo omnia tela nequissimi retorquere possim. Arma \pm me ferro, & ligno lanceato ad incidendas spinas has, igneque succensas cremandas in æternum. Radica me \pm totum in charitate, & in me habita per fidem, vt sic; & simulque intercedentibus omnibus Sanctis, huius Bestiæ ferocitatem, & superbiam domare possim.

D E M V M E X P A N S I S M A N I B V S, E T
oculis ad Cœlum eleuatis concludat.

ET sic de Coelo, benignissime Deus, exultabit Anima mea, in te, ad reportandum Triumphum de Tyranno. Amen.

HIC QVE GEN V FLECTAT, QVOD
feruandum est in omnibus orationibus.

Domine exaudi orationem meam.

Et clamor meus ad te perueniat.

Dominus vobiscum.

Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Creator omnipotens, induitus sum lorica, & cinctus armis bellicis tuis ad preliandum contra hos rebelles tuos. Sed quomodo potero, Domine, nisi tu adiuves me? Bellum quidem asperum sumo, Aduersarij, multi sunt, qui in superbia, ferocitate, & malitia sua confidunt: Adiuva ergo me Domine, quia non in multitudine iniuritatis, & exercitus victoria belli, sed de Cœlo fortitudo est. Et ne obficio, permittas, ut hi tuam spernant dignitatem, & indignum seruum in oratione claimantem; Sed sicut tuba ascendat clamor meus in Throno tuo: & sic intercedentibus omnibus Sanctis, exaudiatur oratio mea in confusione querentium Animas nostras. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

PRÆPARATIO AD ARMANDVM
Dæmoniacum; cum pietate, & lachrymarum compunctione dicenda.

Lætare in Domino creatura Dei, quoniam per multas tribulationes, & angustias veri amici, & filij Dei efficiuntur; Sic, & tibi per hos cruciatus Dæmonum adueniet. Nam tristitia tua, Deo miserante, conuertetur in gaudium, & Regnum Cœli adipisceris.

D E I N D E S I G N A N S E V M I N
fronte, in corde, & in pectore, dicat.

Accipe, carissime frater, signum **¶** Sanctæ Crucis.
Sume scutum fidei, ut liberet te à cruciato Iesus Christus, qui pro te de Cœlo, descendens in ligno Crucis

cis mori dignatus est. Et ego munio te ad prælium Venillo **¶** Sancto suo, in amore Dei Patris, ne præualeant aduersum te maligni. Liberet te ab hoc Dracone Iesus **¶** Christus, qui pro te propria virtute resurrexit à mortuis: Et ego corroboro cor tuum **¶** in brachio Spiritus sancti, ne circumueniant te tyranni. Liberet te **¶** ab operibus Sathanæ, & Ministrorum eius Iesus Christus, qui sedens ad dexteram Patris, pro te aduocatus factus est, & ego viscera tua **¶** clando in Throno Sanctissimæ Trinitatis, ne crucieris ab his Maledictis.

M O X S V B I V N G A T , E V M
benedicendo.

Benedico **¶** te Cræatura fidelis, & dilectissima, sicut Deus benedixit Noe, & filios suos, sicut benedixit **¶** Abraham, Isaac, & Iacob. Sicut benedixit **¶** populum ambulantem in viis, & mandatis suis. Benedico **¶** te benedictione Sanctæ Domini, sicut benedixit David, & dominum suum in æternū, sicut Booz, qui miseratus est Ruth: Sicut Salomon benedixit omni Ecclesiæ Israel, in translatione Arca foederis Domini. Benedico **¶** te, sicut Sacerdotes Dei benedixerunt Iudith, sicut benedicentes Deum **¶** & gaudentes in pace, & charitate eius. Et sicut Daniel **¶** benedixit Abigail: Benedico **¶** te tandem ut impleatis benedictionibus Sanctis, quia bona, & optima est Creatio tua, Sanctisq[ue] Sacramentis munita, ut securitas intentioris Israel, & in omnibus Tabernaculis Iacob ad dissipandum itimicum tuum.

HIS DICTIS, PONAT EXORCISTA MANVS
super Caput Dæmoniaci, & dicat.

Mitis, atque festivus Iesu Christi aspectus tibi hodie appareat, & ego inuoco nomen Sanctum suum super te: ut hi corruant inimici in conspectu tuo, ita ut, si per viam viam ad te venerint, per septem cōfusi fugiantur.

¶ facit

à facie tua. Et sic Archangelus Michael, qui militia Cœlestis meruit Principatum, tibi victoriam præstet: bonum afferat nuncium Gabrielem medicet tibi Raphael: Angelus Dei custos tuus te defendat. & tota Curia Cœlestis tibi subueniat. Pax Domini nostri Iesu Christi sit semper tecum, & bellum Diaboli non præualeat aduersus te. In nomine Patris, + & Filii, + & Spiritus + Sancti. Amen.

DEINDE ACCIPIAT SANCTORVM
Reliquias, & ostendens, dicat.

Ecce quorum societate Coelum exultat, quorum patrocinis Terra latetur, quorum Triumphis Ecclesia Sancta coronatur; & quorum prælium, quanto in passione fuit fortior, tanto est clarior in honore, quia dum crevit pugna, crevit; & pugnantium gloria: Sic, & tibi, charissime frater, horum communione, hoste prostrato, cum Trophæis occurrant.

MOX SUPPERPONENTIS RELI-
quias Dæmoniaco, dicat.

Do tibi competentia arma, frater mihi in Christo Iesu, ut acerbum hostem expugnes.

Domine exaudi orationem meam.

Et clamor meus ad te perueniat.

Dominus vobiscum.

Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Domine Deus omnium Creator terribilis, & omnipotens, benignus, & misericors, qui solus es bonus, præstans auxilium, & liberans tribulantes de omnibus angustiis: Exaudi preces nostras pro hac Creatura tua, & respice eam à Diabolo oppressam, contemptam, & abominaram: Afflige quæsumus opprimentes eam, & in superbia contumeliam facientes. Per Iesum Christum Dominum nostrum. Amen.

EXCITATIO DÆMONIS AD
Bellum, cum Imperio dicenda.

O Maledicti, qui ruistis Dei virtute, omni spe, & salute priuati, quia hoc Templū Dei violastis, nunc nūc in virga ferrea ad vos venit Dominus, & malum, quod perpetratis contra nos, reuertetur in caput vestrum. Audi ergo tu Bestia, & ad bellum inchoatum accelera prædo, quia clamor Tuba ad Altissimum iam peruenit, & splendidus Angelorum coetus, vt manus tuas sanguine, & digitos iniquitate pollutos incidat, armatus assistit, & triumpfator exercitus candidatorum Martyrum, vt pedes tuos vinciat, ferreis catenis paratus aduenit. Liliata rutilatium Confessorum Turma, vt astutias tuas peruerfas refrinet, humiliis occurrit. Jubilantium virginum Chorus, vt vos superbissimos disperdat, gladios bis acutos, & limatos iæ euaginatos temet, & Iudex cum Apostolorum Senatu, vt labia tua, & operationes mendaces condemnet, jam paratus sedet. Ascende ergo ad litigiam, vi audias preciosa Domini, & ad interrogata secundum veritatem respondeas.

CVM A D LINGVAM PERVENERIT
Dæmon, ponat Stolam ad collum Dæmoniaci, & tres facient nodos, dicat.

Sicut Dominus noster Iesus Christus, descendens de Celo apprehendit Draconem Serpentem antiquum, & ligauit eum catena magna, & mittens eum in Abyssum, clausit ne seducat gentes, & post mortem descendens ad inferos, cōfregit portas æreas, & destruxit superbissimum Luciferum, eiusque sequaces, sic ego hæc sacra Stola ligote, quæ tanquam circulus in naribus, & funis in lingua tua sit circumvoluta manibus meis, vt in virtute passionis, & Crucis Domini omnibus præceptis meis obedias. In nomine + Patris, & Filii, + & Spiritus + Sancti. Amen.

E T T E N E N S M A N V C R V C E M,
præcipiat Dæmonibus, auxilium præstantibus.

Præcipio vobis, Temerarij Dæmones, qui datis, vel
daturi estis adiutoriorum istis Dæmonibus, vexantibus
hoc plasma Dei, ex parte Sanctissimæ Trinitatis, to-
tiusque Curiæ Coelestis, quatenus nullum succursum, vel
fauorem sub quoquis quæsito colore præstetis his Male-
dictis vexantibus hanc Iesu Christi creaturam, sanguine
precioso redemptam. Sed statim, tanquam stipula, quæ
à vento rapitur, fugiatis, & eatis ad loca vobis deputata
à Deo, sub pena detrusione in omnibus cruciatibus in-
fernii, illicò incurrenda. Ecce signum Crucis: **†** æternæ
confusionis, & maledictionis vestre, in fugam abite præ-
cipites, sicut Exercitus Holophernis, & eo modo, quo ce-
cidistis de Cœlo. Nam vicit Leo de tribu Iuda, radix Da-
uid. Alleluia, Alleluia, Alleluia.

P R A E C E P T V M D Æ M O N I B V S
vexantibus faciendum.

Vobis autem Dæmones, hanc Dei Creaturam ausu-
temerario cruciantibus sub eisdem poenis præci-
pio, vt nihil penitus dicatis, nec faciatis, nisi quantum
fuerit à Deo, & à me specialiter concessum, & exeun-
tes ab ea, detis signum vobis ab Exorcista impositum, &
relinquatis eam, & omnem Creaturam illæsam, vt lau-
dem reddere possit Deo Redemptori suo. Cui laus, &
honor, & gloria, in secula seculorum. Amen.

P R A E C E P T V M L V C I F E R O,
cæterisque Primitibus faciendum.

Præcipio quoque tibi Lucifero, omnibusq; vobis Dæ-
moniorum Primitibus; & præcipue horum inferna-
rum porcorum inimicis, in nomine Sanctissimæ Trinita-
tis,

tis, Patris **†** & Filij, **†** & Spiritus sancti. **†** Sub eisdem
poenis illicò incurrendis, vt tanquam iustitia Diuinæ Mi-
nistris, cum omni impetu, & ira, in casu inobedientiæ, su-
per hos omnes, quasi coedentes ligna, veniatis, cogatis-
que eos ad vestrum omnium confusioneum, meis obedire
præceptis. Alter, virtute Diuina, statim in Barathro
cruciemini. Amen.

Domine exaudi orationem meam.

Et clamor meus ad te perueniat.

Dominus vobiscum.

Et cum spiritu tuo.

Oremus.

O Maior potens æterne Deus, qui in verbo tuo superbos
confundis simul, & inobedientes, & cui nullum la-
tet secretum: Suppliciter deprecamur omnipotentiam
tuam, vt omnia per me in nomine tuo, acta comprobare
digneris; & hos rebelles omnes sub præceptis compræ-
henlos, in casu inobedientiæ nullatenus absoluas: Sed in
rigore Iustitiae tuae excrucies. Per Iesum Christum
filium tuum, & Dominum nostrum. Amen.

H O C L O C O G E N V A F L E C T E N T E S
omnes in Spiritu aliquantulum orent, Deum depre-
cantes, vt per passionem Filij sui omnia per nos hu-
iisque acta comprobare dignetur. Oratione vero
completa, surgat Exorcista, astantibus imponens, vt
vnusquisque secundum propriam deuotionem fine in-
termissione oret.

Ipse vero in fide, & simplicitate semper corde orans
voce mediocri distincte incipiat coniurationem.

E X O R C I S M V S P R I M V S,
post Orationem mentalem dicendus, qui
dicitur virtutum.

Deus ☩ in adiutorium meum intende.
Domine ☩ ad adiuuandum me festina.
Gloria Patri, & Filio, &c. Alleluia.
Domine exaudi orationem meam.
Et clamor meus ad te perueniat.
Dominus vobiscum.

Et cum spiritu tuo. Oremus.

Deus, qui pér ynigenitum filium tuum, exclusa domi-
natione Diaboli, populum tuum fide corroborasti,
expelle, quæsumus Domine, ab hac creatura tua cunctas
diabolicas infidias, nec patiaris eam oppressione eius, vel
vexatione fatigari, quam eiusdem Domini nostri filii tui
preioso sanguine redemisti. Per Christum Dominum
noscum. Amen.

H I C P O N A T M A N V S S V P E R
caput obfessi, & dicat.

E X O R C I S M V S.

Exorcizo te N. creaturam Dei infirmam, sed sanguine
Redemptoris ablutam, per placabilitatem Dei Pa-
tri, per aduocationem Filii, & per donum altissimum Spiritus
Sancti, ut fias creatura purgata, nec cōmunitis sis ulli
spiritui immundo. Sed p̄fugatio, & sanctificatio Dei. Da
honorem ergo viuenti, atque regnanti Patri, ☩ & Filio,
⊗ & Spiritui ☩ Sancto. Qui te ad suam Sanctam Imag-
inem creare, & ad suam vocare gloriam dignatus est, vt à
te fugiat omnis Spiritus immandus, adiuratus per eu-
dem Deum Trinum, & unum, in saecula regnantem, &
venturū iudicare viuos, & mortuos, & seculū per ignem.

Ore-

Oremus.

Respice Domine Deus hanc creaturam tuam, & ab ea
cunctam Diaboli repelle nequitiam, vt lumine tuae
claritatis, & misericordia illustrata, atque liberata di-
gnas tibi referat gratias. Per Christum Dominum no-
strum. Amen.

H I S D I C T I S, A S P E R G A T C R E A T V-
ram obfessam, seipsum, & Astantes aqua benedicta.
Quod seruandum est in omnibus Exorcismis: Deinde
eleuatis ad Coelum oculis, dicat.

Deus ☩ sit nobiscum in hoc opere sancto, & Ange-
lus bonus assistens cuncta bene disponat, vt cum
gaudio hac Dei creatura, remaneat libera. Amen.

Recede maledicē Sathanā, in nomine Sanctissimæ Tri-
nitatis, Patris, ☩ & Filii, ☩ & Spiritus ☩ Sancti. Nā con-
iuro ☩ te, & omnes tuos sequaces, ac tibi fauentes per
Sanctū timorem Domini, initū sapientiæ, in quo perse-
uerantes animæ gaudium sempiternum inueniunt. Quia
timor Domini, & amor proximi charitas est, & qui chari-
tatem habet, Deū habet, & qui Deū habet per gratiam,
Templum Dei, & habitaculum Spiritus Sancti efficitur.
Cōiuro ☩ vos, per diuinas Scripturas, quibus animæ no-
stræ refectæ fulgebunt, sicut Stellaæ perpetua æternitate
in Coelesti Patria, ubi Sanctorum affines, & Angelorum
Socij efficiemur, & semper Christum Regem nobiscum
habebimus. Coniuro ☩ vos, per Sanctam amicitiam, per
quam in mutua dilectione inuicem opera portamus, vt
adimpleamus legem Christi, qui, cum in forma Dei esset,
non rapinam arbitratus est, se esse æqualem Deo; Sed se-
metipsum exinanivit, formam serui accipiens, in similitu-
dinem hominum factus, & habitu inuentus, vt homo, hu-
miliavit se metipsum, factus obediens usque ad mortem,
mortem autem Crucis: peccata nostra ipse portauit, vt
nos Deo Patri in amicitia reconciliaret. Coniuro ☩ vos,
per sanctam puritatem conscientiæ, quæ vermem con-
scientiæ excludit, & à carcere doloris liberat Animam, &

ab omni immunditia purgat mentem, hæc namque dicitur mens sancta, Paradisus deliciarum variis honorū operum virgulis constitutus, & virtutum floribus decoratus, suauiterque Cœlesti gratia irrigatus: Paradisus, in quo plantatur lignum vitae, ac Cœlestis sapientia, animarum conuiuum; Thalamus Dei; Palatium Christi, habitaculum Sancti spiritus: Thronus Salomonis: lectus Sponsi Cœlestis, in quo, ipsa conscientia bona optimè delectatur, & eam Sponsus suo requiescit. Coniuro \ddagger vos, per Sanctam hospitalitatem, Angelorum amicam; Charitatis sororem, & Humilitatis coronam: per quam, non solum Angelos, sed etiam ipsum Deum, aliquando recipere meremur. Coniuro \ddagger vos, per sanctam pietatem, per quam, dimittentes vitia, & omnia derelinquentes propter Christi amorem, ad eius perfectionem, per humilitatem, & ieiuniū, eleemosinas, & patientiam, & charitatem, & in honorū operum perseverantiam peruenimus. Coniuro \ddagger vos, per sanctam Religionē Apostolicā corde, & opere ab hoc mundo segregatā, quæ percudit Duces Moab, interficit Satrapas, & Tyrannos Hierusalem, & Agyptiorum Hypocritas vulnerat ad mortem. Coniuro \ddagger vos, per sanctā obedientiam, cum qua omnia plena charitate reperiuntur, hæc namque est illa venerabilis virtus, quæ sacrificio preponitur, Scala est Cœli, & obserratio inferni, hæc cōcordiam conseruat in Angelis, humilitatem, & pacem nutrit; patientiam probat, & maliuetudinem excitat pro qua Familiae reguntur, & Respublicæ conseruantur. Hæc est omnium fidelium salus, & custodia omnium virtutum, quæ & filium Dei ad Terram descendere fecit, ut Patri reconciliaret genus humanum. Coniuro \ddagger vos, per sanctā paupertatem, per quam Cœlestis acquiritur hæreditas, & quæ sponsa dicitur Christi, sanctorum possessio, Beatorum vita: fidelium securitas, clericorum ornatmentum, Monachorum facultas, Nobilium pulchritudo, & diuitium magnificencia; de qua scriptum est; Beati pauperes Spiritu; quoniam ipsorum est Regnum Cœlorum. Coniuro \ddagger vos, per sanctam Castitatem, quæ humilium est exaltatio, ornamenti-

namentum nobilium, & ignobilium nobilitas; Solamen marentium; Decus Sanctæ Religionis, & multiplicatio meritorum; Hæc Dei amica est, & Angelorum Cognata; Patriarcharum vita, & Prophetarū corona; Apostolorum Cingulum; Martyrum auxilium, Confessorum vehiculum; Virginum Speculum; Viduarum refugium; cunctorumque bonorum gaudium, & solamen: Sine qua opera nostra nihil valent: Et tandem hæc illa est, quæ nos Deo commendat, Angelos facit, & super æthera volando nos conductit. Coniuro \ddagger vos, per Sanctam Vitam solitariam, de qua, tanquam à Paradiso, flumina sapientiae, & veritatis, continentiaeque, & castitatis exeunt, & in qua Deus delectatur, sicut in summis diuitiis; & quæ est tanquam Vinea Noe, in medio Paradisi sita, Christi sanguine redempta, irrigata quam Vitam solitariam vos hæreterorum Pastores, velut Apri de Sylva, eius semper comburere, gyrum lapideum, supplantare, fructus, vites, & flores incidere zizaniam in virtutum planitiæ seminarie, & coaceruare quæfuisitis; Sed cù effet Dei virtute, circundata; nimis potuistis. Coniuro \ddagger vos, per Sanctam contemplationem, per quam, æterna vita secura, & vera designatur: Quia felicitas nostra nil aliud est, quam Deum videre, Deum habere, & Deum contemplari. Coniuro \ddagger vos, per Sanctum Silentium, per quod fugimus detractiones, murmurations, prodigionis venenum, discordias, rixas, fabulas, mendacia, multaque alia pericula; & per quod lingua pretiosa fit, nisi diuina verba proferens, & Cœlestia semper erumpens eloquia. Coniuro \ddagger vos, per sanctā perseverantiam, qua laureantur Martyres, Virgines coronantur, Confessores, & Sacerdotes sublimantur: Hæc est, quæ informat meritum, colorat propositū iusti; præmiat currentem; Coronat legitimè pugnantem, & ducit ad brauum; cunctosque conductit ad portum. Hæc, dico, est tunica talaris Sancti Iosephi usque ad Terram contingens, tunica Sacerdotalis usque ad pedes perueniens; Calceatum bona operationis, quod contra Serpentis morbum debemus præmunire. Coniuro \ddagger vos, per sanctam Lachryma-

rum compunctionem, quæ nos exules Patriæ Cœlestis Ciues constituit: & deposita corruptibili veste, intrantes Cœlestem Hierusalem, Sanctis Angelis nos associat: de qua loquabatur Dominus, dicens. Beati qui lugent, quoniam ipsi confortabuntur. In vera enim contritione, & cordis humiliatione nascitur spes venia, reconciliatur perturbata conscientia, reparatur perdita gratia, tutus fit homo à futura ira, & occurunt sibi mutuò in osculo Sancto Deus, & poenitens Anima. Hæc est sanitas Animarū, remissio peccatorum, sacrificium spirituale, per quod flagellum Dei mutatur. Hæc mentem pugnat, intentionem fecundat, cōfessionem irrigat, motus illicitos extinguit, & mundum despicere in cunctis facit. Hæc est vitalis Nauicula; pér quā naufragis ad portum Salutis redit: aqua salutaris, per quam omne peccatum destruitur: Fœlix lauacrum poenitentiae, quod toties valet ad purgandum, quoties purgatione indiget cor humanum. herba Cœlestis illius fullonis est, qua velles seruorum suorum deturpatas, à sorde quotidie purgat: & Cœleste Nitrū, quod de rore diuinæ gratie confectum, peccatorum maculas abstergit: & tandem dulcis lachryma est, passionis Iesu Christi sociæ facta. Coniuro Ḧ vos, per sanctam Vigilantiam, ad quam Apostolorum Princeps de nostra salute sollicitus, nos dulciter admonet, dicens: Vigilate fratres, quia Aduersarius vester diabolus querit quem denoret: & per quam ociositate cōtempta, cunctis bonis ornamur; & tandem, in Cœlesti Patria reficiuntur. Cōiuro Ḧ vos, per Sanctam Fortitudinem, quam, si quis amplexus fuerit, fortunæ iacula non timet; in tribulatione diuitias, & delicias spirituales inuenit: carcere in contemnit, Crucem nō metuit, aculeum amplectitur, vincula optat, ad mortem currit, tormenta despicit: & in qua omnes Sancti Martires, licet decorati, astati, combusti, dilaniati, & in cunctis membris diuersimodè afflicti fuerint, nunquam mente deieceri ad Christum triumphantes volarunt. Coniuro Ḧ vos, per sanctam patientiam, quæ omnia aduersa, non colluctando, sed sufferendo, non murmurando: sed in omnibus gra-

rias agendo vincit: Ipsa est, quæ fœcē totius voluptatis abstergit, & limpidas animas Deo reddit: Ha c Navis est, quæ ad portum cunctos suos transfrētantes perducit: per hanc dico, Diabolus conculcatur, & omnes eius iniquitates merguntur in profundum. Coniuro Ḧ vos, per sanctam Prudentiam, quæ tam in secundis, quam aduerſis nos eosdem semper manere, & qua tenenda, fugiendavè à nobis sint, docet; præsentia ordinat; præterita recordatur, & futura prouidet: vt Diabolo illudente, umbras rerum mutabilium fugere possimus. Coniuro Ḧ vos, per Sanctam Iustitiam, quæ non crudelitate inflammat, non amore pecuniae emollitur, nec timore relaxatur, nec ad dexteram mollicendo iudicium, nec ad sinistram exasperando suppliū, sed in Christi nomine, & certitudine veritatis reddit vincuique, quod suum est. Per hanc pudicitia regnat, pax triumphant, & securitas: dignitas floret, & fructum affert in patientia, medicinaque tandem est vitiorum, & antidotum peccatorum. Coniuro Ḧ vos, per Sanctam Pacem, custodiā omnium virtutum, quam in natiuitate Iesu Christi Angeli annuncianterunt, & ipse in Cruce pendens postulavit, & pro testamento Apostolis suis, tanquam summum bonum, reliquit. Hæc botros malarum cogitationum euomit; mentem fluctuantem illasam reseruat: Hæc est serenitas mentis, animi tranquillitas, cordis simplicitas, amoris vinculum, charitatis consortium, bella compescit, iras comprimit, superbos calcat, humiles exaltat, discordes concordat, inimicos reconciliat: Hæc illa est, sine qua Reges non regūt, nec Regna valent: eam fulmina principium destruere, insultusque Dæmonum nequaquam lassere possunt: Imò vestrum dæmones extinguit tempestates. Benedictus est, qui Pacem amat, & in saecula saeculorum maledictus, qui eam odit. Coniuro Ḧ vos, per Sanctam Humilitatem, quæ Deum hominibus peperit, vitam mortalis edidit, Coelos innouauit, mundum purificauit, Paradisum aperuit, & hominum animas ab inferis liberavit. Hæc filium Dei carnem in utero Beatae Mariae Virginis suscipere fecit, & eum corporaliter flagellaris con-

spui, colaphis coedi, spinis coronari, clavis perforari, & tandem in cruce mori permisit. Hæc ergo tantò facit nos apud Deū sublimiores, quanto fuerimus ante oculos nostrōs humiliiores. Quia qui humilis erit, exaltabitur in gloria. Coniuro þ vos, per Sanctam Diligentiam, Matrem in unoquoque opere bono; per quam semper oleum bonorum operum habentes, veniente Sponso ad nuptias, gaudenter ingredimur. Coniuro þ vos, per Sanctam Misericordiam, quæ Christum incarnari fecit, nostræq; misericordie subiecit, & nos de exilio ad eius Regnum erexit. So-
la hæc est, quæ ad Deū hominem, & ad hominem Deum perducit; Testamentum nouum illuminat, & veteris rigorē extenuat. Hæc est qua Moyses aquas dulcorauit, Sal, quo Heliseus aquarum sterilitatem fanauit, & farina, qua mortem, quæ in olla erat, extirpauit; oleum, quod Samaritanus infudit vulnerato, aqua Iordanis, qua curatur lepra Naaman Syri; & quæ omnes fideles in sanguine Iesu Christi, peruenient ad felicem Patriam. Coniuro þ vos, per Sanctam Orationem, quæ est deitatis Scala, columna sanctarum Virginum, Viduarum maritus, Coningatorum leuamen, Angelorum cognata, Dæmonum expulsio, fundamentum fidei, Monachorum Corona: Beatus est, qui eam amat, sed beator, qui eam frequet, beatus qui eam astringit, sed beator qui in ea perseverat. Et tandem beatus qui in ea lachrymas fundit. Quoniam holocaustum sanctū, & immaculatum est Deo, vt digni eius gratia efficiamur. Coniuro þ vos, per sanctum Ieiunium, quod debita satisfactio est cunctorum membrorum; opus Cœlestis; Ianua Paradisi, & futuri sæculi forma: per quod pro sternuntur virtutia, augentur virtutes, humiliatur caro, Dæmonia eiiciuntur, & diabolicae infidicæ: diuina Mysteria panduntur, præteriorum fit recordatio, præfentia ordinantur, & futura præuidentur. Coniuro þ vos, per sanctam Eleemosinam, quæ emundat peccata, thesaurizat fundamentum bonum, & interpellat pro nobis Dominum: & quod pauperibus datur ipsum integrè; Imò & centuplum in veram, & æternam vitam possidetur. Coniuro

þ vos, per sanctam Fidem Christianorum, per quam ab renunciantes diabolo, & pompis eius, filij Dei in eius passione efficiimur, credentes Deum trinum, & unum, qui non minoratur in singulis, nec augetur in tribus, ex quo omnia, per quem omnia, & in quo omnia sunt: & in finu Sanctæ Matris Ecclesiæ morientes, vobis confusis, saluamur. Coniuro þ vos, per sanctam Spei, quæ expectantibus gratiam infundit, ipsosque illuminat, & reficit: in charitate latitudinem extendit usque ad inimicum; & altitudinem ponit, vt in ea perseueremus usque ad mortem: per hanc Pupilli, & Orphani plangentes sperant ridere, pauperes cōfidunt gaudere, & peregrini ad terminum, & laboris finem sperant peruenire. Coniuro þ vos, per sanctam Charitatem, perfectionis vinculum, finem, præceptorum, & dulcedinem omnipium bonorum; qua diligimus Deum super omnia, & proximum sicut nosmetiplos: & propter quam de multis animabus sit anima una, & cor unum in Christo Iesu Domino nostro, in vestem inconsitilem figurata, in qua, tandem nos radicati, comprehendimus cum omnibus Sanctis, quæ sit latitudo, longitudo, & profunditas. Coniuro þ vos, per Sanctam Veritatem, lucem splendentem, quæ merces, & promissiones magnas valde nobis promittit, quia discipulos Domini, & a Dæmonum erroribus liberos nos facit. Ad vestram omnium cōfusionem, & supplicium Dæmones maligni, & mendaces, mendaciorum alumni; Imò signatum super nos, lumen vultus Domini, ad ipsam veritatem contemplandam nos conductit in æternum. Coniuro þ vos tandem, per omnes Sanctas virtutes, per quas renunciantes Sathanæ, Mondo, & Carni, damnosam hæreditatem euadimus, & in felicem Patriam ingredimur ad satiadum bonitum desiderium nostrum in secula seculorum. Amen.

Ergo maledicte Sathanæ, adjuratus per nomen æterni Dei, & Salvatoris nostri Iesu Christi filii eius, cum tua vi-
tus inuidia tremens, gemensque discede, nihil stirbi cō-
mune cum creatura Dei, iam Cœlestia cogitante; Da igitur honorem aduenienti Spiritui Sancto, qui ex summa Coeli

Cœli arce descendens perturbatis fraudibus tuis, diuino fonte sanctificatum hoc suum Templum, & habitaculum perfecit, vt ab omnibus penitus noxiis hæc creatura fidelis liberata, gratias perenni Deo referat semper, & benedicat nomen Sanctum eius in sæcula sæculorum. Amen.

E X O R C I S M U S I I .
Sanctorum Patrum veteris Testamenti.

Deuſ ſt in adiutorium meum intende.
Domine ſt ad adiuuandum me festina.
Gloria Patri, & Filio, &c. Alleluia.
Domine exaudi orationem meam.
Et clamor meus ad te perueniat.
Dominus vobiscum.

Et cum spiritu tuo. **Oremus.**

Pateant aures misericordiae tue precibus nostris: & fit liberaſti Noe ab aquis Diluvij. Loth de subuertione vrbium. Ioseph de manib⁹ fratrum, & populum Iſraelē a seruitute Ægypti: Sic hanc creaturam tuam, intercedentibus omnibus Patriarchis, & Iustis, ab infestationibus Dæmonum liberare digneris. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

H I C S V P E R C A P V T I N F I R M I
manus imponat, & dicat.

E X O R C I S V S .

Exorcizo te N. Creaturam Dei infirmam, per Deum ſt totius bonitatis creatorem, per charitatē ſt Domini nostri Iesu Christi, & per clementiam ſt Spiritus Sancti: vt efficiaris Templum Dei viui, & habitaculum Spiritus Sancti, & medicina perfecta ſt sanctificata ſt & benedicta ſt permanens in visceribus tuis, ad extirpandam omne virutem. Aduersarij, ad fugandā omnem incursionem Sathanæ,

thanæ, & ad radicandum omne phantasma adiuratu, pe-
cum, qui cum Patre, ſt & Spiritu Sancto ſt viuit, & re-
gnat in sæcula sæculorum. Amen. **Oremus.**

Domine Sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, qui benedictionis tuae gratiam agris infundendo corporibus, facturam tuam multiplici pietate cultodis: ad invocationem Sanctissimi nominis tui benignus afflisse, & N. famulam sanitati donatam dextera tua erigas, virtute confimes, potestate tuearis, atque Ecclesiae tuae Sanctæ cum omni desiderata prosperitate restituas. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

H I C A S P E R S A A Q V A B E N E D I C T A ,
eleuat⁹ oculis, apprehensaque coma
capitis Daemoniaci, dicat.

Conferma me Deus Israel, & respice ad opera manuū mearū: vt hic Draco, in verbo tuo confusus recedat.

C O N I V R A T I O .

FVge spurcissime Sathanæ, in nomine Dei Patris, ſt & Filii, ſt & Spiritus ſt Sancti: Nam Coniuro te, ſt cauſa maledicti homicidij, vt sine læſione huius Creature, ac fidelium omnium, in fugam vna cum omnibus sequacibus, & tibi fauentibus, & opiculantibus præceps fugias, per Sanctum Abel, qui in vita fuit innocēs, in obedientia summis, in sacrificiis Deo placens, in morte patiens: & in tua confusione primus Coronam Martyrij adeptus est. Discipulo ſt te, totius vniuersi deſtructōr, per Sanctum Noë, secundum restauratorem Orbis, qui, cum factum etſet Diluvium, & deleret Dominus iniquitates tuas, inuentus est perfectus, & iustus: & non corravit turbulenti Diluvij fluctibus, nec fragores ventorum, vel murmura Cœli expauit: gestabatur hic per procellas, nec mergebatur; Serpentibus sociabatur; & bestiis, nec terrebatur. Elio ſt te, primus Dei hostis, & eius Maiestatis contempnor, per Sanctum

Etum Melchisedech, qui fuit Rex Salem, Sacerdos primus Altissimi, Pater Patrum Prophetarum, & Apostolorum origo; & primus panē, & vinum Deo obtulit. Constringo † te Apostata, per Abraham Patrem multarū gentium, qui in præceptis fuit obediens, credulus in promissis, pauper in Patria, in exilio locuples, in præliis victoriosus: Qui, in typo Trinitatem vidi, & unitatem in mysterio veneratus est: Et tandem non est inuentus similis illi in gloria: conseruauit legem excelsi, & fuit in testamento cum illo; & in tentatione inuentus est fidelis. Expello † te inobedientissime, per Isaac, qui semen æternum vocatus est; propterq; timorem Dei eō usque detulit honorem Patri, vt ferens ligna super montem ad Aram sponte sacrificandus acceperit; atque in figuram Christi mortem non recusauerit, benedictionem omnium gentium dedit illi Dominus, & Testamentum suum cōfirmauit super caput Jacob. Maledico † te, maledicete, & deiechte de Paradiso, per ipsum Jacob dilectum Matri, qui accipies lapides, & supponens capiti suo, ac dormiens, in somnis vidit scalā stantem super terram, & illius cacumine pertingentem Cœlum: Angelos quoque Dei ascendentēs, & descendētes per eam: & Dominum innixum Scalæ, dicente sibi; Ego sum Deus Abraham Patris tui, & Deus Isaac, Terram, in qua dormis, tibi dabo, & semini tuo: Eritque semen tuum, quasi puluis terræ, dilataberis ad Orientem, & Occidentem, & Septentrionem, & Meridiem; & benedicentur in te, & in semine tuo cuncta tribus terræ: Et ero custos tuus quocumque perreveris; & reducam te in Terrā hanc, nec dimittam, nisi compleuero vniuersa, qua dixi. Improbbo † tibi, inuidissime, & libidinose per Iosephum benedictum in primogenitum ab Israel, qui à fratribus vèditus, & Dominae libidini nequaquam consentiens, in carcерem detrusus est. Et tandem in interpretatione sapiens, cum honore magno est liberatus, inque futurorum consilio prudens, ac pro malo, boñæ retributionis gratiam redens, magnificauit populum Dei valde nimis. Confundo † te, deiechte à gratia Dei, per Moysen, qui fuit Dux, &

Propheta in Israel; & pro salute populi, non minas, nō te la timuit; Sed eius virgam contra Dracones extulit, & plagiis maximis Regis Imperium percussit, spolianitque Ägyptios, & traiecit per medium Mare populis, hostes operuit fluctibus, & eremi pandens iter, mirabilia operata est, vt opera tua nefanda dissiparet: Et tandem ascendens verticem montis Synai legem Sanctam accepit, & loquitus est Domino facie, ad faciem; magnificauitque eum Dominus in timore inimicorū, & in verbis suis monstra placauit, & ostendit illi gloriam suam. Flagello † te, Derisio totius Angelicæ Naturæ, per Aaron excelsum Sacerdotem primum in lege, Deo similem; quem Dominus beatificauit in gloria, & circumcinxit eum Zona Iustitiae; induit Stola gloriæ, & coronauit eum in vase virtutis; qui & futuram Christi passionem, per hostiam, & sanguinem victimarum expressit. Deprinco † te, eiechte à societate Angelorum Dei, per Phineem, Filium Eleazari, tertium in gloria: qui in bonitate, & alacritate animæ suæ placuit Deo Israel, & dedit ei Dominus pacem foederis sui; Quia zelatus est pro Deo suo. Prosterno † te, omnium rebelliorum caput, & origo, per Iosue successorē Moysi, magnum secundum nomen suum, & maximum in salutem electorum Dei, qui inuocauit Altissimum, & Sol sterit, ita vt, unus dies facta est quasi duo, perdens, ac dissipans membra tua; & Iordanis cursum stare fecit, vt hereditatem Israel introduceret in terram promissionis, manantem latet, & melle, eamque sorte distribuit, hostes percussit, Canaanorum Regna euertit, Reges extinxit, vt scias, nefande. Quia contra Dominum pugnare non est facile. Confringo † te, Susurro, per Caleb, qui stetit contra hostem prohibere gentem à peccatis, & perfringere murmur malitiae, cui dedit fortitudinem Dominus; & semen ipsius obtinuit hereditatem, vt viderent omnes filij Israel, quia bonum est obsequi Sæcto Deo. Disperdo † te, Destinate ad ignem æternum, per dilectum Dei Samuelem, ab ipsis incunabilis Deo consecratum, qui vnxit Princeps in genere sua, & vdit Deū lucis, in inuocatione Dei, omnipotens.

tis occurrerunt nubila , effusi sunt imbræ , & oppugnauit hostes circumstantes vndeque , in oblatione viri iniulati Interimo ☩ te, Fili perditionis, per Sansonem filium promissioni liberatorem Israel , & omnium fortissimum ; qui fugientem necauit Leonem , fauumque ab ore mortui tulit ; teras portarum humeris tollens , in vertice montis impostruit: vulpium caudis igne admoto, totam regionem Philistinorum succendit : maxilla Afini vincit funibus mille viros peremit: vincula, vt lanaea fila , disrupti : & oculis effositi, concutis columnas Templi, hostes oppreserunt. Comprimo ☩ te, imponitens peccator, per Davidem Prophetam à Deo in Regno vocatum ; qui laxo , & funda diecet exultationem Goliae , & exaltauit cornu gentis sue , contrinxit inimicos vndeque , & extirpauit Philistæos contrarios in æternum ; Leonem , & Vrbum sine gladio interfecit; ad poenitentiam pronus fuit, & suauitate sue Cytharae immundum Spiritum à Saule depulit. Subiicio ☩ te, ignorantia pleno, per Salomonem , qui quasi flumen impletus est sapientia : Ita vt, totus orbis miraretur : quiue reuelauit Ecclesiæ Sacra menta , & subiecit illi Deus omnes hostes, vt conderet domum in nomine suo , & pararet sanctitatem in sempiternum . Contorqueo ☩ te, Angele nigerime , per Eliam, cuius verbum , quasi facula ardebat, mortuum sustulit ab Inferis clausit Cœlum imbribus , & ingiter usque ad statutum tempus pluviam fecit manare. Hidria farine non defecit, & Vas Dei non est diminutum Vidue , quæ cum eo misericordiam fecerat. Duos quinquagenarios igne cœlesti illicè combusserunt: Idem diecet Reges ad perniciem , & confregit facile potentiam eorum , & deinde receptus est in Turbine ignis in Curru equorum signorum: venturusque est in ultimo aduentu, pronunciarurus Christum , & virtutibus , & prodigiis magnis præcipitabit Antichristum. Torqueo ☩ te, fœtida bestia , per Eliseum clamantem; Pater mihi, Pater mihi, Currus Israel , & Aurora eius : qui glorificatus gemino Eliæ spiritu, Iordanis vndas retro conuerterunt: ad foecunditatem aquas steriles perduxerunt, pueros sibi insultantes deuorandos bestias tradid;

dix: mortuos resuscitauit, & mirabilia operatus est. Diffipo ☩ te, Hæretice, per Ezechiam, qui fortiter iuit per viam David Patris sui, & placuit Deo, in cuius diebus retrò reddidit Sol; & addidit Dominus Regi vitam . Condemno ☩ te, Spiritus Impie, & abominande; per Iosuam, cuius memoria in omni ore, quasi mel dulcescit: qui est directus diuinus in poenitentia gentis: & tulus abominationes impietatis, & in diebus peccatorum pietatem corroborauit. Fugo ☩ te, Ianua Inferi: per Zorobabel, & Iosue filium Ioseph, qui in diebus suis ædificauerunt Templum Sanctum Domino paratum, in gloriam sempiternam. Ejcio ☩ te, Spiritus præcipitate in poenam aeternalem, per Simonem Oniæ filium, Sacerdotem magnum, qui curauit gente suam, & liberauit eam à perditione: qui, quasi Stella matutina in medio nebulæ , & quasi Luna plena , in diebus suis eluxit: & quasi Sol refulgens inter nebulas gloriae, & quasi flos rosarum in diebus Veris, & quasi Lilia, quæ sunt in transitu aquæ, & quasi Thus sine igne ardens, & redolens, in diebus æstatis; quasi ignis effulgens, quasi vas aurum solidum, ornatum omni lapide pretioso: quasi olia pululans, & cypresus in altitudinem se extollens ; in accipiendo ipse Stolam gloriae, & vestiendo se cōsummationem virtutis. Ligo ☩ te, in deserto, latro; per Thobiam timentem Deum, qui, dum opera misericordiae exerceret, in cæcitate hominibus caruit, & post tenebras referatis oculis, lumen claritatis recipere promeruit; ac benedicens Domino dixit: Magnus es Domine in æternum, & in omnibus sæcula Regnū tuum: Quoniam, tu flagellas, & fatus, deducis ad Inferos, & reducis, & non es, qui effugiat manum tuam: Nani ipse castigas nos propter iniquitates nostras, & saluabis nos propter misericordiam tuam.

Percutio ☩ te, omnium virtutum destrutor, per Iudith, quæ pro salute populi in cinere, & cilicio, in leuino, & oratione necauit dormitionem Holophernem, clamans ad Dominum. Confirmame Domine Deus in hac hora: Et bis percutiens in ceruicem eius, saluo pudore, triumphalem victoriam reportauit, & populum Dei ab eius super-

bia liberauit. Crucio **F** te sanctæ patientiæ oppugnator, per patientissimum Iob, iustum, ac rectum; & timentem Deum: qui, dum à Sathanæ, Deo permittebatur, substaniis, ac filiis orbatus, & in persona percussum fuisset, nō peccauit labiis suis. In modo: fuit gloriosus in certamine, & equanimis in dolore, corporisque vulnera patienter exceptit, & inter supplicia semper Deū glorificauit, & corruens in terram adorauit, dicens. Nudus egressus sum de utero Matris meæ, & nudus reuertar illuc: Dominus dedit, Dominus abfultit; sicut Domino placuit, ita factum est: Sit nomen Domini benedictum. Destruo **F** te, iustorum, & innocentium persecutor, per tres pueros, Sidrach, Misach, & Abdenago stirpe regia claros, memores paternarum legum, leguminibus, & ceteris vitam sustentantes: qui nolentes adorare Idolum, in fornaci flammas horrendas injecti sunt: & aperte vocibus, in hymno benedicentes Domino, illæsi exierunt. Annihilo **F** superbiā tuam, Bestia bestiarum omnium bestialisima, per Isaiam Prophetam, dicentem. Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel: butyrum, & mel comedet, vt sciat reprobare malum, & eligere bonum, & alibi. Cognovit Bos Possessorum suum, & Afinus præsepe Domini sui: Tu verò, ingrate, non cognovisti Creatorem tuum. Consumo **F** te, nocturnū Phantasma, per eiusdem Isaiæ visionem: vidit enim Dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum: & ea, que sub ipso erant, replebant Templo: Seraphim itabant super illud, sex alæ vni, & sex alæ alteri: duabus velabant faciem eius, & duabus volabat pedes, & duabus volabant: & clamabant alter ad alterum, & dicebant: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum, plena est omnis Terra gloria eius: & cōmota sunt super liminaria cardinum à voce clamantis, & dominus repleta est fumo. Depopulo **F** te, artium pessimarum inuentor, per eundem Prophetam dicentem. Parvulus natus est nobis, & filius datus est nobis, super cuius humerū factus est Principatus: & vocatus est nomen eius admirabilis Consiliarius, Deus fortis, Pater futuri sæculi, Princeps

ceps pacis: super solium David, & super Regnum eius se-debit, vt confirmet illud, & corroboret in iudicio amodi, & usque in sempiternum. Contero **F** te, mala Bestia, per Hieremiam, dicentem: vox in excelso audita est lamentationis, luctus, & fletus. Rachel plorantis filios suos, & nolentis consolari super eis, quia non sunt. Sterno **F** te, omnium malorum radix, per Baruch, dicentem: Hic est Deus noster, & non existimabitur alius aduersus eum; Hic adiuvavit omnem viam disciplinae; & tradidit illâ Iacob pueru suo, & Israel dilecto suo, post hanc, in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Eiicio **F** te, Pater mendacij, per visiones omnes Ezechielis Prophetæ, in similitudine gloriae Domini: & per omnia in eis contenta mysteria. Diminuo **F** vires tuas, Babiloniae draco, per Daniellem, qui continuatis ieiuniis, & orationibus futura meruit cognoscere Sacraenta, ac explicauit somniū Regis Nabuchodonosor. Ita vt Rex diceret: Verè Deus vester, Deus Deorum est, & Dominus Regum, reuelans mysteria. Et accipiens picem, & adipem, & pilos coxit, fecitque massas, & dedit in os Draconis, & incredibili admiratione diruptus est Babylonie Draco. Torqueo **F** te, destinate ad infernum, per Osean dicentem. Ex Ægypto vocavi filium meum: Et alibi: Ero mors tua, & mors, morsus tuus ero inferne. Premo **F** te, cultor peruersorum dogmatum per Ioselem, dicentem: Eum, qui ab Aquilone est procul faciam à vobis; & expellam eum in terram inuiuam, & desertam, faciem eius contra Mare Orientale, & extrellum eius usque ad Mare nouissimum; Et ascendet foetor eius, & putredo, quia superbe egit. Mergo **F** te in profundum, luxuriose Draco, per Amos Prophetam, dicentem: Dominus de Syon rugiet, & de Hierusalem dabit vocem suam; & alibi: Suscitauit de iuuenibus vestris Nazarenos. Cremo **F** te, editiose, per Michæam, dicentem: In nouissimo dierum erit Mons dominus Domini preparatus in vertice montium, & sublimis super colles, & fluent ad eum populi, & proferabunt gentes multæ, & dicent. Venite ascendamus ad Montem Domini, & ad domum Dei Iacob; Et docebit nos

de viis suis, & ibimus in semitis eius ; quia de Syon egreditur lex, & verbum Domini de Hierusalem. Extermino te, animarum prædator, per Naum Prophetam, dicentem : Ecce super Montes pedes Euangelizantis, & annunciantis pacem : Et alibi, de te. Succedâ usque ad summum Quadrigas tuas, & Leunculos tuos comedet gladius : & exterminabo de terra prædam tuam : Et non auditetur ultra vox nunciorum tuorum ; reuelabo pudenda tua in facie tua, & ostendam in gentibus nuditatem tuam, & Regnus ignominiam tuam : Et ponam te in exemplum. Detruo te, Scropha stercoreata, per Abacuch, in oratione dicentem : Deus ab Austro veniet, & Sanctus de Monte Pharan, operuit cœlos gloria eius, & laudis eius plena est terra ; splendor eius, ut lux erit, cornua in manibus eius : ibi abscondita est fortitudo eius, & ante faciem eius ibit mors. Detruo te Agaso, per Sophoniam, dicentem : Lauda filia Syon, iubila Israel, Lætare, & exulta in omni corde filia Hierusalem : Abi filius Dominus iudicium tuum : Auertit inimicos tuos Rex Israel, Dominus in medio tui, non timebis malum ultra. Inuado te, inseniate, per Aggeum, clamantem : Adhuc unum modicum est ; Ego commouebo Cœlum, & Terram, & Mare, & Aridam, & mouebo omnes gentes, & veniet Desideratus gentibus. Suspendo te in furca infernali prædonie, per Zachariam, prophetantem : Exulta satis filia Syon, iubila filia Hierusalem : ecce Rex tuus veniet tibi iustus, & Salvator, ipse pauper, & ascendens super Asinam, & super pullum filium Afinæ : & alibi, & appenderunt mercedem meam triginta Argenteos, Disperdam nomina Idolorum de terra, & non memorabuntur ultra. Stragulo te, execrabilis per Malachiam pronunciantem. Accedam ad vos in iudicio, & ero Tefsis velox Maleficiis, & Adulteris, & Periuris, & qui calunniant mercedem mercenarij, & humiliat Vidas, & Pupilos, & oprimunt Peregrinum. Eneruo te, Canis rabida, per septem fratres Machabeos, itabiles in fide, & spe fortes, qui constantissimi obseruatori diuinæ legis extiterunt : pro qua, ab Antiocho Rege impio inter tomé-

ta acerbissima patientes atrociter interempti sunt cum Matre, in cuius muliebri corpore, virilem animū, & admirabilem magni animi incrementū ostensum est. Nā ipsa materna viscera supra Naturæ consuetudinem dilaniabantur : Non enim filiorum, qui in tormentis erāt, miserabatur, sed timore angebatur, ne in illis deficerent, quare ad eadem cōstantissimē sustinenda, sollicita hortabatur : Debello te tandem, ebriose, per omnes iustos, & Sanctos veteris Testamenti, qui timentes Dominum ambulauerūt in viis eius, & contemnentes vos iniquos, per multas tribulaciones, & angustias, seruantes legem Dei æterni, introierunt Ianus Paradisi, & regnant cum Christo in æternum. Ergo maledicte Diabole, recognoscere sententiam tuā, & da honorem Deo vino, & vero, da honorem Iesu Christo filio eius : & Spiritui Sancto, & recede ab hac Creatura Dei, quia istam sibi Deus, & Dominus Iesus Christus ad suam Sanctam gratiam, & benciditionem, frontemque baptismatis dono sue gratiae vocare dignatus est : & hoc signum Sanctæ Crucis, quod nos fronte eius damus, tu maledicte Diabole, nunquam audeas violare, sed in æternum damnatus in inferno manecas, ab ea fugatus. Fuge cum omnibus tibi fauentibus, In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti : Cui laus, honor & gloria, in secula seculorum. Amen.

E X O R C I S M U S . I I I .
Qui Sanctorum est Novi Testamenti.

D EUS T E in adiutorium meum intende.
Domine T E ad adiuuandum me festina.
Gloria Patri, & Filio, &c. Alleluia.
Dominus exaudi orationem meam.
Et clamor meus ad te perueniat.
Dominus vobis cum.

Et cum spiritu tuo. Oremus.

F AC nos, quæsumus Domine, omnium Sanctorum precibus, & meritis adiuuati, ut multiplicatis in-

tercessoribus, protectionis tua dona sentiamus. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

H I C M A N V S V P E R C A P V T
Dæmoniaci posita, dicat,

E X O R C I Z A T I O .

Exorcizo te Creaturam Dei afflictam, per potentiam Dei Patris, per sapientiam Dei Filii, & per clementiam Dei Spiritus Sancti, per Deum trinum in personis, & unum in essentia; Deum viuum, & verum, ut ab omnibus spurcitias Dæmonum sis sana, & libera, per eum, in cuius nomine es baptizata: Accipe Spiritus sancti gratiam, per Regem Regum, & Dominum dominantium: cui honor, & Imperium est in secula seculorum. Amen.

Oremus.

Deprecationes omnium Sanctorum tuorum, quæsumus Domine benignus exaudi, ut nos, qui meritò ex actionibus nostris affligimur, tuæ gratiæ consolatione respiremus. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

D E I N D E A S P E R G A T A Q V A B E N E-
dicta, & eleuatis oculis, dicat.

Aduo invocationem nominis Sancti Domini, confirma me, ut in fugam hi Maledicti eant præcipites, sicut exercitus Holophernis, sequentibus Hebreis.

C O N I V R A T I O .

Fuge Animarum venator, & vorax, per Sanctam Trinitatem Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum. Et ego pessundo te, caligo in tenebris, per Sanctum Ioannem Baptizatum, Precursorem dilectum, & lucernam ardentem ante Dominum, qui viam Domino preparauit in Hesemo: & agnum Dei demonstrauit; quique solos Prophetarum

terum meruit Iesum Christum indice ostendere propriis oculis videre, & baptizari. Hic est Praecepit, & Testis verbi Coelestis; Hic est, cuius nativitas, & nomen, & merita per Gabrielem Archangelum prænunciata fuere: Hic est, qui cunctis mortalibus antefertur, dicente Domino: Inter natos Mulierum, non surrexit maior Ioanne Baptista: Et tandem, post mirabilem Sanctam, & perfectam vitam perpetua Sanctæ mortis gloria consecratus est. Compingo te, in Barathrum, voracissime Lupe, per Sanctum Petrum, Principe Apóstolorum, Cui Dominus oves commendavit, ac Claves Regni Coelorum tradidit, dicens. Quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum, & in Coelis, Et quodcumque solueris super terram, erit solutum, & in Coelis, qui Antiochenam Ecclesiam, Romanamque fundavit, Pontum, Galatiam, Cappadociam, Asiam, atque Bithyniam legibus Euangelica prædicationis, implevit: quique sociante Paulo, Romam, tunc Sylvam frumentum bestiarum, & turbulentissimæ profunditatis Oceanum, non meruit adire: Intra Philosophiae opiniones ibi conculcauit, terrenæ sapientiæ varitates dissoluit, Dæmonum cultus confutauit, omnium Sacriflegiorum impietates destruxit, artium Magicarum spurcitias, & ipsos Magos præcipitauit, & veritatis lucem cunctis reuelauit; Hic est Petrus, super quam petram, Dominus adificauit Ecclesiam suam Sanctam: Hic clauicularius tandem, post infinita miracula, & diuina opera, terrena non metuens, Crucis patibulum ascendit, & gaudens, ad Christum eius Magistrum migravit. Capistro te Corue mala nūcians, per Sanctum Paulum, qui ex Christianorum persecutore, annunciator factus est Christi; & post multa mala, consecutus est gratiam, & Thronum duodecimum possidere meruit; qui que à Domino vas electionis, & prædicator veritatis meruit appellari, nomen Iesu Christi in vniuerso mundo coram gentibus, & Regibus, & filiis Israel portauit, ac intrepidè prædicauit: Videl Coelos apertos, & arcana Dei, quæ non licet homini loqui: Ter virgis coeſus: semel lapidatus est: Ter naufragium pertulit, pro Christi nomine; Episto-

las multas ad diuersos populos scripsit, ac ad fidem conuertit: & tandem, post miracula magna valde hic lumen Orbis Terræ, absciso capite, pro Christi nomine, martyrio coronatus est.

Carmino ¶ te, Subuersor Euangeli, & erroris Magister; per ambos supradictos Apostolos glorioſos Principes Terræ, per quos Euangeliū Christi Roma respicuit, quæ ſicut Magistra erat erroris, facta eft Discipula veritatis; & quanto erat per Diabolum tenacius illigata, tanto per eos in nomine Iefu eft mirabilius abſoluta. Hi ſunt, qui ex multarum honore gemmarum cōſerto uno Diadema te, totum mundum coronarunt; qui ſunt, quaſi lumen oculorum in capite Christi: Quot carceres hi ſanctificarunt? quot catenas decorarunt? Quot tormenta ſuſtinerunt? quot maledicta tolerarunt? horum linguae benedicta inſtrumenta ſunt: horum membra propter eccleſiam ſanguine conſperfa ſunt: in omnem Terram exiuit ſonus eoru, & in fines Orbis Terra verba eorum: Petrus omnium Apostolorum fideliffimus feruenti ſpiritu Dominum dilexit, & Pauli virtutes nullis verbis explicari poſſunt; & ſicut in vita dilexerunt ſe, ſic & in morte non ſunt ſepara ti. Dilatio ¶ te, circulator, per Sanctū Andream, dignum Christi Apostoli, qui mox, vt vocem Domini prædicantis audiuit, relictis retibus, æternæ vitæ ſecutus eſt præmia largientem: Et qui, cum adductus ad locum martyrij Crucem vidifera longe, prædicare, exclamareq; cœpit; ð Crux admirabilis: ð Crux deſiderabilis, ð bona Crux, que deorem ex membris Domini ſuſcepisti, diu deſiderata, ſollicitè amata, ſine intermiſſione quaerita, & aliquando cupienti animo præparata, ſecurus, & gaudens venio ad te. Accipe me ab hominibus; & redde me Magistro meo, vt per te me recipiat, qui per te me redemit: & denique biduum pendens in cruce viñus, ac fine intermiſſione fidem prædicans, & multos ad fidem cōuertens, migravit ad eum, cuius mortis ſimilitudinem concupierat, ſubie ratque. Corrodo ¶ te, Ianitor Inferni omnibus odioſe, per S. Iacobum Zebedæ filium, & Ioannis Germanum,

qui

qui inter ceteros, fuit dilectus Magistro, & trāſfiguratio nis multorumque miraculorum Iesu Testis fuit. In móte Oliueti, cum Christo Patrem otaturo adfuit; & tandem in Samaria, Iudea, Hispania, & in diuersis Orbis partibus ſeminauit Euangeliū; & primus Apostolorum Hierosolymis profuso ſanguine, teſtimonium Iefu Christo dedit. Concilio ¶ fundaienta tua, cubicularie, & Auriga Sa thane, teque ſupplanto, & expugno per S. Iacobum; cuius ſanctitas vite tanta eſt, vt ſimbriam veſtimenti eius certatim homines cupeſerent attingere: qui cum Christū Dei filium conſtantissime predicaret lapidibus appetitur, mox in altissimum Templi locum adductus, inde præcipitat u eft; qui confractis curiibus, iacent ſeminiuſus, manus tendebat ad cœlum, pro illorum ſalute Deum depreca batur: in qua oratione, grauerter eius capite fulloniſ ſuſte percuſſio, anima Deo reddidit. Detruido ¶ te in culinam Inferni, Rustice Tartarec, per nobilem, Sanctumque Ioan nem Apostolum, & Euangelistam, qui ſupra pectus Domini in Cena recubuit: Et cui reuelata ſunt ſecreta co eleſtia; Nam fluenta Euangeli de ipſo ſacro pectoris Domini fonte potauit, & priuilegio amoris præcipui catetris altius à Deo meruit honorari, atque virgo electus eft à Domino, & inter ceteros magis dilectus: Cui in Cruce Christus Virginem commendauit. Contamino ¶ te, contagioſe Cerdio, per Sanctum Thomam, qui dum in Magistro ſuo vulnera palpauit carnis, in nobis ſanauit vulnera infidelitatis: Hic Parthis, Medis, Perſis, Brachmanis, Hyrcanis, Baetris, & Indis Christianæ fidei, & vitæ præcepta, Idolis deſtructis, tradidit: Et tandem plenus doctrina, & ſanctitate, & miraculorum magnitudine Apostolatū Corona Martyrij decorauit. Decortico ¶ te, Carnifex acerbe, per Sanctum Bartholomæum, qui Gentibus in India, & maiori Armenia Euangeliū prædicauit, & quamplurimos ad Christum conuertit. Cui viuо post multos labores, calamitatesque ab ipſo perlatas, pellis crudeliter detrahitur, & caput abſcinditur; ſicque animam Deo reddidit. Dilapido ¶ te, Carbonarie caliginose, per Sanctum Ste-

Stephanum, plenum Spiritu Sancto, qui interidens in Celum, & dicens: Video Caelos apertos, & Filium hominis stantem à dextris virtutis Dei: continuenter Maledicti aures suas, & impetum facientes, vnamiter lapidauerunt eum; & cum saxorum crepitantium turbine quateretur, positis genibus, voce magna clamauit: Dñe ne statuas illis hoc peccatum. Et cum hoc dixisset, Obdormiuit in Domino; prior Iesu Christi vestigia secutus. Affo Pro te, sus famelice, per Sanctum Laurentium Leuitam, in quo, nihil saua crudelitas potuit: Nam superpositum cratera ferrea, in se vim vrendi habente, & subiecto igne, vt fieret cruciatus vehementior, & poena productior, strinxerunt corporis membra posita super craticulam; Et subiicientibus prunas insultabat Lævita Christi, & clamabat: Deum meum colo, & illi solo seruo, te Dominum confiteor, & assatus gratias ago: Sicque Laurentius ardens, Christi desiderio, persecutores incendium non sensit: Nam superari charitas Christi flamma non potuit: Et tandem, quanta in persecutione pertulerit, & mundum sua passione illuminauerit vniuersum te scire, Maledicte, non dubito. Capistro Pro te Scropha stercorata, per Sanctos Innocentes Martyrum flores, quos Herodis impietas lactentes ab vberibus Matrum abiexit, & occidit. Hi sunt, qui, cū Mulieribus non sunt coinquinati; Virgines enim sunt, & sequuntur Agnum sine macula, cantantes Canticum nouum ante Sedem Dei, & Agni, resonans tetra in voces eorum, benedicentes viuentem in facula fæculorum. Præcipito Pro te crumeniseca suspensa in Barathri pelago, per Sanctum Clementem; Cui, Sanctus Petrus Ecclesiam commendauit; Quique pro fide IESV CHRISTI multa sustinuit, & clarus miraculis, ligata illius collo anchora, dum lachrymans dicebat: Sufcipe Pater Spiritum meū, in profundum Mare deicxit, ubi dedit illi Dominus habitaculum in modum Templi marmorei, Angelicis manibus preparatum. Laero Pro te inimice Iesu Christi, per Sanctum Ignatium, qui nomen Iesu literis aureis scriptum in corde portabat; Quique cupiens dissolui, & esse cū Christo, dicebat: vti nam

nam fruar bestiis, quas & oro mihi veloces esse ad interitum, & ad supplicia, & allici ad comedendum me, ne sicut, & aliorum Martyrum, non audeant corpus attingere: ignis, crux, bestiarum, cōfractio ossium membrorum diuisio, & totius corporis contritio, & omnia tormenta diaboli in me veniant, tantum Christo fruar; & cum ardore patiēdi rugientes adiret Leones, ait, frumentum Christi sum, dentibus bestiarum molar, vt panis mundus inueniar: Et sic passus in sinu IESV CHRISTI excipitur. Do Pro te precipitem, aper perfide, per Sanctos Faustinum, & Iouitani, qui in multis carceribus bestijs feris, & flaminis injecti, & ligatis manibus, & pedibus, in mare demersi incolumes mirabiliter erexit, & exquisiti simi, & acerbissimis suppliciis, sicut aurum in fornace probati sunt. Et tandem potuit multos ad Christum conuersos, securi percussi ad Dominū volarunt. Extirpo Pro te Cocostrille inuidie, per Sanctum Simeonem, qui cum ætate centum viginti annorum esset cōfectus, in multis acerbissimis crucis doloribus, ac eiusdem passionis generibus, qua Saluator noster subierat, afflictus est. Obru Pro te bestia cornigera per Sanctos Geruasium, & Prothasium, qui, dum negare Christum, & prophaniis imaginibus sacrificare cōpellerentur, detestarunt. Qua de re Tyranno imperante, Geruasius tandem caesos est, quoque inter verbena expiraret, & Prothasius fustibus contusus, & securi percussus, ad Caelos ambo volarunt. Sagitto Pro te, & quasso clavem tuā. Coluber tortuose, per Sanctum Sebastianum, qui videns Christianos in tormentis formidare, cohortatione sic confirmabat: vt pro Iesu Christo seipso vltro tortoribus offerrent. Qua de re, ad palum alligatum sagittis configi iubetur, sed confirmata valetudine, tamdiu virginis coesus est, donec animam Deo redderet. Excarnifico Pro te inuentor cunctorum malorum, per Sanctum Bonifacium, qui dum variis tormentis cruciatus propter Christianam fidem ad constantiam, & ad perforanda supplicia hortaretur, compræhensus & ferreis vngulis carnificatus, inter manuum vngues, & carnem acuti calami ei infixi sunt, plumbumque liquefactum in eius

eius os infusum, mox ad ollam feruentis picis demissio capite coniectus est, tandem securi percussus est, sicq; multis miraculis illustratus, dæmone confuso, migravit ad Dominum. Liquefactio $\ddot{\text{I}}$ te, media stine foetide, per Sanctum Erasmo, qui fustibus plumbatis cæsus, ac plumbo liquefacto, resina, sulphure, & feruenti pice, cera, oleoque perfusus, inuiolatus eua sit, constrictusq; ferreis vinculis, & tormentis, & suppliciis grauissimis cuncta virtute divina superauit, multos ad Christi fidem convertendo, demumq; plenus miraculis, insignem martyrij palmarum adeptus eit. Obtero $\ddot{\text{I}}$ te, phantasma impium per Sanctum Cypriacum; cuius precibus Regis Persarum filia, & multi alij à nefariis spiritibus hiberati sunt: Et denique post multa miracula, pice liquata perfusus, & in catasta extensus, cum sociis Largo, & Smaragdo, & aliis triginta securi percussus est. Domo $\ddot{\text{I}}$ te pugnis, ferramentarie infernalis, per Sanctos Cyprianum, & Iustinum; hic relicitis magicis artibus, secutus est Christum; & ambo colaphis, flagellisq; cæsi, & in sarcinam plenam feruētis picis, adipis, & ceræ iniecti: tandem securi percussi ad Dominum migrarunt. Irretio $\ddot{\text{I}}$ te Corue nigerrime, per Sanctum Hippolytum, qui pro Christi nomine indomitus equis raptatus per loca carduis, & tribulis consita, lacerato corpore, spiritum Deo reddidit. Electio $\ddot{\text{I}}$ te, anguis horréde, per Sanctum Vincentium; cuius iniuctus animus, cū à Iesu Christi fide, nec tormentorum vi, aut acerbitate, nec lenitate verborum trahi posset, in craticula impositus, pruni ardentibus suppositis, & ferreis vnguis excarnificatus est, carentibusque laminis exustus, ignis ferri, tortorumque immanitate superata, victor ad Cœlestem Martyrij coronam aduolauit. Instillo $\ddot{\text{I}}$ te, Basilice fauicate, per Sanctum Thimotheum, qui cum sacrificiū, quod vni Deo debetur, fieri Dæmonum simulachris ferre non posset, propterea que populum à Diana immolatione remouere conaretur, lapidibus, obrutus, obdormiuit in Domino. Consperco $\ddot{\text{I}}$ te, vt vjpera adulterina, per Sanctum Blasium, qui puerum transuersa spina, fauicibus animam agentem, &

alios

alios multos ægrotos sanauit, & nolēs Diis sacrificare; virgis cæsus, in equuleo ferreis peclimibus dilaniatus est; Et tandem dempto capite, illutre fidei testimonij Christo dedit. Vulnero $\ddot{\text{I}}$ te, Aspis ferugine, per Sanctos Procelsum, & Martinianum, qui cum frustra reuocari cogentur à fide susceptra, ora eis saxo contunduntur, dentesque comminuuntur, equuleo torquentur, & fustibus cæduntur, & tandem, canentes, sit nomen Domini benedictum, securi feriuntur. Implio $\ddot{\text{I}}$ te, fœtida bestia, per Sanctum Marcellum, qui negligens Idolis immolare, in catabulum ad habendam curam bestiarum deputatur, qui in cōtinuis ieuniis, & orationibus vitam duxit; & post multas sanctas ordinationes, ad decorum Sanctæ Ecclesie, propter loci fœditatem pædore cōfactus, obdormiuit in Domino; Veneno $\ddot{\text{I}}$ te, Bufo inflate per Sanctum Marium, & Martham coniuges, ac Auditacem, & Abbacum eorum filios: qui corpora Martyrum sepelientes, ac eorum sepulchra venerantes, compriæhenduntur; Sed cum nec impiorum minis, nec terrore commouerentur, vt Deus sacrificarent, fustibus debilitati suâibus attracti, carentibus laminis combusi, & vnguis ferreis excarnificati sunt: Et tandem præcisim manibus, & ad collum alligatis, per medianam Cuiitatē diæti, necantur: Dispuilero $\ddot{\text{I}}$ te, aranea inextricabilis, per Sanctum Ambrosium, Ecclesie Doctorem, in cuius infanta, ex ore examen apum confudit, vt diuinā Dei eloquentiū præmonstraret, qui Catholicā fidem, & disciplinam Ecclesiasticam acerrimè defendit; multos Arrianos, & alios hæreticos ad veritatem conueit: Inter quos, Clarissimum Ecclesie lumen Augustinum, Iesu Christo perperit: & cum maximis laboribus, pro Ecclesia Dei, curisque perfunditus esset, multis etiam libris egregie conscripsis, diem sua mortis prædicti: in quo conformatis in crucis similitudinē manibus, animam Deo reddidit. Rodo $\ddot{\text{I}}$ te, porcarie prædicose, per Sanctum Gregorium Magnum, qui quotidie peregrinos ad mensam adhibebat, in quibus, & Angelum, & Angelorum Dominum peregrinum facie accepit, catholicam fidem multis locis labefactatā, refluit;

tuit; Ecclesiam sancti simi institutis, & legibus ornauit; & in diuersis Conciliis multa constituit: multis libros scripsit, quos, cum dictaret, Spiritus Sanctus in Columba specie ad eius Caput considerare sèpè visus est; Et demù post multa admirabilita, quæ ad Dei gloriam, & Daemonū confusionem fecit, dixit, scripsit, & decrevit; & multis editis miraculis, ad coelestem beatitudinem euocatus est. Extinquo $\ddot{\text{t}}$ te, foetoremque tuū, asine baculis cæse, per Sanctū Augustinum, qui post suscepsum baptismū, nullum finem prædicandi Dei verbum fecit, quem multi in sanctitate vita secuti sunt; & multa tam piè, & subtiliter scripsit, ut Christianam doctrinam maximè illustrarit; hæreses destruxerit; errores repulerit; hæreticosque prostrauerit, multos ab eorum erroribus liberauerit: Et tandem Psalmos David, qui ad poenitentiam pertinent, in conspectu positos, profusis lachrymis legens, migravit in Cœlum. Resoluo $\ddot{\text{t}}$ te, & superbiam tuam, executor malatum operationum, per Sanctum Athanasium Catholicæ religionis propugnatorem acerium, qui per Christum in cisterna secca sex annis se abdidit, & quatuor menses in sepulchro paterno delituit, ac denique ex tot, tantisque periculis diuinitus ereptus, inter Chorus Angelorum euolauit. Cuius vita, & mors multis est nobilitata miraculis; & ad illustrandam catholicam fidē, multa piè, ac plæclarè scripsit. Impono $\ddot{\text{t}}$ tibi iugum ferreum, & seruile, mulio perfido, per Sanctum Martinum, Sacerdotum gemmam, qui succinator mortuorum magnificus fuit: Et per quem nobis tantum miracula coruscant, quique pro populo Dei nec mori timuit, nec viuere recusauit. In cuius trāsitu Michael cum Angelorum exercitu, Sanctorumque omnium numerus occurrit: & in sinu Abrahæ eius animam hymnis celestibus honoratam collocauit. Oppugno $\ddot{\text{t}}$ tibi, Creatūcula infima ob tuam Apostasiam, per S. Nicolaum, qui in infancia lac Nutricis quarta, & sexta feria semel dumtaxat vesperi sugebat, quam ieunij consuetudinem in reliqua vita semper tenuit, quique horribilem tempestatem oratione sedauit, semper castitatem coluit, orationis assiduitatē,

vigilias, abstinentiam, liberalitatem, hospitalitatem, mansuetudinem perpetuo adhibuit; Viduis, & orphanis non defuit opere, & consilio, & oppræfios semper subleuauit: Arrianam hætesim cum cæteris Patribus condemnauit, & multis claris miraculis, instante morte, suspiciens in Cœlum, ac dicens. In manus tuas Domine commendo spiritum meum: in cœlum ascendit. Dolore $\ddot{\text{t}}$ te cōficio guloſe Heluo, per Sanctum Bernardum, qui ieunio ita deditus erat, vt quoties esset sumendus cibus, toties tormentum subire videretur: In vigiliis, & orationibus se mirificè exercebat, & Christianam paupertatem colens, quasi cœlestem vitam agebat in terris, ab omni caducarii rerum cura, & cupiditate alienam; Lucebat in eo humilitas, misericordia, & benignitas: Contemplationi autem sic addidus erat, vt vix sensibus, nisi ad officia pietatis vteretur. Et tandem, post multam doctrinam diuinitus traditam, ac miraculis illustris obdormit in Domino. Termino $\ddot{\text{t}}$ infestations tuas, Idolatriæ vlciose, per Seraphicum Franciscum, quem Sumimus Pontifex in somnis vidi Laternenfein Basilicam labentem suis humeris sustinere, qui meruit in suis manibus, & pedibus Iesu Christi vestigia clavorum imprimi: Ac tandem, miraculis clarus, dum pronuntaret, Me expectant iusti, donec retribuas mihi; illuminat animam. Impetu $\ddot{\text{t}}$ in te facio luxuriose, per Sanctum Benedictum, qui, dum ardentes ad libidinem faces à Diabolo suggesterentur, se in vepribus tamdiu voluntauit, donec lacerato corpore, voluptatis sensus dolore opprimeretur. Hic vas, in quo poculum venenatum erat, signe sanctæ Crucis confregit, Simulachrum Apollinis comminuit, Aram euerit, & lucos succendit ad Cassinum: Et tandem, sublatis in Cœlum, oculis, & orans, inter manus Discipulorum efflauit animam, quam viderunt Discipuli fulgentibus lampadibus pretiosissimo pallio ornatum. Perturbo $\ddot{\text{t}}$ te, Mechanice inurbane, per Sanctum Iosephum, qui panem viuum è Cœlo seruandum accepit, & Herodianam iram fugiens, Christum in Ægyptum portauit: Cui Mater desponsata est Saluatoris, quem constituit Dominus

minus suæ Matris solatium , suæ carnis nutritorem , solum denique in terris magni consilij Coadiutorē fidelissimum. Irrumpo **H**oste, gule, & cunctorum malorum inuictor, & Magister. Per Sanctum Paulum Eremitarum Authorem , & Magistrum : Qui causa liberius deserviendi Deo , in Eremi speluncam le contulit. Vbi Palma ei victum , & vestitum præbente, contentus, in continua laudibus, & diuinis meditationibus ad Centesimum & decimum tertium Annū peruenit. Et tandem genibus complicatis, erecta ceruice, extensisque in altum manibus, inter Angelorum Chorus, inter Prophetarum, & Apostolorum coetus, eius anima ad Cœlum euolauit. Obturo **H**ora vestra fœtida, per Sanctum Antonium magnum: Qui, cum ingressus es et Ecclesiam, & ex Euangeliō audiuit: Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia, quæ habes; & da pauperibus: Statim omnia distribuit, & in speluncam se contulit, nihil è continentius, nihil vigilantius; patientia, mansuetudine, misericordia, humilitate, labore, & studio diuinarum Scripturarum superabat omnes: humili iacebat, cum eum necessarius somnus occupasset: Ieiunium adeo coluit, ut saltem tautummodo ad panē adhiberet, & sitim aqua extingueret, & ad tantam Christianam perfectionem profectus est, vt impetus hostis humani generis, & tentationes, innumerabilesque Dæmonum artes, quibus ipsi ad iuueni nocendum vtebatur, ieiunio, & oratione vinceret; & semper de Sathanâ triumphum securum Antonius reportaret, & adeò formidolosus erat Dæmonibus, vt multi per Aegyptum ab his maledictis agitati, inuocato nomine Antonii liberarentur: & tandem sanctitate, & miraculis clarus, relictis multis Discipulis, migravit ad Cœlum. Infræno **H**oste malleate, per Sanctum Hilariónum, qui desertum ingressus, & extructa exigua casa , quæ vix ipsum capiebat, humili cubabat: vbi in hemilitate, & cunctis virtutibus adeò profuit, vt varias horribilesque tentationes Diabolii superaret: & innumerabiles Dæmones in multis Orbis terre partibus ex hominum corporibus ejiceret. Deturpo **H**oste, contumeliose, per Sanctam Mariam Magdalénam,

quæ

quæ pedes Domini vnxit, lachrymis lauit, & capillis terfit, propter quod remissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum: Quæ & meruit Discipula Iesu Christi appellari, & in passione Magistrum non dereliquit: & ad sepulchrum orans, & plorans, & non recedens, meruit illum videre, & audire: & tandem vitam cœlestem in terris ducens, quotidie per triginta annos ad audiendas cœlestium laudes in altum ab Angelis eleuabatur; In speculumque poenitentie eam nobis ostendit, & canētibus Angelis animam dilectio suo Magistro reddidit. Præcipito **H**oste, in Inferni flamas, & tenebroſas sedes, per Sanctam Agnetem, filio Præfecti respondentem: Discede à me palbum mortis, somes peccati: Nam ipsi despontata sum; Cui Angeli seruunt, cuius pulchritudinem Sol: & Luna mirantur: Is collum, ac dexteram meam fulgentibus, ac sempiternis gemmis ornauit, ac ostendit Thesauros incomparabiles; Quos mihi se daturum reprobavit: Ipsi soli seruo fidem; Ipsi me tota deuotione committo, quem amatis, casta, & tangens, munda, & accipiens, virgo sum; hæc nequaquam violari potuit, ab Angelo Domini custodita, deipsum Deimonum simulacra, & iuuenem mortuum eam violare volentem, ad vitam reuocauit, & ad Iesu fidem conuerit; & orando extinxit flamas igneas: Et tandem securi percussa, cum omnibus Sanctis lucidas sedes accepit. Confundo **H**oste, ignare pedagogue, per Sanctam Catherinam, quæ, non solum Philosophos in disputatione superauit, sed etiam ad martyrium in auore Iesu Christi induxit; Qua de re, verberibus affecta, plumbatisque contulsa est; & vt crudelissime dilaceraretur, rotam, quam acutis prefixam gladiis parauerant, oratione cōfregit: & tandem securi, percussa: & dato capite, ad duplicitum virginitatis, & martyrij præmiū, multis ad Christum conueris, & clara miraculis, euolauit. Debilito **H**oste, Draconis, per Sanctam Luciam, columnā immobilem, quæ, nec minus, nec precibus ad Idolorum cultum potuit perduci. Imò tanto magis ad celebrandas Christianæ fidei laudes erat incensa, quanto magis eam à senten-

tia auertere conabantur. Et iubente Paschasio, eam ad Litanar duci, vt eius virginitas violaretur, diuinitus virgo firma, ita consistit, vt nulla vi de loco dimoueri posset, & cum flammam, picem, resinam, & feruens oleū illæsa evaderet: gutture tandem transfixo, spiritum Deo reddidit. Conculco ¶ te, luxurijsè flagellate, per Sanctā Agathā, quæ castitatem violari nolēs, colaphis ceditur, in equuleo torquetur mammillarum abscissionem sustinet, in acutis testiculis, & candardibus carbonibus ei subiectis voluntatur: & tandem in oratione posita, dicens. Iube me Domine ad tuam misericordiam peruenire, migravit in Cœlum. Stimulo ¶ te exire, improbe, & obstinate, per Sanctā Felicitatem, quæ dum septem sui filij, qui hec Christum renunciare, nec Dijs alienis sacrificare vellent, martyrium sustinerent: vt in confessione Sanctæ fidei perseverarent, magno filiorum suorū spectaculo affitebat, & intrepide hortabatur: & tandem cum filiis martyrij Coronam consecuta est. Contradicte ¶ tibi inimice Crucis Christi, per Sanctam Symphorosam, quæ fidei Magister filii fuit, & Dux eiusdem ad martyrium extitit: Quorum vni guttū ferro transfigitur, alteri peccatis confoditur, tertio cor transuerberatur; Quartò traicitur umbilicus; Quintus membratim secatur; Sextus, telis configitur; & septimus, à pectori in duas partes diuiditur: & Symphorosa Mater saxo ad collum alligato, in profundum delicitur, & sic Christum confitentes, octo hostię Deo gratissime sunt immolatae. Frende ¶ te, radix omnium malorum, per Sanctam Euphemiam, varia tormentorum genera, virgatum, equulei, rotarum, ignisque constanter passam: & à Leonibus dilaniatam, in Iesu Christi confessione martyrij palnam accepit. Euello ¶ te, crudelis Minister, per Sanctam Apolloniā, quæ (contemptis Idolis) cum Iesum Christum vetum Deum esse colendum prædicaret, contusi, & euuli sunt illi dentes, & in igne consumpti corpore ad sempiternam vitam euolauit. Fulmino ¶ in te Pirata excommunicate per omnes Sanctos: non solum viros, sed etiam foeminas; Non tantum impuberis pueros, sed etiam teneras

virgines, quæ pro fide Sancta, non ferrea vincula, non obscuros carceres, non dura flagella, non inhumana exilia: non famis, non ignem, non lanatus ferarum, non feruens oleum, & plumbum liquefactum, non sartagines plenas feruentis picis, adipis, & ceras, non Taurorum insultus, non fossas serpentum plenas; non dentium comminutionem; non lapides: non fluminum demersiones; non præcipitia; non lacerationes, & trucidationes corporum; non demum exquisitissima, nec acerbissima supplicia timuerunt: Sed pro Iesu Christi amore usque ad mortem decertarunt, & hostibus prostratis, capta præda exultantes, amicti Stolis albis ferentibus Trophaea sequuntur Agnum quocumque erit, cantantes; Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth; Pleni sunt Cœli, & Terra gloria tua, Osanna in excelsis: Benedictus, qui venit in nomine Domini, Osanna in excelsis. O maledicti insensati audistis quos habuistis in derisum, & viam illorum existimabatis infatiam, & finem eorum sine honore? Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei: vt Stellæ fulgentes in perpetuas æternitates, & præ exultatione cordis in gloria iubilantes. Fugite igitur per meritum omnium Sanctorum, & Sanctorum Dei. Nam durum est vobis contra stimulum calcitrare, fugite partes aduersæ, vicit leo de tribu Iuda radix Dauid, arripite fugam maledicti, discedite velociter, vt quid moram facitis a molimi니 eia, tollite moras, auferre vos ipsos hinc finite, relinquite, deserite hanc creaturam Dei omnipotentis, summī Dei, veri Dei: finite eam, cui promissa est pars electorum: est enim membrum Christi viuens, & vi gens cum ceteris commembbris eiusdem capitatis: vno, eodemque pane simul vescientibus, tamquam ea, quæ Sanctorum, atque electorum Iesu Christi creditis sperat, proficitur, & amat communionem: recedite illico, & repente ruite in tartara, nunc nunc ad infernorum cauernas præcipites abite. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. Fiat, Fiat, Amen.

EX OR C I S M V S . IV.
Ex Psalterio Extratus.

D Eus † in adiutorium meum intende.
Domine † ad adiuuandum me festina.
Gloria Patri, & Filio, &c. Alleluia.
Domine exaudi orationem meam.
Et clamor meus ad te perueniat.
Dominus vobiscum.

Et cum spiritu tuo. Oremus.

D Omne Deus, qui elegisti domum istam ad invocandum nomen tuum, ut esset domus Orationis, & obsecrationis populo tuo: Fac quæsumus vindictam in Dæmoni isto; & cadat in bello: Memento blasphemarū eius, & ne dederis illi, ut in molestatione perseueret: Sed mitte Angelum tuum Michaelēm, qui eum percutiat, & contrerat hodie, ut sciant omnes, quia male locutus est super sancta tua: Et iudica illum secundum illius malitiā: Non nobis reddas Domine secundum prævaricationes nostras, sed secundum misericordias tuas. Contere Domine inimicum magnum, ut cum laude, & ramis palmarum, & in Cimbalis Hymnis, & canticis laudemus te in saecula saeculorum. Amen.

H I C M A N V S S V P E R C A P V T
Creaturæ obfessæ imponat, dicens.

EX OR C I Z A T I O.

Exorcizo te N. Creaturam Dei infirmam, per misericordiam Dei Patris, per intercessionem Dei Filij, per mansuetudinem Dei Spiritus Sancti: ut fias Creatura mundâ, & purgata ab omni labe iniquitatis, ad recipiendum virtutem Spiritus sancti superuenientis; Et ejicias omnem nequitiam Sathanæ, ad invocationem Altissimi. Per eum, qui descendens ad inferos confregit portas æreas, & confidenter

fidenter deducens Santos Patres, ad dexteram Dei sedet in gloria Patris. Amen.

Oremus.

O mnipotens æterne Deus, inuoco misericordiā tuam: ut hanc tuam creaturam infirmam exorcizare † & benedicere † pro tua pietate digneris, ut omnis Spiritus immundus locum in ea ultra non habeat: Sed Angelorum tuorum descendat Exercitus, qui eam custodiat, & in saecula saeculorum protegat. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

H I C A S P E R G A T A Q V A B E
nedicta: Deinde eleuatis oculis ad Cœlum, dicat.

C oncede Domine, † ut seminem in benedictionibus, & confusis his maledictis, de benedictionibus metere possim.

M O X L E V I T E R P E R C V T I E N S.
flagello, ex tribus virgulis Oliuarum benedictarum confeccio, dicat.

C O N I V R A T I O.

Fugite in nomine Omnipotentis, ac percurentis Dei omnes vos maledicti; qui in consilio impiorum itis; & in via peccatorum statis, & in cathedra pestilentiae sedetis.

Ejicit enim vos Dominus à facie sua: tamquam puluis, quem projicit ventus a facie terræ.

Non resurgentis impii in iudicio, neque peccatores in consilio iutorum: sed iter impiorum peribit.

Qui habitant in Cœlis irridebunt vos: & Dominus sublanabit vos.

Et loquetur ad vos in ira sua: & in furore suo conturbabit vos.

Aduersarios nostros in virga ferrea, & tamquam vas figuli constringet Dominus.

Percussit vos aduersantes nobis sine causa : dentes peccatorum contriuit.

Non habitabunt iuxta Dominum maligni : neque permanebunt iniusti ante oculos eius.

Et odit vos operantes iuiquitatem; perdet omnes loquentes mendacium.

Quia, non est in ore vestro veritas , cor vestrum vanum est: Domine in furore tuo argue eos; & in ira tua correpe eos.

Discedite ab hac creatura omnes operantes iniquitatem;

Quoniam exaudiuit Dominus vocem fletus nostri.

Erubescite , & conturbamini vehementer; ne quando, vt leones, rapiatis animas nostras .

Persequere, & compræhende: & conculca in inferno hos rebelles, & deduc in puluerem gloriam eorum Domine.

Consummetur nequitia vestra: quia gladium suum vibravit Dominus, arcum suum tetendit, & parauit illum.

Parturiisti iniustitiam Maledicte : concepisti dolorem, & peperisti iniquitatem.

Lacum aperuisti, & effodisti eum: & cecidisti in foueam, quam fecisti.

Conuertetur dolor tuus in capite tuo: & in vertice tuam iniquitas tua descendet.

Dextræ Domine inimicum tuum , & vltorem : in rigore iniustiæ tuæ.

Increpasti eos , & periit impius : nomen eorum delesti in æternum, & in faculum sæculi .

Adde his frameas : Ciuitates eorum dextræ.

Periit memoria vestra cum sonitu , & Dominus in æternum permanet.

In laqueo, quem abscondisti: compræhensus est pes vester.

Conuertantur peccatores in infernum: Qui obliuiscuntur Deum.

Quorum maledictione os plenum est: amaritudine, & dolor, sub lingua eorum labor , & dolor.

Sedes in infidiis, vt interficias Innocentem: et infideliæ in abscondito, quasi Leo in spelunca sua.

Con-

Contere Domine brachium peccatoris: & maligni in laquo suo.

Quia intendit arcum, parauit sagittas suas in pharetra ; vt sagittet in obscuro rectos corde.

Pluet super peccatores laqueos: signis, Sulphur, & Spiritus procellarum pars calicis eorum.

Falsa locuti sunt , vnuquisque ad proximum suum : labia dolosa in ore, & corde locuti sunt.

Disperdat Dominus vniuersa labia vestra dolosa: & linguam magniloquam.

Sepulchrum patens est guttæ eorum : linguis suis dolosè egerunt; venenum aspidum sub labiis eorum.

Quorum os maledictione, & amaritudine plenum est: veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem Innocentem .

Ad nihilum deductus es in conspectu eius maligne : Timentes autem Dominum glorificat.

Inuasisti hanc Creaturam Dei; Sicut Leo paratus ad prædam.

Sed exurge Domine : eripe eā ab impiο, ne deuoret eam.

Circunda hos doloribus mortis: & torrentibus iniquitatibus conturba eos.

Dolores Inferni circumdederunt vos ; præoccupauerunt vos laquei mortis.

Commota est, & contremuit terra: fundamenta montium conturbata, & commota sunt, quoniam iratus est vobis.

Intonuit de Cœlo Altissimus: & super vos cecidit grando, & carbones ignis .

Misit sagittas suas, & dissipauit vos: fulgura multiplicauit, & conturbauit vos.

Retribuet tibi Dominus secundum iniquitatem tuam : & oculos superborum humiliabit.

Persequere hos inimicos nostros , Domine : & ego compræhendam illos.

Confringe hos Iesu Christe: & in nomine tuo cadant sub pedibus meis, & disperde illos: non conuertat ego, donec deficiant.

Et comminue eos, vt puluerem ante faciem venti, vt lumen platearum dele eos.

Inueniatur manus tua omnibus inimicis nostris: dextera tua inueniat omnes, qui nos oderunt.

Pone hos, vt clibanum ignis in tempore vultus tui: & in ira tua conturba eos, & deuoret eos ignis.

Aperiat Barathrum os suum, & rugiens rapiat vos.

Sit cor tuum tamquam cera liquefzens, in iniuitate, & superbia tua.

Attulitis portas vestras, & eleuata sunt portae eternales: quia introiuit Rex gloriae.

Comminuit vos tamquam vitulum Libani; & dilectus quemadmodum filius unicornium.

Eribescite Dæmones impij, & deducatis vos in infernum: muta fiant labia vestra dolosa.

In chamo, & fræno maxillas horum constringe Dæmonum: vt non approximent ad nos Domine.

Mors peccatorum pessimâ: & qui oderunt iustum, delinquent.

Confundantur Dæmones, querentes animas nostras.

Auertant retrosum, & confundantur: qui cogitant nobis mala.

Fiant tanquam puluis ante faciem venti: & Angelus Domini coarctans eos.

Erat via vestra tenebrae, & lubricum; & Angelus Domini persequens vos.

Gladium euaginastis Dæmones, intendislis arcum vestrum: sed gladius vester intret in corda vestra, & arcus vester confringatur.

Vos iniusti puniemini, & semen impiorum peribit.

In te Domine iniūicos nostros ventilabimus cornu: & in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis.

Arcum contere, & confringe arma & scuta combure igni. Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniuitate?

Tota die iniustitiam cogitauit lingua tua, sicut nouacula acuta fecisti dolum.

Dilexisti malitiam super benignitatem; iniuitatem magis quam loqui aequitatem.

Dilexisti omnia verba præcipitationis: lingua dolosa.

Propterea dextruet te Deus in finem, euellet te, & educet de Tabernaculo tuo: & radicem tuam de terra viuentium.

Præcipita hos, & diuide linguas eorum: quia iniuitas, & iniustitia in medio eorum.

Veniat mors super vos: & descendatis in infernum viuentes.

Exaudi Deus, & disperde istos: qui contaminant vineam tuam, & deduc in puteum interitus.

Laqueum parauerunt pedibus nostris: sed dedisti in opprobrium infidientes nobis.

Foderunt ante faciem meam foueam: & inciderunt in eam. Sed Deus conteret dentes vestros in ore vestro: molas Leonum confringet Dominus.

Sicut cera, qua fluit aufcremimi: supercecidit ignis, & non vidistis Solem; sic in ira absorbet vos.

Lætabitur iustus cum viderit vindictam; manus suas laubat in sanguine vestro.

Et tu Domine deridebis, & ad nihilum deduces eos: Disperde hos in virtute tua; & depone eos protector meus Domine.

Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius, & fugient: qui oderunt eum à facie nostra.

Sicut deficit fumus, deficiantur: Sicut fluit cera à facie ignis, sic peccatores à facie Dei.

Ascendisti in altum Domine: cepisti captiuitatem, accepisti dona in hominibus.

Verumtamen Deus confringet capita inimicorum suorum: verticem capilli perambulantium in delictis suis.

Dissipa hos, qui bella volunt: venient ligati ex Aegypto:

Aethiopia præueniet manus eius Deo.

Effunde super hos ira tuam: & furor ira tuya cœculcat eos.

Quoniam, quos tu perculisti persequuntur nos: Idèò dñorem adde vulneribus suis.

Appone iniqutatem super iniqutatem horum; vt non remaneant in Tabernaculo tuo.

Confundantur quærentes animas nostras: & compræhendantur in superbia sua.

Qui confregisti horum potentias; arcum, scutum, & bellum: Comprime eos.

Super nos malignauerunt consilium: & cogitauerunt aduersus Creaturam tuam.

Ideo fac illis, sicut Madian, & Sisarae: Sicut Iabin in torrente Cyffon.

Pone hos sicut Oreb, & Zeb, & Zebeæ, & Salmana.

Deus meus, pone hos, vt rotam: & sicut flipulam ante faciem venti.

Sicut ignis, qui comburit Syluam, & sicut flamma comburens montes.

Ita persequeris, & turbabis hos: in ira, & tempestate tua. Confundaptr, & conculcentur in sæculum sæculi.

Pone hos in lacu inferiori in tenebris, & in umbra mortis. Tu humiliasti sicut vulneratum superbum: in brachio virtutis tuæ dispersisti inimicos tuos.

Super Aspidem ambulabis: & conculcabis Leonem, & Draconem.

Ecce vos inimici nostri peribitis: & disperdetis, qui operatis iniqutatem.

Redde his iniqutatem ipsorum: & in malitia disperde illos; disperde hos Domine Deus noster.

Libera à sagitta volante in die: à negotio perambulante in tenebris, ab incursu, & Dæmonio meridiano.

Ignis ante te præcedat; & inflammabis in circuitu inimicos nostros.

Non habitabit in medio domus meæ: qui facit superbiam, qui loquitur iniqua non dixerit in conspectu oculorum meorum.

In matutino interfiebam omnes peccatores terræ: vt disperderem de Ciuitate omnes operantes iniqutatem.

Contribuit portas æreas Dominus: & vectes ferreos confregit.

Increpauit superbos; maledicti qui declinant à mandatis suis.

Dominus Iustus concidet ceruices peccatorum: confundantur, & conuertantur retrosum omnes, qui oderunt Syon.

Fiant sicut foenum tectorum: quod prius quam euellatur, exaruit.

Cadant super vos carbones: in ignem deiicietis vos.

Perde omnes tribulantes nos: quoniam seruiti sumus.

Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in captiōnem: & in scandalum, & in retributionem.

Obscurentur oculi horum ne videant: & dorsum eorum semper incurua.

Impij de terra perdentur: & via impiorum tenebrosa erit.

Ponat Dominus faciem suam contra te: Ita vt fugias, etiam nemine persequente.

Radices Ducum superbiorum arefecit Deus: & plantauit humiles.

Terras vestras euerit Dominus: & perdidit usque ad fundamentum.

Arefecit, & disperdidit vos: & cessauit memoria vestra in Cœlo, & in terra.

Filiorum peccatorum periet hæreditas: & cum semine eorum assiduitas opprobrij.

Percute Domine dorsa horum inimicorum: qui oderunt te, non consurgant.

Propter peccatum vestrum in maledictione cecidistis: & in maledictione pax vestra semper erit.

Luuctus damnatorum in spiritu ipsorum: & nomen impiorum delebitur.

Contribuit Dominus baculum impiorum: virgam dominantium, in indignatione, & plaga insanabili.

Confundantur qui me persequuntur, & non confundar ego: paueant illi, & non paueam ego: Induc super hos diem afflictionis, & contere eos Domine.

Dabit de super Dominus lapides prægrandes, irruentes super vos, in consummationem.

Iratus est furor Domini super peccatores: & extendit manus suam super vos.

Conturbati sunt montes, & facta sunt morticinia horum: quasi Ihercus in medio platearum.

Conterriti sunt in Syon peccatores; possedit timor Hippocritas.

Sigillæ Domini acutæ, & omnes arcus eius contra vos extensi.

Oblitus es Dei Creatoris tui, & fortis Adiutoris tui non es recordatus.

Fuge procul, sicut rapitur puluis montium à facie venti: & sicut turbo coram tempestate.

Cecidit, cecidit Babylon: & omnia sculptilia Deorum eius contrita sunt.

Fugite à furore Infernali, à facie gladiorū ei⁹, à facie gladij imminētis, à facie arcus extēti: & à facie grauis pralij.

Comedes fructus viæ tuæ: & saturaberis consiliis tuis.

Iniquitates tuae capiunt impium: & funibus peccatorum constringeris.

Morieris, quia non habuisti disciplinam: & in multitudine stultitiae tuae decipieris.

Nihil profundit Thesauri impietatis tuæ: creatura stulta à te facta es, & nomen tuum putrefacit.

Inter vos superbos semper iurgia, & extinguemini: quia lucernæ impiorum estis.

Abominatio est Deo via tua: & in fructibus tuis conturbatio, & perditio.

Dominum superborum demolietur Dominus: & non valebit latari in alterius ruina.

Cum in profundum ieris peccatorum: sequentur te omnia nepharia tua.

Flagellatus est testis inique: Et quia loqueris mendacia, morte iterum morieris.

Parata sunt maledictis derisoria: & mallei percutientes superbiam vestram.

Dissipabit vos Christus intuitu suo: cum sedetur in solio Iudicij sui.

Hereditas tua caret benedictione: quia reddidisti malum pro bono.

Superbus, & arrogans vocaris: sed non est consilium contra Dominum.

Qui seminatis iniquitatem, metetis mala: Et virga ira veitræ consummabitur.

Fouea profunda via tua; gladijs plena: & Dominus precipitat te in eam.

Insidiaris, vt latro in via: sed replent te vrticæ, & operient spinae.

In die bona frueris malis: & malam diem fugere non potes.

Vives in malitia tua, & opere malo: vt crucieris perpetuò. Fortitudo tua, vt fauilla stupet, & opus tuum: quasi scintilla, & succendetur vtrunque simus, & non erit, qui extinguat.

Dilataribit infernus animam suam: & aperiet os suum in momento, & descenderis vos fortes, & sequaces vestri, & sublimes, gloriosique ad eum.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto: Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in secula seculorum. Amen.

Fuge maledicte cum sequacibus tuis, & dissolute colligationes impietatis tuæ. In nomine Dei ☩

Patris: Solue fasciculos deprimentes: In nomine Dei ☩ Filij, dimitte creaturam hanc obsecram, & sit penitens libera: In nomine

Spiritus ☩ Sancti.

Amen.

EX OR C I S M V S V.
Improbationum dictus.

Deus + in adiutorium meum intende.
Domine + ad adiuandum me festina.
Gloria Patri, & Filio, &c. Alleluia.
Domine exaudi orationem meam.
Et clamor meus ad te perueniat.
Dominus vobiscum.

Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Omnipotens æterne Deus, qui cum iratus fueris, misericordiam facis, & in tempore tribulationis peccata dimittis: Ad te Domine facies nostras conuertimus, ad te oculos nostros dirigimus; Petimus Domine, vt hanc Creaturam de manibus Démonum eripias: Non enim delectaris in perditionibus, sed post tempestatem, tranquillum facis; & post lachrymationem, & fletum, exultationem infundis: Sit nomen tuum Deus Israel benedictum in saecula, & exaudi preces nostras in conspectu gloriae tuae. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

H I C I M P O N A T M A N V S S V P E R
caput Dæmoniaci, & dicat.

EX OR C I S M V S.

Exorcizo te N, Creaturam Dei infirmam, per Deum viuum, per Deum + verum, per Deum + Sanctum, per Deum + totius Creatorem, vt te mundam exhibeas contra omnem morbum, atque infidias, diabolicas, & potestates inimici: & efficiaris Creatura ad enauandum, & expellendum inimicum, omnemque virtutem, & putredinem eius: adiurata in nomine Domini nostri Iesu Christi; Qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & faculum per ignem.

Ore-

Oremus.

PEtimus, omnipotens æterne Deus, pro hac Creaturâ tua, vt signo Sanctæ + Crucis vnigeniti filij tui, & Domini nostri Iesu Christi munita, omnem Aduersarij potestatem evacuet, consummat, & arefaciat, nihilque in ea reuaneat immundum, nihil pestiferum, sed ad invocationem nominis tui sit inuidia, ac benedicta. Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum; Qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen.

H O C F A C T O A S P E R G A T N.
aqua benedicta, & eleutatis oculis, dicat.

Gratia Domini nostri Iesu + Christi, & charitas + Dei, & communicatio Sancti + Spiritus, sit cum omnibus nobis. Amen.

C O N I V R A T I O.

Coniuro + te Maledicte Serpens, vt fugias ab hac Creatura Dei. In nomine Patris + & Filii, + & Spiritus + Sancti. Nam tu es Angelus ille rebellis, qui æquilitatem diuinitatis, quam Christus possedit per Naturam, assumere volebas per rapinam? Nonne tu es, qui sapientiam, & prudentiam ad discerendum iudicium, honestum peccasti à Domino: sed in superbia elatus cecidisti de Cœlo? Nonne tu es teterimus ille Draco, qui venenu præparasti homini primo, eiusque proli persuasione tua, seducto pro cibi vetiti perceptione, & iugo perpetuæ seruitutis addixisti? Nonne ille es, qui gloriabaris tua fraude deceptu hominè diuinis caruissimum muneribus, & immortalitatis dote nudatu durâ mortis subiisse sententiam? Sed Deus homo factus est, & mortis legibus subiacens, te cōtrivit? Nonne inuidia repletus in Caym interfecisti iustū Abels, ac per eum Domino dixisti: Maior est in pietas mea, quam ut veniam merear? Nonne tibimetipſi, nemine suggerente causam mortis æternæ contraxisti? Nonne subuersus es?

in Sodomitam, & Gomorrah? Nonne corrupisti terram, & replesti iniuriae: Tandem ut Coruus de Arca submersus, & aquis Diluvij? Nonne tu in Cham reuelasti pudendum Patris? Nonne incitasti Esau contra fratrem Jacob, dicens, Verius dies iudicis Patris mei, & occidam Jacob fratrem meum? Nonne in Sichem rapuisti Dinam, & vi oppressisti virginem? Nonne odij, & inuidia fomitem ministrasti fratribus Ioseph, & cogitasti occidere Puerum: & tandem Ismaelitis vendidisti? Nonne in Dominum Ioseph iratus, cum in carcere tradidisti, nequaquam acquiscere volentem stupro, & operi nefario? Nonne in Aegyptis surrexisti, innidens populo Dei; & in amaritudine perducens vitam eorum? Nonne in Rege Aegypti insidias populo electo, præcipiens obstetricibus, ut interficeret omnes masculos tempore partus? Nonne maleficorum virgas in Dracones couerti, sed virga Aaron deuorauit virgas eorum? Nonne Bestia, per Maleficorum incantationes educere volebas Cinifes, sed confusus, non potuisti contra Dominum? Nonne cor Pharaonis, ut non dimitteret populum Israelem ad sacrificandum Deo, induxisti: & tandem, Maledicte, subiecisti? Nonne Pharaonem, & eius exercitum contra eundem populi armasti, sed in profundum fluviis maris rubri demerfus extitisti? Nonne vitalium conflatilem, suggerens filiis Israel, ut adorarent, & immolarerent illi hostias, fecisti? Sed combusisti te Moyses, ac contriuit usque ad puluerem? Nonne populum electum in peccatum desperationis inconsidentiam, & rebellionis toties induxisti: & tandem conuersus cessisti? Nonne cum multoties ad murinurandum contra Deum, & illi derrahendum induxisti? Nonne multitudinem Israel, ut lapidibus obruerent seruos Domini Moysem, & Aaron incitasti? Nonne per Balac quarebas, ut à Balaam Dei populus malediceretur? Sed per Balaam populo benedicto ipse confusus abiisti? Nonne fornicare populum Israelem cum filiabus Moab, & Deos eorum adorare fecisti? Nonne per filios Israel in Canaan Regnum tuum destructum extitit, disperdentes cunctos habitatores terræ, constringentes titulos, commi-nuentes

nuentes statuas, atque omnia vastantes? Nonne in tot Reges fortes per manum Iosue confusus extitisti? Nonne in Saulem à Dauide percutiencre Cytharam, flagellaberis? & cum eodem priuato Spiritui sancto, & Regno fuisisti confusus? Nonne ipsum Saulem incitasti contra David, sed non præualuisti? Quia manus Domini erat cum illo? Nonne ipsum David ad peccandum induxisti? Sed eo clamante, Miserere mei Deus, confusus recessisti? Nonne in Prophetis, & Cultoribus, & Sacerdotibus Baal destrunctus es, cōminuta statua, destructa Æde, & facta in ea latrina? Nonne in superbia Holofernis gloriabar, sed tandem, in Iudith victus fuisisti? Nonne Job, in substantia, filius, & persona percussisti: & tandem fugisti confusus, dum clamaret. Dominus dedit, & Dominus abstat: Sicut domino placuit, ita factū est, sit nomen Domini benedictum? Nonne Aman populo Israeli, & Mardonio insidiasti, ut annihi-larentur; sed correctus extitisti, cū in ligni patibulo quinquaginta cubitorum altitudinis suspensus Aman in inferno præcipitauit confusus? Nonne tot Prophetas persecutus es: & tandem in nomine Domini euaserūt manus tuas? Nonne in Sacerdotibus Bel confusus, & superatus extitisti? Nonne tu es causa, initium, & finis culturæ nefandorum Idolorum? Sed citò aderit finis tuus? Nonne tu es, cui misericordia sponsalitiorum Marie, & Joseph celatum fuit? Nonne inuidia motus, Puerum Iesum, ut perderes, quarebas; sed fugiens in Aegyptum, non potuisti? Nonne in Herode, illufus à Magis extitisti? Nonne maledictus ille es, qui formam Heremitæ sancti, ut tentares: An solus homo, vel & Deus esset Christus, suscepisti, sed superatus reliquisti eum? Nonne incitasti Iudeos, ut Iesum lapidarent, sed illo per medium illorum transeunte, euanuit intentio tua? Nonne multoties sufflasti in Mari, ut Nauicula cum Iesu, & Discipulis operiretur fluitibus? Sed illo ventis, & Mari imperante, siebat tranquillitas magna? Nonne tu es, qui nec porcos præsumebas attingere, nisi licentiam obtineres à Christo? Nonne, latro, ille es, qui murmurasti per Iudam de vnguento precioso, quo Maria vnxit pedes Do-

mini? Nonne tu superbus ille es, qui etiā in Apostolorum Concistorio, per Iudam te collocasti? & tandem cum suspenso proditore Iuda ambo simul in profundum cecidisti in inferni? Nonne homicida es ab initio, & in veritate nō stetisti: Imò inuitatus ad nuptias ēterni Dei neglexisti? Nonne talentum, quod tibi dederat Dominus in campo spinis armato, fōdīsti: Ideo merito ā sinistris eris? Nonne dissipasti bona, superbissime: ac luxuriose: & Lupus factus aliorū, rapis oues: Ideo ligatis manibus, & pedibus misisti Dominus in tenebras exteriores? Nonne confusus extitisti, quādo cōgregauit Dominus, & collegit diuersitatem linguarum in Apostolos, quas superbia tua fecerat diuersas? Nonne tot homines, vt extinguetur fides Christi, ad mortem cōducebas? Sed, dum diuersa; & acerbissima tormentorum genera sustinuerent supra cursum Naturae, te confuso, augebatur? Et quid vltra dicam? Nonne de numero vocatorum projectus es, quia non habuisti vestem nuptialem ad Sponsi gloriam? Nonne corruxisti in Simone illo, qui blasphemās in Spiritum Sanctum, illum emere volebat? Nonne, Serpens es, qui conaris corrumperē virginitatem cordis Ecclesiae, quam habet in integra fide? Nonne pedes tui descendunt in mortem, & ad inferos gressus tui penetrant? Nonne tu es Creatura illa reprobata, & malefacta pro tua culpa in ēternum? Nonne induitus es cōfusione, perpetua maledictione, & moerore? Nonne odiosus es omnibus, quia Patriæ Cœlestis, ac Ciuiū inimicus es? Nonne iniquitates tuæ plures sunt, quam Stellæ Cœli, & arena maris? Nonne bibisti de manu Domini calicem iræ eius, & potasti usque ad feces? Nonne es Pater metādicij, deiectus de gratia Dei, & Christi? Nonne tu es, cui in Crucē Christus posuit frānum maxillis? Nonne Propheta falsus es tu, cui ad nos venis in vestimentis ouium, intrinsecus tamen Lupus rapax es? Nonne tu es, qui nobis substantiam nō queris auferre, sed vitā: non terram fraudare, sed Cœlū: non fines angustā possessionis, sed infinita spācia ēternitatis? Nonne blasphemas viam veritatis, & inducis sectas perditionis? Nonne depravas scripturas, & facis mullos

multos Antichristos? Nonne doces populos præcipitari? Nonne tu es ex Sinagoga Sathanæ, & habitatio tua in inferno? Nonne omnia opera tua tenebrosa sunt, & amara quasi absinthium? Nonne tu es hostis ille antiquus, qui figurām asumis Angelorū lucis, laqueos deceptiōnis ubique prætendens? Nonne tu scala, & gradus es, quos petra confregit? Nonne vermiculat substātia tua, & tu omnibus stomachū mōves? Nonne, ferramentarius ille es Infernalīs, qui in beluam te conuertis? Nonne tu es, qui crōcitas, semper pessima nuncians? Nonne coaxas miserias tuas, & ruinas in omnibus spurciis? Nonne glabras Sues porcarie, & de grege caprū es? Nonne tu es Accipiter, & Milius ille, qui Columbam procuras dilaniare? Nonne tu es Bestia illa crepitans, & foetorem ybique relinquentis? Nonne tu diceris Leo, propter apertam iram; & Draço, propter occultas infidias? Sed Christus coticulat Leōhem, & Draconem? Nonne tu es qui dabis signa magna, & prodigia, vt in errorem inducas gentes? Sed per Eliam, & Enoch præcipitaberis? Nonne, sub specie boni multos, vt te pro fine habeant, fallis, & quia callidior es cunctis Serpentibus multos trahis, illaquearis, & decipis? Sed Deus agit causas nostras, in quo finaliter propter suā clemētiā requiescimus? Nonne Spiritus nequā, cīcēs fructū, remediumque maximum in facta Communione pōsitū, omnīmodō niteris fideles, & deuotos, quātum præualeas, retrahere, & impedire? Nonne Maledicta assistis inter Filios Dei, vt solita tua nequitia, eos perturbes, aut timidos reddas, & perplexos, quatenus eorum affeſtum à sanctissima Communione minuas, vel fidem impugnādo auferas? Sed de versutiis tuis, & phantasias quantumlibet turpibus, & horrendis, noti curantes deuoti, Sed purgātes se, & expuentes velociter venenum, & festinanter accipientes remedium, cuncta phantasmatā in caput tuum re-torquent: & sic, miser, contemneris, & derideris? Nonne, scelerior, & iniquior es cunctis Sceleratis, quia radix es omnium malorum: committis sacrilegia, & furta, & rapi-nas exerces, & prædas, bella, & homicidia geris, Simonia-

ce, vendis, & emis; iniustè petis, & accipis; falsè negotia-
ris; & spurciis, fraudibus, & dolis secundaris; dissoluis pa-
cta, & violas iuramenta, corrumpis testimonia, & iudicia
peruertis? Nonne, per Iudam proditorem tu adeptus es
perfidia infamiam: cum inebriatuſ veneno auaritiae, tam
stulte impius factus es, vt venderes vili pretio Dominum
tuum volentem totum mundum redimere? Nonne tu ille
es, qui angustiaris vnde quia extra Deum, gloriari vo-
luiſti, nec stabiliſt te vero bono, & gaudio: vincit enim
omnia diuina Charitas, & dilatat omnes Animæ vires,
quia nemo bonus, nisi ſolus Deus, qui eſt ſuper omnia lau-
dandus, & in omnibus benedicendus? Nonne tu es ho-
ſtis, qui, & à dextris, & à ſinistris nobis impugnas, ne ad
palmam pertingamus Beatorum? Sed Iesuſ Christuſ arna
spiritualia nobis tribuit necessaria, vt ponamus cor no-
ſtri fixe in eis, cū mera voluntate, cuncta patiendi propter
eum: & ſic viriliter, & potenti manu, pro ipſius amore, om-
nia libenter ſubimus; labores, ſcīcet, & dolores, tentatio-
nes, vexationes, anxietates, neceſſitates, infirmitates, ini-
rias, oblocutiones, conſuſiones, & correſtiones, quia iuuāt
haec ad virtutes, & probant Christi Tyronem, & fabri-
cāt coeleſtem Coronā: & ſic Deus reddet nobis aeternā mer-
cedem, pro breui labore, & infinitam gloriam, pro trāſito-
ria conſuſione; Nam nobiscum eſt Dominus in omni tri-
bulatione? Nonne, antiquus es hostis, omnibus bonis ad-
uerſans, à tentatione non cefcas, & die, noſtūq; graues
moltis inſidias, ſi forte in laqueū deceptionis poſſis p̄-
cipitate incautum? Sed vigilate, & orate, dicit Dominus, vt
non intretis in tentationem? Nonne tu es, mala pestis, quia
à vera gloria trahis Animas, & ſpolias coeleſti gratia, quæ
eſt Christus, cuius nomen laudamus, & benedicimus, cui-
ius opus magnificanuſ, quia ipſe ſolus matuim porrigit
adiutricem, ipſe ſolus poſteſt auxiliari, & in tantum cōfir-
mare, vt vultus meus amplius in diuera non mutetur? Sed
in ipſo cor meū conuertatur, & queſcat: Ipſe veritas mea,
& misericordia Deus meus, Trinitas beata, ipſi ſoli laus,
virtus, honor, & gloria, per infinita ſecula ſeculorū. Amen.

Nonne

Nonne priuatus es à lumine Dei Patris, à ſplendore Chri-
ſti, & ab illuminatione Spiritus sancti? Nonne per Iudam
bibisti ſanguinem Domini; Sed non saturatus es, nec ſitum
extinguisti ignis aeterni, quia in igne ſumisti mysteria
Christi? Nonne tu ille es, qui, in Cœlum nidum prauitatis,
& superbie nitiebaris potere? Sed citò perdidisti gratiam;
Idcirco cecidiſti de Coelo confuſus, & depauperatus, vt
diſcas; Non in aliſ tuis volare: Sed ſub pennis diuinis ſpe-
rate? Nonne tu ille es antiquus hoſtis, qui, omnino nitie-
ris impedit desiderium noſtrum in bono, & ab omni de-
voto exercitio euacuare, à ſanctorum Cultu, à pia paſſio-
ni Christi memoia, & peccatorum utili recordatione, à
propriis cordis custodia, & à firme proposito proficien-
di in virtute? Sed vade immunde Spiritus, erubetſe mi-
fer, valde immundus es tu torus, quitalia infers auribus
noſtris. Diſcede ab hac Creatura Dei, Seductor peſile,
non habebis in ea partem villam; Sed Iesuſ ſecū erit tan-
quam bellator fortis, & tu ſtabis confuſus. Tace, obmuta-
ſe, & exi ab ea, quia ſcriptum eſt, Dominus illuminatio
mea, & ſalus mea, quem timebo? Dominus protector vitæ
meæ, à quo trepidabo? Si coniſtant aduersum me Caſtra,
nō timebit cor meuſ. Dominus adiutor meuſ, & redem-
ptor meuſ. Nonne tandem radix omnium malorum: Sed
ſemper confuſus extiſtiſ, prout legitur in libro bellorum
Dei? Ego teſtiſ, Cœlumque, & terra, & omnia, quæ in eis
ſunt: Relinque igitur hanc Creaturam Dei, Maledicē, quæ
nam conuenio eſt Agni cum Lupo? Christi cum Belſal?
homini Sancto cum Cane? Recede ergo, in nomine Pa-
tris, & Filii, & Spiritus & sancti. Amen.

Tunc ille es, qui p̄toſtaſtum de Paradisi habitaculo
proieciſti; qui Pharaone in, vt Dei populum perſequere-
tur, armasti; qui ad extreſum ipſum populum Hebræum,
vt inuidia ſuccedente, perſequeretur Dominum, excita-
ſiſ? Diſcede à Sernis Dei, à quibus ſe pueratus diſceſ-
ſiſti confuſus. Tu es enim in Caym proiectus; in Elau ſu-
plantatus, in Golia proſtratus, in Iuda proditore ſuſpen-
ſus: & in ipſa illa Dominica virtuſis Cruce & cum po-

testatibus, & dominationibus tuis triumphatus, atque contritus es: Abde nunc, inimice, caput, & humiliare sub signaculo Crucis **F** Diuinæ. Quia non est tibi portio cum Seruis Dei. Quorum est hereditas Regnum Christi. Vade retro Sathanæ, nihil mihi, & huic in nomine Christi mei poteris ultra nocere, Amen.

E X O R C I S M U S V I .
Sanctissimæ Trinitatis.

Deus **F** in adjutorium meum intende.
Domine **F** ad adiuvandum me festina.
Gloria Patri, & Filio, &c. Alleluia,
Domine exaudi orationem meam.
Et clamor meus ad te perueniat.
Dominus vobiscum.
Et cum spiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens, & misericors Deus, Creaturam tuam, quam creasti, & pretioso sanguine Filij tui redemiisti, in acerbis doloribus cruciam relipie, cunctosque dolores animæ, & corporis ab ea expelle; Et Dæmone prostrato internam, externamque sapitatem misericorditer ei reddre; vt piis castigationibus emendata, sentiat se tua medicina sanatam. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

H I C I M P O S I T I S M A N I B U S S V P E R
caput Dæmoniaci, & dicat,

E X O R C I Z A T I O .

EXorcizo te N. Creaturam Dei à Dæmonibus cruciatam, per Sanctissimam Trinitatem, & æqualitatē personarū, & Unitatem diuinæ essentie, Patrem, & Filiū, & Spiritum Sanctū. Et per excellentiā, & virtutem nominis Dei; vt nullū consortium tibi sit cum Angelis Apocalypticis, nec cum eorum operibus; Sed per animam, &

corpus,

corpus, & amarissimam Passionem Iesu Christi, Redemptoris tui, libera, & munda sis ab omnibus iniquitatibus eorum: Recede ergo, spurcissime Serpens antique, cum omnibus Spiritibus maledictis, adiuratus, in nomine Sanctissimæ, & indiuidua Trinitatis. Amen.

Oremus.

Domine Sancte, Pater omnipotēs, æterne Deus, ad invocationē nominis tui, benignus assiste; & creaturam tuā multiplici pietati custodi; vt ab ægritudine Diabolica liberatam, & sanitati restitutam, dextera tua erigas; potestate tuearis, virtute cōfirmes: atque Ecclesię Sanctæ, Altaribusque tuis, cum omni desiderata prosperitate patrocineris. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

M O X A S P E R G A T A Q V A B E-
nedita, & eleuat̄ oculis, dicat.

Benedic **F** nos Domine in omni tribulatione nostra; & in omni benedictione Spirituali, in Cœlestibus in Christo.

C O N I V R A T I O .
Coniuro vos **F** Dæmones, & superbas bestias, cuiuscumque conditionis sitis, qui malignitate vestra hoc corpus signaculo Sanctissimæ Crucis **F** signatum vexatis, siue illis fauetis, & qui auxilium praestare consueristis, vt sine mora, & sine aliquius latrone recedatis per unum Deum, in quo nihil aliud est, præter id, quod est; & nihil in se est, nisi ipse. Coniuro **F** vos, per Deum, cuius voluntas Omnipotēs est, benevolentissima virtus, qui est lumen æternum, incomparabilis ratio, summa beatitudo, inuisibilis, & inaccessibilis, in suis spectabilis, & solus mirabilis: quo nihil melius cogitari potest: ex quo omnia, & per quæ omnia sūt facta. Coniuro **F** vos, per æqualitatē personarū, quæ in tribus cōsistit, secundi quantitatem virtutis; quæ est potentia; secundum quantitatem durationis, quæ est æternitas; secundum quantitatem magnitudinis,

qua est intra omnia, extra omnia, & qua continet, & locat omnia: Vnde nullus alium praecedit aeternitate, aut exce-
dit magnitudine, aut supererat potestate. Coniuro **H** vos, per Deum, qui intra omnia est, quia omnia replet, & ubi-
que praesens est: qui extra omnia est, quia omnia cointinet,
& non cointinetur, qui supra omnia est, quia omnibus praefi-
det, nec aliquid ei aequalatur: qui infra omnia est, quia om-
nia sustinet, & sine ipso nihil subsisteret: & tandem, qui
ante creationem mundi fuit, ubi nunc est, scilicet, in se, quo-
niam ipse sufficit sibi. Coniuro **H** vos, per Deum, qui prin-
cipium est sine principio, & finis sine fine: Nam Deo non
cooperatur tempus praesens: nec praeteritum, nec futurum:
quia esse non est accidens Deo, sed subsistens veritas, &
causa manens. Coniuro **H** vos, per latitudinem, longitu-
dinem, sublimitatem, & profunditatem Dei, non proprietate,
sed metaphoricè dictam. Per latitudinem, ergo charitatis eius,
qua nos ab errore reuocat; per longitudinem patientie,
qua malos expectat, dissimilans eorum peccata propter
penitentiam: per sublimitatem sapientiae, qua om-
nem sensum superat; per profunditatem iustitiae, qua pec-
catores damnat. Coniuro **H** vos, per immensitatem Dei,
qui immensus dicitur: quia ubique est per presentiam ma-
iestatis: & quae immensitas quatuor in Deo complectitur;
in infinitatem, incomprehensibilitatem, incircumscribibil-
itatem, & aeternitatem. Coniuro **H** vos, per ipsam incom-
prehensibilitatem Dei, & licet intelligamus Deum sine
qualitate bonum, sine quantitate magnum, sine indigentia
Creatorem, sine situ Praesidetem, sine ambitu omnia con-
tinente, sine loco, ubique totum; sine tempore sempiter-
num; sine sui mutatione mutabilia facientem, nihilque pa-
tientem: tamen incomprehensibilis est, quia quidquid est
in Deo, Deus est. Coniuro **H** vos, per excellētiā diui-
nitati dignitatis, quae tanta est, quod nihil dignè, vel propriè
de eo dici potest: Nam mens de Deo cogitans deficit, sen-
sus non percipit, lingua non explicat, locus non capit, tem-
pus non mensurat, virtus non attingit, desideria, & vota ip-
se transgreditur; cogitationes hominū solus cognoscit per

seip-

seipsum; de nihilo res creat, in instanti operatur, in opera-
tione quiescit, ex autoritate de qualibet creatura facit
quod vult, in iētu oculi mortuos suscitat; peccata dimittit
gratiam infundit; & in igne perpetuo corpora seruat. Con-
iuro **H** vos, per scientiam Dei, qui cognoscit temporalia
& externaliter, mutabilia immutabiliter, contingentia infalli-
biliter; futura praesentaliter; dependentia independenter;
creata aeternitate, alia a te, alia in te, & alia per te. Coniuro **H**
vos, per prædestinationem Dei, quae per gratiam præparat
gloriam, per vocationem, quæ gratiam offert; per iustifica-
tionem, quæ illam confert; & per magnificenciam, quæ per
gratiam multiplicat gloriam. Coniuro **H** vos, per iustitiam
Dei, quæ reddit vincui que quod meruit, promissum sol-
lit, & imperfectum perficit. Coniuro **H** vos, per misericordiam
a Dei, quæ remunerat supra meritum, & punit citra con-
dignum, quæ cunctos ad Deum cōducit; errantes reducit,
cadentes erigit, stantes sustinere non desinit, & peruenie-
tes, in gloriam introducit. Coniuro **H** vos, per quinque
notiones Dei, scilicet, paternitatem, filiationem, proce-
sionem, innascibilitatem, & communem spirationem, &
per omnia Dei nomina essentialia, personalia, & nominata.
Coniuro **H** vos, per aeternum Patrem potentissimum,
sapientissimum, & optimū, qui potest, scit, & vult se summe
communicare; hoc eit plenitudine maiestatis sue alteri dare: Nam ab aeterno sibi filii aequali genuit, cui duinitas
sue essentia communicauit. Coniuro **H** vos, per multi-
plicem sumptionem paternitatis: Nam dicitur Deus Pater
aeterna generatione, prædestinatione, creatione, redemptio-
ne, sacramentali generatione, fidei instructione, gratiae adop-
tione, & gloria collatione. Coniuro **H** vos, per correlationem
Dei Patris, & Filii, p quā ostenditur filii esse aeternū, quia
Pater eternus est; qui copiosissimus fons totius bonitatis;
cui cōpetit emanatio perfectissima: generat. n. filii sibi equa-
lē, cui cōcitat sue plenitudine maiestatis. Coniuro **H** vos, p
Dei Filii, qui dī seūs, quo oīa cogitatur; sapientia, qui co-
gitata disponuntur; virtus, qua disposita pficiuntur; lumen,
quo perfecta clarescunt: verbū quo clarificata nunciatur.

Con-

Coniuro þ vos, per imaginem equalitatis Dei Patris, que eius Dei Filius est: & per imaginem Trinitatis, qua est in nobis, scilicet, in memoria, intelligentia, & voluntate; vel in mente, notitia, & amore; in quibus per ordinem Patri, & Filio, & Spiritui sancto assimilamur. Coniuro þ vos, per emanationem diuinam, per modum naturæ, qua est generatio, secundum quam Filius est à Patre; per emanationem, qua est per modum voluntatis, qua propriè dicitur spiratio; secundum quam Spiritus sanctus procedit à Patre, & Filio. Coniuro þ vos, per Spiritum sanctum, qui amor Dei Patris, & Filii est essentialiter, personaliter, & exemplariter; Essentialiter, in quantum ipse cum Patre, & Filio unus Deus est; ipsi vero tres in quantum unum sunt in essentia, diligunt se amore essentiali: personaliter in quantum ipse nexus est Patris, & Filii: Exemplariter, quoniam amoris gratuiti, qui est in nobis, non solum Spiritus sanctus causa est, efficiens, sed etiam exemplar, & finis. Coniuro þ vos, per Spiritum Sanctum, qui charitas effectiva, & exemplaris dicitur, quia, non solum est amor Patris, & Filii, sed quia nos amates facit. Coniuro þ vos, per Spiritum sanctum, qui in signo visibili apparet, in igne, ut calefaceret frigidos; in linguis, ut doceret ignaros; in sono, ut terneret rebelles; in columba, ad ostendandam plenitudinem gratiae, qua in Christo erat; in flatu, post resurrectionem, ad significandam iustificationem affectus. Coniuro þ vos, per quadruplicem effectum, quem cosecuti sunt Apostoli ex presentia Spiritus sancti, eloquentiam, scilicet, in linguis; audaciam in tormentis; efficaciam in miraculis; protectionem à vitiis. Coniuro þ vos, per gratiam Spiritus sancti, qua à peccatis mundamur, in bonis firmamur, à terrenis separamur; & per eiusdem sancta nomina, qua sunt Spiritus sanctus, Nexus, unitas, Amplexus, Donum altissimi, Fons viuus, Ignis, Charitas, Spirituialis unitio, Dexteræ Dei digitus, Paracletus, Magistrorum optimus. Coniuro þ vos, per Spiritum Sanctum, qui mobilis est in via, stabilis in patria; mobilis in actiuis, stabilis in contemplatiuis; mobilis in Sanctis, & stabilis in Christo.

sto, Coniuro þ vos, per tres personas in unitate diuinæ naturæ, quarum prima à nulla est; secunda est per generationem à sola prima; tertia est per communem inspirationem à prima, & secunda; qua Trinitas personarum non excludit ab essentia unitatem, simplicitatem, impenitatem, æternitatem, & incommutabilitatem. Coniuro þ vos, per sanctam Trinitatem, quæ tribus modis innoscit. Nam patet in Scripturis, ostenditur in figuris, reluet in creaturis; qua vnu Deus est fortis, & potens in prælio, faciens iustitiam, & peccatoribus, iuxta opera sua retribuens poenam. Cöiuro þ vos, per Christum, in quo una persona, & tres essentiæ consistunt, Deitas, secundum quam est genitus. Anima, & sic creatus est: Et Caro, secundum quam factus est, vnde à quolibet statu primi parentis aliquid assumpsit; accepit enim peccati immunitatem, plenitudinem gratiae, compensationem poenæ, passionem doloris, & tristitiae; & plenam gloriae fruitionem. Coniuro þ vos, per Incarnationem Christi, in qui ostenditur, qua charitate nos amauerit: Nam, ut liberaret nos de manibus vestris, Deus homo factus est, Dominus, seruus, æternus, temporalis, immensus, parvus, summus, fit imus, incomprehensibilis, localis, simplex, cōpositus, inuisibilis, videtur, & palpatur, impalpabilis. Coniuro þ vos, per triplicem natuitatem Christi, per diuinam, à qua nascitur æternaliter, & semper à Patre, sine Matre; per gratutam, ex qua nascitur in mente spiritualiter; & sacerdoti à Patre, & à Matre: Et per humanam, ex qua nascitur temporaliter à Matre sine Patre. Coniuro þ vos, per Circumcisionem Christi, qua in eius natuitate circumcisus fuit à Patre cultello paupertatis: per Circumcisionem, qua octauo die parentes circunciderunt eū cultello legis, per circumcisionem, qua seipsum circumcidit in omni vita sua cultello huiusmodi; & per circumcisionem, qua in morte circumcisus est cultello Passiōnis, & Crucis. Coniuro þ vos, per baptismum Christi, in quo ipsius humilitas notatur veniens, sed non indigens salute, & subiectiens se humili elemento aquæ baptizandū a seruo suo Ioanne: Et utilitas nostra designatur, quia appetit.

ruit coelum, & fecit hominem Templum Spiritus sancti, & infudit gratiam facies nos filios irae, filios gratiae. Coniuro te vos, per meritum Christi, in quo omnia merita nostra radicata sunt; siue satisfactionis pœnae, siue meritoria sunt vita eterna: quia Deum in premium nostrum non sumus digni assequi, nisi per meritum ipsius Iesu Christi. Coniuro te vos, per passionem acerbissimam Christi, in qua, & patientiam insuperabilem, & humilitatem admirabilem, & charitatem inseparabilem demonstrauit. Coniuro te vos, per patientiam Christi, quam ostendit in clavorum asperitate, in spinarum punctione, in flagellorum laceratione, in palmarum percussione, in opprobrium confutacione, in aceti, & fellis amaritudine, & in lachrymarum effusione: Et per ipsius charitatem, qua liberauit nos de manibus vestris, renouauit gratiam, & coelum aperuit. Coniuro te vos, per descensionem Christi ad inferos, ubi per satisfactionem suæ passionis soluta sunt captiuitatis vincula: & per ianuam aperitionem facta est illuminatio carceris: Et deuorans infernum, electos in sinu Abraham existentes, extraxit: qui solum pro reatu Naturæ detinebantur: peccatores vero reliquunt, non capaces tanti meriti, perpetuò cruciando. Coniuro te vos, per resurrectionem Christi, quem, nec saxum magnum sepulturæ revolutum, nec militum custodiam potuit retinere, sed a multis sanctis, qui dormierant, sociatus, impossibilis, & immortalis, propria virtute, resurrexit eterniter regnaturus. Coniuro te vos, per ascensionem Christi, quæ Angelis fuit mirabilis, Demonibus terribilis, hominibus vero salutaris: Nam completa obedientia Patris, facta pace, & concordia inter Deum, & hominem, tanquam strenuus propugnator contra Demones, eleuatis manibus, cum duabus Tarmis, Angelorum, & hominum, ascendit in iubilatione, & ad dexteram Dei Patris collocatus est; ut homini vota, & preces exaudiatur. Coniuro te vos, per aduentum eius, & iudicium generale, horibile, inappellabile, & ineuitabile: in quo erit contra vos conscientia remordens, peccata accusans, Christus iudicizatus, & severus: Sancti etiam Iudicis sententiam confirmant.

firmantes: patens erit infernus, & boni Angeli in eum versus cum sequacibus vestris compellent. Euaneſcite ergo, deicti de gratia Dei, & Christi, tanquam fumus a vento rapitus: Nam Iesus fortis, & admirabilis, cui omne genuflexitur, Coeleſtium, Terreſtrium, & Infernorum, sed uictoribus vestris, nunc, nunc finem imponet: Quia Deum, qui vos genuit, dereliquistis; & oblieti estis Domini Creatoris vestri: Et hanc creaturam suam, tanquam latrones temerari inuasistis: Recedite ergo, & fugite parate precipites. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

EXORCISMVS. VII.

Qui flagellationis est.

D EUS te in adiutorium meum intende.

Domine te ad adiuuandum me festina.

Gloria Patri, & Filio, &c. Alleluia.

Domine exaudi orationem meam.

Et clamor meus ad te perueniat.

Dominus vobiscum.

Et cum spiritu tuo.

Oremus.

D OMINE Deus, qui misisti Angelum tuum sub Ezechia Rege, & interfecisti de Castris Sennacharib, ceterum octuaginta quinque millia; & alia valde mirabilia fecisti, nunc quoque Dominator Coelum, mitte Angelos tuos potentes, qui, cum timore, ac tremore magnitudinis brachij tui, conterant omnes Demones contra nos venientes cum blasphemia; & huic Creatura tua conferant salutem. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

HIC PONAT MANVS SVPER
caput Demoniaci, & dicat.

EXORCISMVS.

EXORCIZO te N. Creaturam Dei, infirmam, per Deum
Patrem, per Deum filium, per Deum Spiritum
San-

Sanctum, Trinum, & unum; Qui fecit Celum, & Terram, Mare, & omnia, quae in eis sunt; ut omnes virtutes Adversarij, omnis exercitus Diaboli, omnes incursus, &phantasmata Sathanas eradicentur, & exterminentur a te; & sis sancta, & salutifera, & ignis ardens aduersus infidias imicis, & sis sanitas, & corporis medicina, & fugiat a te omnis infirmitas, adiutoria, per eundem trinum, & unum Deum; Qui in unitate viuit, & regnat in secula seculorum. Amen.

Oremus.

OMnipotens aeterni Deus, qui facture tuæ semper pio dominaris affectu; Inclina, quæsumus aurem tuam supplicationibus nostris, & creaturam tuam, Diabolica infirmitate laborantem, placatus respice: & visita in salutari tuo, Cœlestisque gratia praesta medicinam. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

P O S T E A A S P E R G A T A Q V A
benedicta, & eleuatis oculis ad Coelum, dicat.

Ipsa, qui Trinum & unumque possidet nomen, Omnipotens & misericors Deus, benedic nos in hoc operi sancto in secula seculorum. Amen.

M O X P E R C V T I E N S L E V I T E R
Dæmoniacum Stola, vel virga Oliuarum
benedicta, dicat.

C O N I V R A T I O .

Duidat te Dominus ab hac creatura sua; Sicut per Michaelm Principem Cœlestis Militia te præcipitanteri diuinit a spiritibus beatis.

Eliciat te Deus: Sicut eiecit Caym a facie sua.

Confundat te Dominus, Sicut linguas volentium ædificare Turrim vique ad Coelum.

Disperdat te Creator: Sicut omnia membra tua dispersit aquis Diluvii, & omnem substantiam de superficie terre.

Pluat

Pluat super te ignem, & sulphurem Adonay: Sicut super Sodomam, & Goimotram; & fumus superbie tuæ ascendet in conspectu Altissimi, ut consumeris.

Flagellat te Sabaoth plagis maximis: Sicut Pharaonem, & domum eius propter Saram vxorem Abrahæ.

Occidat te Saday: Sicut Her, primogenitum Iudeæ, quod esset nequam in conspectu Domini.

Percutiat te Emmanuel: Sicut Onam, eò quod rem destabilem faceret, ne liberi fratris nomine nascerentur.

Deuoret te ignis infernalis, Sicut virga Aaron deuorauit virgas Malefitorum.

Percutiat te Sother: Sicut Ægyptum per manus Moysi, & Aaron; ita quod percussa aqua fluminis in sanguinem verteretur, & putreficeret, & pisces morerentur.

Percutiat te Agyos: Sicut eundem Ægyptum ramis: Ita vt, per domos, & lectos, per furnos, & clybanos, & per cuncta loca intrarent rane.

Percutiat te Yschirios; Sicut percutiens puluerem Ægypti, facti sunt Ciniphes in hominibus, & iumentis per totam terram.

Impleat te Otheos cunctis generibus tormentorum, & dolorum: Sicut domos Ægyptiorum Muscis grauiissimis, diuersis generibus: Ita vt corrumperetur terra.

Percutiat te Thetragrammaton peste valde graui; Sicut Ægyptiorum agros, & equos, asinos, & camelos, oves, & boues, ita vt morerentur.

Percutiat te Athanatos, sicut sparsa cinere de camino percussit populum, & Pharaonem viceribus vescicarum turgentium.

Constringat Iehoua omnes vires, & superbiam tuam; Sicut grandine, igne, tonitruis, & fulgoribus confregit omne lignum regionis illius.

Percutiat te Agla, sicut Ægyptum locustis; & deuoret te infernus, sicut illæ deuorauerunt omnem herbam.

Percutiat te Helyom, sicut percussit tribus diebus vniuersam illam terram tenebris horribilibus.

Percutiat te Heloa, sicut percussit omnem Primogenitum

in terra Ægypti ; & factus est planctus magnus.
Demergat te, qui principium est, & finis, in Barathri profundum, sicut flante vento vehementi, & vrente tota nocte, inuoluit Currus, & equites cunctos exercitus Pharaonis in mediis fluctibus.

Conterat te, qui primus est, & nouissimus, & comburat sicut vitulum conflatilem, detque in prædam inimicorum tuorum.

Fuget te Hœmousion in ore gladij, Sicut Iosue fugauit Angelus, & populum eius : & de hac Creatura deleat iniuriam tuam, sicut memoriam eius sub Cœlo.

Irruat super te gladius Domini in furore suo, sicut filii Leui irruerunt in populo, propter idolatriam: Ita ut cederint quasi triginta millia hominum.

Deuoret te nunc ignis perpetuus, sicut ignis à Domino descendens deuorauit Nodab, & Abiu, offerentes ignem alienum ipso Domino.

Opprimat te Alpha, & Omega, sicut filij Israel lapidibus oppreserunt filium Salumith, eo quod blasphemasset nomen Domini, & maledixisset ei.

Mittat accensus ignis ardens Exerehie, qui deuoret te, & furor ipsius te percutiat plaga magna nimis; Sicut percussit populum murmuranteum, & desiderantem carnes.

Obruant in te omnes Diaboli inimici tui, deducentes in infernum: sicut turba obruit lapidibus hominem colligente in die Sabbathi.

Aperiat terra os suum, & deuoret te, cum omnibus tibi frequentibus; Ita ut descendatis in infernum viuentes, in æternum cruciandi, sicut deuorauit Dathan, & Abyron cum tabernaculis suis, & vniuersa substantia eorum.

Egrediatur ignis à Domino vos interficiens, Sicut interfecit ducentos quinquaginta viros, offerentes incensum.

Percutiat te vita in ore gladij sui: sicut percussit Sehon Regem Amorthæorum, & Og Regem Basan, cum populis suis; & tradat te in manu mea, sicut eos populo Israæli.

In ore gladij percutiat vos, & interficiat Dominus: Sicut ciuitatem Hierico, & omnia, quæ erant in ea:

Percutiet te lepra Leo Cælestis, sicut percussit Mariam detrahentem Moyis.

Extribet te Deus, & lapidet: Sicut omnia Israel extumbauit, & lapidauit Acham, eo quod esset Anathema in Israel.

Conculcat te, & suspendat Sanctus in furca infernali: Sicut conculcati, & suspensi fuerunt quinque Reges Amorrhæorum.

Comburat te Omnipotens sulphure, & Solis ardore, in exemplum subuersioneis Sodomæ, & Gomorræ, Adamæ, & Seboym: quas subuertit Dominus in ira, & furore suo.

Percutiat te Deus immortalis gladio ancipiiti, Sicut Salvator Aod extendens sinistram tulit sicam de dextro foemore suo, infixique eam in ventrem Eglon Regis Moab.

Destruat te æternus Deus; Sicut destruxit murum Get, & Cananæ, & Azot.

Percutiat te Deus ineffabilis: Sicut Sanson percussit Philistæos plaga ingenti.

Percutiat te Deus cæcitate: Sicut percussit populum Regis Syriae persequenterem Elisæum in Dotaym.

Percutiat te Deus; Sicut percussit Ieroboam persequenterem Abiam.

Percutiat te Messias: sicut Lapis Christus abscessus de monte percussit Statuam, & factus est mons magnus.

Infingat Deus clavum cerebro tuo, & malleo percutiat: Sicut Jaehel clavio Tabernaculi superposito, tempori capitis Sisare, percussit eum malleo, defixisque in eius cerebrum usque ad terram, & mortuus est.

Manus grauissima valde Dei sit super te, sicut fuit super Phylistim, propter Arcam Domini trâflatam in Templo Dagon.

Percutiat te Dominus; sicut per Angelum suum percussit Castra



Castra Affyriorum.

Confringat tibi caput, & abscedat manus, Deus, sicut abscessæ sunt palmæ, & caput maledicti Dagon.

Percutiat te Deus Exercituum, sicut David percussit Goliām lapide infixo in eius fronte.

Tradat te Deus Lucifero; Sicut Saulēm Spiritui immundo.

Dividat vos Deus ab hac Creatura: Sicut dividuntur aquæ, & sicut David divisiſt Caſtra Phylistiū.

Suspendat te Deus in patibulo inferni: Sicut suspensi fuerunt septem viri de filijs Saul.

Interficiat te Deus Israel, sicut interfecit Prophetas Baal.

Deuoret te ignis de Cœlo, sicut deuorauit duos Principes, & quinquagenarios primos, & secundos Ochoziq.

Effundat super te Dominus furorem suum: Sicut per hominem indutum lineis, & atramentario in dorso, effudit super Hierusalem.

Præcipitet te Deus deorum in infernum: Sicut Iehu præcipitare fecit Iezabel: & comedant te canes infernales, sicut canes comederunt eam.

Irruant super te inimici tui; Sicut Asmodæus Dæmon super septem viros.

Apprehendat te dextera Dei, & religet in Barathro: Sicut per Angelum Raphælē apprehensus & religatus fuisti tu, vel alter Dæmon in deserto superiori Ægypti.

Euaginet Deus gladium suæ vltionis, & iustitia, & apprehendens comam capitum tui percutiat, donec ad infernum descendat: Sicut Iudith percutiens Holophernem amputauit caput eius.

Interficiat te flamma ignis: Sicut interfecit viros mittentes Sydrach, Misach, & Abdenago in fornacem.

Comminuant, & deuorent te Leones Infernales; Sicut Leones comminuerunt viros accusantes Danielem.

Intromittat vos Deus in Barathri locum: Sicut intromisit in lacum illos, qui causa perditionis fuerunt Danielis, ita ut deuoremini in momento.

Percutiat te Deus per Angelum suum: Sicut percussit Herodem

rodem vermis, eo quod non daret gloriam Deo. Ejiciat vos flagello Christus: Sicut ejecit emetes, & vendentes è Templo: & subuertat in furore: Sicut subuertit mentis nūmulariorum.

Præcipitet te Iesu in mare inferni: Sicut, iam præcipituit in mare Dæmonia in porcos existentia.

Confundat te Christus, sicut confusus extixisti in multis mulieribus, & præcipue, in Maria Magdalena.

Ejiciat te ab hoc corpe Christus, sicut ejecit Spiritum Lunaticum mutum, & surdum, dicens. Surde, & mute spiritus; Ego præcipio tibi, exi ab eo; & amplius non introeas in eum.

Ejiciat Christus, sicut ejecit Dæmonium à filia Cananee, & alterum ab homine in Synagoga, & alia multa præcipitauit in nomine suo.

Suspendat Dominus molam asinariam in collo tuo, & demergat in profundum.

Percute eos Domine, vt cadant retrorsum, sicut turbæ cum fustibus, & armis, volentes compræhendere te.

Interficiat vos Deus, sicut interfecit duos falsos testes malitiosè accusantes Susannam.

Suspendat te Dominus in furca infernali: Sicut Iudam laqueo.

Tradat te Deus, serue nequam, tortoribus infernalibus, donec reddas obedientiam Sacerdoti.

Retribuat vobis Dominus facientibus malum, iuxta malitiam vestram, & sicut claudi, & cæci, non intrabitis in Regnum Dei.

Contremiscat ac fugiet vos Deus, cum omnibus vobis fauentibus, ad inuocationem Iesu Christi.

Tradat vos Dominus corruentes ante hostes vestros, & dispergamini per omnia tormenta inferni.

Conterat superbiam duritiæ vestre Dominus nunc, & semper, & in sæcula sæculorum.

Mittat Dominus bestias inferni, quæ consument, & affligant vos, vt ad nihilum redigantur via vestra.

Affligat vos valde Dominus, donec confitentes iniquitate-

tes vestras ab hac creatura fugiatis.

Sint contra vos in nomine Domini, ignei Serpentes, inimici vestri, vt trahant vos ab hoc corpore, & deducant in Barathrum.

Percutiat vos Dominus egestate, lepra, febri, frigore, ardore, & stu, aere corrupto, ac rubigine; & donec exeat, persequentur vos, & deinde in sempiternum.

Humiliare ergo maledicte; in nomine illius, qui superbiam extirpauit, & introduxit humilitatem: Nam ipse Dominus noster Iesus Christus, qui ab Angelici Exercitus vocibus collaudatur, celsitudines mundi premit, & superbiam tumefactos sub pedibus habet: ergo radicibus tuis euulsi, ramis contractis, concisis, dispersis, & aridis, precipita te, & fuge ab hac creatura. In nomine Patris, + & Filii, + & Spiritus + Sancti. Amen.

EX OR C I S M V S . V I I I . Angelorum nuncupatus.

D Eus + in adiutorium meum intende.

Domine + ad adiuuandum me festina.

Gloria Patri, & Filio, &c. Alleluia.

Domine exaudi orationem meam.

Et clamor meus ad te perueniat.

Dominus vobiscum.

Et cum spiritu tuo.

O R E M V S .

D Eus, qui mirabiliter naturam Angelicam ad tui ministerium creasti; & ad vniuersit gubernationem, miro ordine, deputasti. Concede quæsumus, vt eorum precibus in Coelis adiuuemur, & in hoc loco sancto tuo, per eorum præsentiam, hæc Creatura tua, confutatis maledictis liberetur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

HIC

H I C P O N A T M A N V S S V P E R
caput Dæmoniaci, & dicat.

E X O R C I Z A T I O .

E xorcizo te N. Creaturam Altissimi; Iesuque Christi sanguine, & fonte baptismatis, & virtute sacramentorum regeneratam; in sinuque sanctæ Matris Ecclesie, inter fideles connumeratam; vt non valeas Angelos malos Luciferi satellites; nec eorum munitiones in te retinere, sed per chòros Angelorum Dei; & præcipue per seipsum Angelos diuinæ Maiestatis astantes, expellas eos; & præcipites in vnitate Iesu Christi. Oremus.

D Eus, qui miro ordine Angelorum ministeria, hominumque dispensas: Concede propitius, vt quibus tibi ministrantibus, in coelo semper assistitur, ab his in terra vita nostra muniatur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

D E I N D E A S P E R G A T A Q V A
Benedicta, & eleuatis oculis, dicat.

L Euani oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi. Auxilium meum à Domino, qui fecit cœlum, & terram.

Mox dicatur Inuitatorium sequens, & Psalmus, prout fit in officio duplici.

Regem Archangelorum Dominum, venite adoremus.

Regem Archangelorum Dominum, venite adoremus.

Venite exultemus Domino; Iubilemus Deo salutari nostro, præoccupemus faciem eius in confessione, & in Psalmis iubilemus ei.

Regem Archangelorum Domini, venite adoremus, &c.

Q 3

HYM-

H Y M N V S.

Christe, Sanctorum decus Angelorum,
Rector humani generis, & auctor,
Nobis æternum tribue benignus ,
Scandere cœlum .
Angelum pacis Michael ad istam
Cœlitus mitti rogitamus Aulam ,
Nobis ut crebro veniente crescant
Prospera cuncta .
Angelus fortis Gabriel, ut hostem
Pellat antiquum, vollet ab alto ,
Sæpius Templum veniens ad istud
Viscere nostrum.
Angelum nobis Medicum salutis .
Mitte de Celis Raphael, ut omnes
Sanet ægrotos, pariterque nostros
Dirigat actus .
Hinc Dei nostri genitrix Maria ,
Totus, & nobis Chorus Angelorum
Semper affusat, simul & beata
Concio tota ,
Præsta, hoc nobis Deitas beata
Paris, ac Nati, pariterque Sancti
Spiritus, cuius reboat in omni
Gloria mundo .

C O N I V R A T I O .

Coniuro þ vos maledictos angelos, ut ab hac creatura Dei, sine alicuius læsione, cum omnibus sequacibus, & spurciis vestris : In nomine Sanctissimæ Trinitatis, fugiatis ; & per sanctos Angelos, qui euaginatis gladiis occurrent potentes in prelio. Et primo per sanctum Michaelem militare Cœlestis Principem, vos coniuro: de quo canit Ecclesia sancta . Factum est silentium in Cœlo, dum Draco com-

committeret bellum: & Michael pugnauit cu eo : & fecit victoriā. Alleluia: & iterum Conculsum est mare, & contremuit terra, vbi Michael Archangelus descendebat de Cœlo. Hic enim præpositus est Ecclesia Dei, gloriosus ceteris, animas introducit in Paradisum ; pugnat cum antiquo Dracone, & venit in adjutorium populo Dei. Coniuro þ vos, per Sanctum Gabrielem, qui sponsalitiorum Dei, & Mariæ internunciū fuit egregius : In cuius legatione, ante omnia reverenter salutans Virginem, innocentiam, & salutem, & gratia plenitudinem indicauit, dicens: Ave gratia plena: In gaudioq; excellenter commēdauit, dicens: Benedic̄ta tu in Mulieribus: & Mariam pauentem, dulciter confortauit: Ne timeas Maria: Legationemque complens, dixit: Ecce cōcipies, & paries filium. Et respondens virgo, quomodo fieri istud: quoniam virum non cognoscet exposuit modum: Spiritus sanctus superueniet in te: & vltimò, nobilitatem & excellentiam prolii exposuit: Ideoq; quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur filius Dei: quem, & vidit Daniel, dicens. Ecce vir unus vestitus lineis, & renes eius accincti auro obrizo; & corpus eius, quasi Chrysolitus, & facies eius, velut species fulgoris, & oculi eius, ut lampas ardens; & brachia eius, & que deorsum sunt usque ad pedes, quasi species æris candentis: & vox sermonum eius, ut vox multitudinis. Coniuro þ vos per Raphaelm, qui Dei virtute apprehendit, & ligavit Dæmonem in Ægypto superiori; Thobiam videre fecit lumen Cœli, eiusque filium à deuoratione piscis erupit: duxitque, & reduxit sanum, & eos bonis operibus repleuit. Coniuro þ vos, per sanctum Angelum, qui inueniens Agar iuxta fontem aquæ fugientem à facie Sarai, dixit: Reuertere ad Dominam tuam, & humiliare sub manu illius: Multiplicabo semen tuum, & non numerabitur præ multitudine: Concipies, & paries filium; vocabisque nomen eius Ismael, eò quod audierit Dominus afflictionem tuam. Coniuro þ vos, per sanctos Angelos, qui à Loth in hospitio recepti, illi dixerunt: Surge tolle vxorem tuam, & duas filias, quas habes, ne & ru pariter pereas in Icelere Cint-

tatis. Coniuro Ḧ vos, per Sanctum Angelum, qui de Celo clamauit, dicens. Abraham, Abraham, non extendas manum tuam super puerum, neque facias illi quidquam; nunc cognoui, quod timeas Dominū, & nō pepercisti vnigenito tuo propter me. Coniuro Ḧ vos, per sanctos Angelos, quos vidit Iacob in somnis, ascendentēs, & descendētēs per scalam stantem super terram, cuius cacumen pertingebat vīque ad Coelum. Coniuro Ḧ vos, per sanctum Angelum, qui praecebat Castra Israel in transitu maris rubri: & per Angelum qui euaginato gladio stetit contra Balaam. Coniuro Ḧ vos, per sanctum Angelum, qui sedēs sub Quercu in Ephrata, & apparēs Gedeoni, dixit Dominus tecum virorum fortissime: Tolle carnes, & azimos panes, & pone super petram illam, & ius defuper: & cum fecisset, extendit Angelus summitatem virginis, quam tenebat in manu, & tetigit carnes, & azimos panes: Ascenditque ignis de petra, & carnes, azimosq; panes consumpsit. Coniuro Ḧ vos, per sanctum Angelum, qui apparuit mulieti Annae sterili, & dixit: Sterilis es, & ab ēque liberis: Sed concipies, & paries filium: caue ergo, ne bibas vinum, ac ficerai, nec immundum quicquam comedas; quia cōcipes, & paries filium; cuius non tanget caput nouacula: Erit enim Nazareus Dei ab infantia sua, & ex Matris vrero: Et ipse incipiet liberare Israel de manu Philistinorum. Coniuro Ḧ vos, per sanctum Angelum, qui propter peccatum David extendit manum suam super populum: Et occidit septuaginta millia virorum. Coniuro Ḧ vos, per sanctum Angelum, qui loquutus est ad Heliam Thesbyten, dicēs: Surge, & ascende in occursum nunciorū Regis Samariae: Et dices ad eos: Nunquid nō est Deus in Israel, ut eatis ad consulendum Beelzebub Deum Accaron? Quamobré de lectulo, super quem ascendisti, non descendes, sed morte morieris. Coniuro Ḧ vos, per sanctum Angelum, qui percussit de castris Assyriorum centum octuaginta quinque millia. Coniuro Ḧ vos, per Angelum, qui Iudith, euntem ad Holophernem, ibique commorantem, & redeunte custodiuit; nec permisit ancillam suam coquinari: Sed

fine

sine pollutione peccati reuocauit eam gaudentem in victoria sua, & liberatione populi. Coniuro Ḧ vos, per sanctum Angelum; qui descendit cum Azaria, & sociis eius in fornacem: Et excusit flammarum ignis de fornace: Et fecit medium fornacis, quasi ventum roris flanteum, & non tetigit eos omnino ignis, neque cōtristauit, nec quidquam molestia intulit. Coniuro Ḧ vos, per sanctum Angelum, qui descendit in Lacum Leonum, & conclusit ora eorum, ne nocerent Danieli seruo Dei. Coniuro Ḧ vos, per sanctū Angelum, qui apprehendit Abacuch in vertice eius, & portauit eum capillo capitis sui; poluitque eum in Babylonem super lacum in impetu spiritus sui, ut prandium daret Danieli, ac restituit eū in loco suo. Coniuro Ḧ vos, per sanctū Angelum, qui stetit iuxta Pastores vigilantes, & custodiētes vigilias noctis super gregem, & dixit: Ecce enim euangelizo vobis gaudium magnū, quod erit omni populo; quia natus est nobis hodie Saluator mūdi: qui est Christus Dominus; in ciuitate David: Et hoc vobis signū: Inuenietis infantem pannis inuolutum, & positum in Præsepio. Coniuro Ḧ vos, per multitudinem Angelorum Militiæ Coelestis in nativitate Iesu Christi, Laudantium Deū, & dicentium: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Coniuro Ḧ vos, per S. Angelū, qui apparuit in somnis Ioseph, dicens. Surge, & accipe Puerum, & Matrem eius, & fugi in Agyptum, & per Angelum, qui iterū apparuit in somnis eidē in Agypto dixit: surge, & accipe Puerum, & Matrem eius, & vade in terram Israel: defuncti sunt enim, qui quārebant animam pueri. Coniuro Ḧ vos, per S. Angelos, qui te Sathanā confuso in tentatione Christi, accesserunt, & ministrabant illi. Coniuro Ḧ vos, per Sanctum Angelum, qui descendebat secūdum tempus in probaticam Piscinam mouens aquam ad sanandos infirmos. Coniuro Ḧ vos, per Sanctum Angelum, cuius aspectus, sicut fulgur, & vestimentum sicut nix erat: qui descendens de Celo, cum terremotu magno, & accedens reuoluit lapidem monumenti Iesu, & sedebat super eum. Exterruit custodes, & resurrexisse Iesum,

Iesum nunciauit. Coniuro $\ddot{\text{F}}$ vos, per sanctos Angelos, quos vidit Maria Magdalena in albis sedentes ad caput, & ad pedes: Vbi possum erat corpus Iesu. Coniuro $\ddot{\text{F}}$ vos, per sanctum Angelum, qui per noctem aperiens ianuas carceris, & educens Apostolos, sub custodia detentos, dixit: Ite, & itate loquimini in Templo Plebi omnia verba vita huius. Coniuro $\ddot{\text{F}}$ vos, per sanctum Angelum, qui locutus est Philippo, dicens: Surge, & vade contra meridiam, ad viam, quae descendit ab Hierusalem ad Gazam: & surgens abiit, Eunuchumque baptizauit. Coniuro $\ddot{\text{F}}$ vos, per sanctum Angelum, qui Petri dormientis inter duos milites, vincti catenis duabus, percussit laterem, & excitatuit eum, dicens: Surge velociter: cui ceciderunt catenae de manibus, & traxiens per custodias, & portas Ciuitatis, aperiens, eduxit eum, & e manibus Tyranni liberauit. Coniuro $\ddot{\text{F}}$ vos, per sanctos Angelos praesidentes Ecclesias, quae sunt in Asia, Epheso, & Smirne, & Pergamo, & Tyatire, & Sardis, & Philadelphia, & Leodicea. Coniuro $\ddot{\text{F}}$ vos, per sanctos Angelos in circuitu Throni, dicentes: Dignus est Agnus, qui occisus est, accipere virtutem, & diuinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam. Coniuro $\ddot{\text{F}}$ vos, per sanctos Angelos, stantes in circuitu Throni, & Seniorum, & quatuor Animalium: & cadentes in conspectu Throni in facies suas adorant Deum, dicentes: Benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarum aetio, honor, virtus, & fortitudo Deo nostro, in secula seculorum. Coniuro $\ddot{\text{F}}$ vos, per quatuor Angelos, stantes super quatuor angulos terrae, tenentes quatuor ventos terrae, ne flarent super terram, neque super mare, neque in ullam arborrem. Coniuro $\ddot{\text{F}}$ vos, per sanctum Angelum ascendenter ab ortu Solis, habentem signum Dei viui, & clamantem voce magna, quatuor Angelis, quibus datum est nocere terrae, & mari, dicens: Nolite nocere terrae, mari, nec arboribus, quod ad usque signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum. Coniuro $\ddot{\text{F}}$ vos, per septem Angelos, stantes in conspectu Dei, habentem septem tubas, ut canerent: Et coniuro $\ddot{\text{F}}$ vos, per primum Angelum, qui tuba cecinit: &

facta

facta est grando, & ignis, mixta in sanguine: & missa est in terram, & tertia pars terrae combusta est; & tertia pars arborum cõcremata est: & omne foenū viride combustum est. Coniuro $\ddot{\text{F}}$ vos, per secundum Angelum, qui tuba cecinit, & tanquam mons magnus igne ardens, missus est in mare: & facta est tertia pars maris sanguinis: & mortua est tertia pars creaturæ eorum, quæ habebant animas in mari, & tertia pars Nauium interiit. Coniuro $\ddot{\text{F}}$ vos, per tertium Angelum, qui tuba cecinit: & cecidit de Cœlo Stellæ magna ardens, tanquam facula; & cecidit in tertiâ partem fluminum, & in fontes aquarum: & nomen Stellæ dicitur absynthiū, & facta est tertia pars aquarū in absynthium; & multi hominum mortui sunt de aquis; quia amara facta sunt. Coniuro $\ddot{\text{F}}$ vos, per quartum Angelum, qui tuba cecinit; & percussa est tertia pars Solis, & tertia pars Lunæ, & tertia pars Stellararū: Ita ut obscuraretur tertia pars eorum, & diei non luceret pars tertia; & noctis similiter. Coniuro $\ddot{\text{F}}$ vos, per quintum Angelum, qui tuba cecinit; & Stella de Cœlo cecidit in terrā: & data est ei clavis putei Abyssi, & aperuit puteū Abyssi: & ascendit fumus putei, sicut fumus fornacis magnum; & obscuratus est Sol, & aer de fumo putei; & de fumo putei exierunt Locustæ in terram: & data est illis potestas, sicut habent potestatem scorpiones terræ: & præcepū est illis, ne lacererent foenum terræ, neque omne viride, neque omnē arborem: nisi tantum homines, qui non habent signum Dei in frontibus eius. Coniuro $\ddot{\text{F}}$ vos, per sextum Angelum, qui tuba cecinit: & auditæ est vox vna ex quatuor cornibus Altaris aerei, quod est ante oculos Dei, dices sexto Angelo, qui habebat tubam: Solue quatuor Angelos, qui alligati sunt in flumine magno Euphrate: & soluti sunt quatuor Angeli, qui parati erant in horam, & diem, & mensem, & annum; ut occiderent tertiā partem hominum: & numerus equestris exercitus vices mille dena millia: & qui sedebant super equos habebant Loricas igneas, & hyacinthinas, & sulphureas: & capita equorum erant tanquam capita leonum, & de ore eorum procedit ignis, & fumus, & sulphur.

Con-

Coniuro **F** vos, per septimū Angelum, qui, cum coepit tuba canere, consumabitur mysterium Dei, sicut euangelizauit per seruos suos Prophetas: & facta sunt voces magna in Cœlo, dicentes: factum est Regnum huius mundi Domini nostri, & Christi eius; & regnabit in secula seculorum. Amen. Coniuro **F** vos, per sanctum Angelum fortē, descendētē de Cœlo, amictum nube: & iris in capite eius: & facies eius erat, ut Sol, & pedes eius erant tanquam columnæ ignis; qui habebat in manu sua libellum apertum; & posuit pedem suum dexterum super mare; Sinistrum autem super terram, & clamauit voce magna, quemadmodum, cum leo rugit: Et cum clamasset, locuta sunt septem Tonitrua voces suas. Coniuro **F** vos, per sanctum Angelum volantem per medium Cœli, habentem Euangeliū æternū, vt euangelizaret sedentibus super terram, & super omnem gentem, & tribum, & linguam, & populum: dicentemque magna voce: Timete Dominum, & date illi honorem; Quia venit hora Iudicij eius, & adorate eum, qui fecit Cœlum, & terram, & mare, & omnia, quæ in eis sunt, & fontes aquarum. Coniuro **F** vos, per alium Angelum, qui secutus eum, dicens: Cecidit, cecidit Babylon illa magna; quæ à vino iræ fornicationis sua potuit omnes gentes. Coniuro **F** vos, per sanctum Angelum, qui secutus est eos, dices, voce magna: Si quis adorauerit Bestiam, & imaginem eius, & acceperit characterem in fronte sua, aut in manu sua: & hic bibet de vino iræ Dei, quod misum est mero, & calice iræ ipsius: & cruciabitur igne, & sulphure in conspectu Angelorum satyrorum, & ante conspectum Agni: & fumus tormentorum eorum ascendet in secula seculorum. Coniuro **F** vos, per sanctum Angelum exuentem de Templo, & voce magna clamantem ad sedentem super nubem, Mitte falcem tuam, & mette: quia venit hora, ut metatur, quoniam aruit missis terra. Coniuro **F** vos, per sanctos Angelos, quorum vous, exiuit de Templo, quod est in Cœlo, habes, & ipse falcem acutam; & alter exiuit de Altari, qui habebat potestatem supra ignem: & clamauit voce magna ad eum, qui habebat

bat falcem acutam, dicens; Mitte falcem tuam acutam, & viudemia Botros vinea terræ; quoniam maturæ sunt vine eius. Coniuro **F** vos, per septem Angelos, habentes septem plagas, de Templo exuentes, vestitos lino mūdo, & cādido; & precincti circa pectora zonis aureis, quibus datæ sunt septem Phialæ aureæ plene iracudia Dei viuentis in secula seculorum. Quorū primus, effudit Phialam suam in terram; & factum est vulnus serum, & pessimum in homines, qui habebant characterem Bestiæ; & in eos, qui adorauerunt imaginem eius. Secundus vero, effudit Phialam suam in mare: & factus est sanguis, tamquā mortui, & omnis anima viuens mortua est in mari. Et Tertius effudit Phialam suam super flumina & super fontes aquarum: & factus est sanguis. Quarvis effudit Phialam suam in Solem, & datum est illi & isti affligere homines, & igni. Quintus quoque effudit Phialam suam super sedem Bestiæ: & factum est Regnum eius tenebrosum, & commandauerunt linguis suas præ dolore. Sextus etiam Angelus effudit Phialam suam in flumen illud magnum Euphratē, & siccauit aquam eius, vt præpararetur via regibus ab ortu Solis. Septimus tandem Angelus fudit Phialam suā in aerē, & exiuit vox magna de Templo à Throno, & voces, & tonitrua, & terremotus factus est magnus, qualis nunquam fuit, ex quo homines fuerūt super terram; & facta est Civitas magna in tres partes, & Civitates gentium ceciderunt; & Babylon magna venit in memoriam ante Deū, dare illi calicem vini indignationis iræ eius. Coniuro **F** vos, per S. Angelum, qui descendit de Cœlo habes potestatem magnam; & terra illuminata est à gloria eius, & exclamauit in fortitudine, dicens: Cecidit, cecidit Babylon magna, & facta est habitatio Dammoniorum, & custodia omnis spiritus immundi, & custodia omnis volucris immunda, & odibilis: quia de vino iræ fornicationis eius biberūt oēs gentes, & Reges terræ cū illa fornicati sunt; & mercatores terra de virtute deliciarū ei⁹ diuites facti sunt. Coniuro **F** vos, per S. Angelū fortē, qui sustulit lapidem, quasi molarem magnum, & misit in mare, dicens. Hoc im-

petu mittetur Babylon Ciuitas illa magna , & ultra iam non inuenietur . Coniuro \ddagger vos , per sanctum Angelum , stantem in Sole , qui clamauit voce magna , dicens , omnibus auibus , que volabant per medium Coeli ; Vnitate , & congregamini ad Cœnam magnam Dei , vt manducetis carnes Regū , & carnes tribuum , & carnes fortium , & carnes equorum , & sedentium in ipsis , & carnes omnium liberorum , & seruorum , & pusillorum , & magnorum . Coniuro \ddagger vos , per sanctum Angelū descendenter de Cœlo , habentem clavem Abyssi , & catenam magnam in manu sua : qui apprehendit Draconem Serpentem antiquum , qui est Diabolus , & Sathanas : & ligavit eum in Abyssō , & clausit , & signauit super illum , vt nō seducat amplius gentes , donec cōsumetur mille anni . Coniuro \ddagger vos , tandem , per cœleitem Hierarchiam superiorē , medianam , & inferiorem ; quarum vnaqueque contineat tres ordines Spirituum illorum beatorū diuinæ Maiestatis astantium . Coniuro \ddagger vos , per Angelos , qui ad diuinam cognitionē homines ducunt , & vt iuste vivant , instruunt : per dilectionem Dei sursum tendunt : firmantur in se ipsis per custodiam sui ; ac sub se in proximi auxilium sollicitudine magna prægrediuntur . Coniuro \ddagger vos , per Archangelos , quibus magnorum negotiorū operatio pertinet : & quia summa nunciant , summi nunciū dicuntur : Nam de pertinentibus ad promotionem fidei , homines expeditū , & ab hominibus Demones remouent , prophetiasque reuelant . Coniuro \ddagger vos , per virtutes exercentes operationē miraculorum ; His , prælatos docent : vt quæ ad prælationis officiū pertinent , facilè , & perseveranter , & onera spiritualia patienter exequantur . Coniuro \ddagger vos , per Potestates , qui Angelorum apostatarum voluntates , & virtutes , ne (vt cupiunt) mundo noceant , opprimunt , & confortant , in spirituali certamine desudantes ; & ne spirituale Regnum amittant , defendunt . Coniuro \ddagger vos , per Principatus qui disponunt Angelos , quibus præsunt , ad ministerium diuinū explendum ; vniuersale regimen vnius Regni , vel gentis ad Dei similitudinem ducunt , docent homines vnicuique exhibe-

re reuerentiam secundum gradum suum : Eosque ad iustitiam exequendam propter filius Dei amorem , & honorem , & non propter utilitatem propriā , promouent . Coniuro \ddagger vos , per Dominationes , qui officia cæterorū Angelorum regunt , & dominantur , & nullo inferiori subiiciuntur . in bello spirituali instruunt , qualiter prælationis officium unusquisque oporteat exercere , & subditos dominari , & deposito seruuli timore in Deum moueri , & incessanter ei famulari . Coniuro \ddagger vos , per Thronos , in quibus præcipue reætitudo diuini officij relucet , quia in eis sedens Dominus , iudicia sua per eos determinat . Coniuro \ddagger vos , per Cherubim , qui principaliter radio diuini lumenis , præ cæteris reluent , quia primæ veritati iunguntur , & lumenis plenitudinem , quam suscipiunt , inferioribus communicando transfundunt , promouentque homines ad diuinam cognitionem . Coniuro \ddagger vos , per Seraphim , qui (quod est eorum proprium) in amore Dei ardēt , & alios promouent ad incendium diuini amoris , & ordinantes Deum diligendi formam illis tribuant . Coniuro \ddagger vos , per prælationes Spirituum beatorum , in eas , per æternā sæcula perseverantes , scilicet , per instantiam beatitudinis , gradum dignitatis , & nobilitatem doni gratituti , & Naturæ . Coniuro \ddagger vos , per confirmationem ex gratia Spirituum beatorū , qua colligati sunt stabili æterno , & indissolubili hoc vinculo charitatis : per confirmationem ex gloria , per quam , non vagantur , quarentes aliquid Deo magis desiderabilius , vel iocundius , sed habentes Deam per gloriam , habent desideria sua completa : Ita quod nihil est , quod possit eos à fonte diuina dulcedēnis auertere per confirmationem ex natura , qua à libertate arbitrii , ad Deum conuersi , statim per gratiam , & gloriam in voluntate fuerint cōfirmati fideles , & foelices effecti , in ratione illuminati ; Ita vt , non solum in proprio genere rei cognoscant , sed etiam in arte , id est in verbo ; & sic perfectionem accipientes in virtute operativa , & contemplativa intra Deum currentes , gaudent in sæcula sæculorum . Coniuro \ddagger vos denique , per cunctos Spiritus supernos , quo-

quorum gloriam nec lingua explicare, nec mens capere potest; Hi enim sunt domestici Dei, semperque ei assistunt: Coeli Ciues, & Paradisi Principes: Doctores sapientiae, & scientiae Magistri: illuminatores animarum, & earum custodes: corporum zelatores, & defensores eorum; Prouinciarum dignitatumque, tam spiritualium, quam temporaliū diligentissimi custodes: Hi enim remouent impedimenta boni, & occasiones mali: mitigant tentationes, opponentes se diabolicis potestatisbus, ne, ut vellent, noceat: excitant à peccatis, & ad fletum contritionis, & penitentiae inducunt: contra Dæmones victoriam obtinunt; ad feruorem bene operandi instruunt; viam ostendunt salutis: pia opera Deo præsentant; pro nobis orant, nos diligunt, & protegunt; & vt sedes Angelorum cadentium repleamus, nos affectant, nostrum aduentum cum gaudio expectantes, ad orationes inducunt, & orantes adsunt triduantes; nobis dormientibus assistunt, in mari, & in terra; & in cunctis nos adiuuant, mentem illuminant, in tribulationibus consolantur; ab infirmitatibus sæpè liberant: Hi sunt enim, per quos tandem in extremis in fide solidamur, & contra serpentem ad poenitentiam mouemur, & obtenta victoria, ad Paradisum, vel ad Purgatorium per eosdem portamur: in Purgatorioque sæpè ab eis visitamur, & consolamur, promittentes nos coelestem Hierusalem ingressuros. Recedite ergo Maledicti Apostate, per Angelorum cognitionem matutinam, & meridianam; per cumulationem meriti accidentalis, quod de hora in horam eis augetur: per amoris demonstrationem incessanter nobis feruentes, & per mysteria mirabilia, ab eis pro opportunitate temporum nunciata, & operata. Quænam portio est vobis, cum spiritibus beatis: Fugite ergo, In nomine Patris, + & Filii, + & Spiritus + sancti. Amen.

EXOR C I S M V S IX.
Sanctæ Crucis fortissimus.

D EUS + in adiutorium meum intende.

Domine + ad adiuuandum me festina.

Gloria Patri, & Filio, &c. Alleluia.

Domine exaudi orationem meam.

Et clamor meus ad te perueniat.

Dominus vobilecum.

Et cum spiritu tuo. Oremus.

D EUS, qui nō mortem, sed penitentiam desideras peccatorum, creaturam tuam ad te reuertentem proprieius respice; & intercedentibus Sacramentorum virtutibus, ac mysteriis sanctæ Crucis, iracundia tua flagella ab ea remoue. Per Christum Dominum nostrum.

H I C I M P O S I T I S M A N I B V S
super caput Dæmoniaci, dicat.

EXOR C I S M V S.

E Xorcizo te N. creaturam Dei altissimi, per Deū Trinum, & vnum; cuius Verbum caro factum est, & in ara Sanctæ + Crucis, te, & mundum preciosissimum sanguine redimere dignatus est, & sicut in passione sua abluta es, sic in virtute + Sanctæ Crucis ab omnibus infestationibus Diaboli sis munda, & purgata: Recede ergo Satan, in nomine Patris, + & Filii, + & Spiritus + Sancti, per Triophæum Sanctæ + Crucis, cum omnibus tibi fauientibus, adiuratus per Christum Dominum nostrum. Amen.

Oremus.

M Alestatem tuam, benignissime Deus, fusis precibus exoramus: vt sicut Filii tui ligno Sanctæ Crucis passionē tota denotione recolimus: Ita à cunctis erupti Dæmoni infestationibus, tibi gratias, & laudes incessanter referre valeamus. Per eundem Christum Dñm nostrū. Amen.

H I C A S P E R G A N T V R O M N E S
aqua benedicta, deinde eleuatis oculis, dicatur.

P Rotege ☩ me Redemptor mundi per sanctam Crucem, quia in hoc vexillo ☩ sancto tuo horum maledictorum curias penetrabo securus.

D E I N D E G E N V A F L E C T E N T I B V S
omnibus; Exorcista Crucem tenens, & adorans
tota deuotione, dicat.

V Exilla regis prodeunt,
Fulget Crucis mysterium;
Quo carne carnis conditor
Suspensus est patibulo.
Quo vulneratus insuper
Mucrone diro lanceæ;
Vt nos lauaret criminè,
Manauit vnda sanguine.
Impleta sunt, quæ concinuit
Daud fidelis carmine;
Dicens, in nationibus
Regnauit à ligno Deus.
Arbor decora, & fulgida,
Ornata Regis purpura,
Electa digno stipite
Tam sancta membra tangere.
Beata, cuius brachiis
Sæcli peperdit pretium;
Statera facta corporis,
Prædamque tulit Tartari.
O Crux aue spes ynica,
Hoc tribulationis tempore
Confer obfessi gratiam,
Hostis pelle malitiam.
Te summa Deus Trinitas,

Collaudet

Collaudet omnis spiritus:
Quos per crucis mysterium
Saluas, rege per secula. Amen.

A D O R A T I O C R V C I S.

O Mnia circa nos tuæ pietatis dignatio, Domine: ò intextimabilis dilectio charitatis: vt seruum redimeres, filium tradidisti: ò nimis triste spectaculum: ò crudele supplicium impensum Christo: ò Iesus Rex, tam indecenti morte coronatus: ò certè necessariu Adæ peccatum, quod Christi morte deletum est: ò felix culpa, quæ talem, ac tantum meruit habere Redemptorem: ò Crux gloria: ò Crux adoranda: ò Crux pretiosa: ò admirabile signum, per quod Diabolus est victus, & mundus Christi sanguine redemptus: ò Crux sancta, in cuius latitudine opera charitatis significantur, & in eorum perseverantiam longitudo ipsa demonstratur, in altitudine quidem spem coelestium præmiorum speramus: & inscrutabilia iudicia Dei in profunditate tua designantur: ò arbor nobilis, nulla Sylva talen profert fronde, flore, & germe: ò Crux sola excelsior super omnia ligna cedrorum; in te vita mundi pependit, in te Christus triumphauit, & mors, mortem superauit in eternum: ò arbor dignissima in medio Paradisi sita, in qua salutis auctor propria morte mortem omnium superauit: ò Crux præcellenti decore fulgida, quam Helena Cōstantini mater concupiscenti animo requisivit, & inuenit: ò nobile Trophæum Crucis, quod ab vniuersis Christicolis adoraris per secula: ò Crux Domini nostri Iesu Christi, nos in te gloriari oportet, in te enim pependit Christus, in quo salus, vita, & resurrectio nostra consistit: ò Crux Sancta adoramus te, & recolimus gloriosam passionem Domini nostri Iesu Christi, per quem saluati, & liberati sumus: ò Sacrum pignus dum reuelaris, Christi fides roboratur: adsunt prodigia diuina in virga Moysi primitus figurata: ò Crux cunctis astris lucidior, cum apparueris in Coelo, tu mirificè fulgebis, & obscurabis Celi luminaria, delapse

sisque Syderibus, sola radiabis: ò Crux mūdo célébris, hominibus multū amabilis, sanctior vniuersis, quæ sola fuit digna portare talentum mundi: dulce lignum, dulces clausos, dulcia ferens pondera, salua præsentem creaturam in tuis viribus confidentem. O nobile lignum dum exaltaris, Christi fides rutilat, dum ab omnibus veneraris, passionis Christi recolitur memoria: ò sancta Crux extollevis à cunctis Regibus: erigeris virga regia, in qua Saluator triumphauit: ò Crux venerabilis, quæ salutem attulisti miseris, quibus te efferam præconijs, quoniam vitam nobis Cœlitem præparasti? O Crux victoria, & admirabileignum, Dæmonem prostrato, fac nos captare triumphum. O Christe adoramus te, & benedicimus tibi, & sicut per Crucem sanctam, & sanguinem redemisti mundū: sic hanc creaturam tuam, Dæmonis viribus confractis, liberare digneris. O Princeps maledicte inferni, illas tuas diuitias, quas primus acquisieras, per terrestris nostram Paradisi amissionem, nunc perdidisti per Crucem: periiit omnis laetitia tua, in luctum conuersa sunt gaudia tua: dum maledicte, Christum suspendis in ligno, ignoras quanta damna sustinebas in inferno: præuidere non poteras: quia eversorem regni tui ad Crucem sine reatu aliquo perducebas.

H Y M N V S I N V E N T I O N I S Sanctæ Crucis.

Hymnum dicamus Domino,
Laudes Deo cum cantico,
Qui nos Crucis patibulo
Suo redemit sanguine.
Fidem refundens perditis,
Cœcosque visu illuminans:
Quem non graui soluit metu,
Latronis absolutio?
Qui mutans Cruce præmium,
Cum fide Iesum quæsijt,
Iustosque gradu prævio

Ad-

Aduenit Dei Regiam.
Opus stupent, & Angeli,
Penam videntes corporis,
Christoqué adhærentem reum
Vitam beatam carpere.
Mysterium mirabile,
Ut abluat mundi luem,
Peccata tollat omnium,
Emundans caro vitia.
Quid hoc extat sublimius,
Ut culpa querat gratiam,
Metumque soluat charitas,
Reddat mors vitam cœlicam.
Hamum sibi mors deuoret,
Suisque se nobis liget:
Moriatur vita omnium,
Resurgat vita hominum.
Cum mors per omnes transeat,
Omnes resurgent mortui.
Consumpta mors iœtu suo;
Perire se solam gemat.
Gloria tibi Domine,
Qui surrexisti à mortuis,
Cum Patre, & Sancto spiritu
In sempiterna sæcula. Amen.

A X O R C I S M V S.

O initime maledicte, Crucis Christi, fuge; Nam, ecce vexillum Φ redemptiois nostra; Ecce signum Φ æternæ maledictionis, & confusiois tuz. Ecce Φ amicis Dei præsidiū, & inimicis obstatulū: Ecce Φ in cuius vnicco Sanctissimæ Crucis signo debilitatis aufugis: Ecce Φ Crux sancta, quæ portas mortis, & seras pariter dirupit; destruxit quidē claustra inferni, & subiuerit potentia Diaboli; Ecce Φ Crux, q̄ tenebras suo splendore fugavit, & carceres illustravit; & captiuorū luctus in gaudiū cōmutauit;

R 3 Ecce

Ecce ♫ lignum triumphale, in quo Redemptor noster mortis vincula rumpens, te calidum aspidem superauit: Ecce ♫ lignum vitæ, in medio Paradisi platum: Ecce ♫ ligna holocausti, per Isaac ad montem portata: Ecce ♫ baculus Iacob, quo transiuit Iordanum: Ecce ♫ scala, quā vidit Iacob pertingens usque ad Cœlum. Ecce ♫ arca Noe, in qua saluantur Iusti: Ecce ♫ lignum, per quod facta est dulcis aqua amara: & quo bis percusso Silice, & petra Horeb, ut biberet populus, exierunt aquæ largissimæ: Ecce ♫ lignum, in quo, vinum suauissimum exiit, lætitians corda hominū, & Angelos. Ecce ♫ virga fortis Aaron: Ecce ♫ lignum, in quo Serpens æneus suspenditur: Ecce ♫ Clypeus Iosue, & Arca Dei: Ecce ♫ baculum in manibus Daud. Ecce ♫ Cithara, qua Dæmon Saulis compescitur: Ecce ♫ baculus Heliæ fuscitans mortuos: Ecce ♫ lapis, & gladius, quo prostratus est impius Golias: Ecce ♫ pugio, quo Holophernes decapitatus est: clavis, & malleus, quo mortuus est Sisara: ecce ferulum Salomonis: Ecce ♫ virga, qua per Angeluum Domini taetas carnes, & azimos panes igne de petra accenso deuorauit. Ecce ♫ lignum, in quo verè vngutur Reges, & vera pinguedo exiit, qua vtuntur fideles. Ecce ♫ arbor Danielis: Ecce ♫ lignum, quod Paradisum ante quinque millia, vel amplius ferè annos clausum nobis aperuit, & per quod venit gaudium in vniuersum mundum. Ecce ♫ lignum super omnia ligna, ramus super oēs ramos, & arbor super omnes arbores: sub cuius umbra electi dulciter, & securè dormiunt. Ecce ♫ lignum, quod cū magna insultatione persecutores Iudei Domino procurarunt, nunc verò magna fiducia serui eius, & reges in fronte semper portabunt: Ecce ♫ lignū, in quo fides nostra ascendit, & in fluctibus diuerorum cogitationum nauigantes, te prostrato, ad portū perdūcimur. Ecce ♫ hamus, quo Læviathan capit, & torcular, quo sanguis Christi exprimitur: Ecce ♫ in qua pretium nostrum, peperit, & Regnum. Ecce ♫ mortis remedium, quod destruxit vincula criminum: Ecce ♫ supplicium, quod Dominus elegit, ut sublimiorē victoriam

nobis pararet: Ecce ♫ signū quod redarguet peccatores, ostendens clauorum foramina, & crucifixi sanguinem, & vulnera: Ecce ♫ lignum quod erit in Cœlo, cum Dominus ad iudicandum venerit. Ecce ♫ signum amoris, valoris, honoris, decoris, defensionis, & redēptionis, signumque terroris, & æternæ cōfusionis. Ecce ♫ felix ille triumphus, in cuius virtute, omnia Sacra menta perficiuntur. Ecce ♫ lignum, ad cuius contactum resurgunt mortui, & Dei magnalia reserantur. Ecce ♫ clavis Paradisi, quæ ad Celum de terra traxit Latronem: Ecce ♫ crux, qua tunc nihil intolerabilis, nūc verò nihil gloriosius: Ecce ♫ Crux perpetuum scutum Christianorum, & resurrectio mortuorum: Ecce ♫ Crux desperatorum, & male viventium pena: Ecce ♫ Crux: Dux coecorum, & claudorum baculum: Ecce ♫ Crux consolatio pauperum, & refrænatio diuitium: Ecce ♫ humili exaltatio, & superborum destractio: Ecce ♫ contra Dæmones triumphus, & sustentatio inopum, Ecce ♫ Crux fugatio Dæmoniorum, & requies tribulatorum: Ecce ♫ Crux conquaſatio Idolorū, & dissipatio maleficiorū. Ecce ♫ Crux tremor Inferni, & Sathanæ morsus: Ecce ♫ Crux gubernatrix nauigantium, & periclitantium portus: Ecce ♫ malignantium humilatrix, & conciliatrix discordantium: Ecce ♫ Crux auxiliatrix impotentum, & pereuntū remedatrix: Ecce ♫ Crux mater Orphanorum, & defensio Viduarum: Ecce ♫ Crux de Diabolo victoria, & impiorū perditio: Ecce ♫ Crux custos parvulorum, & conciliatrix iuſtorum: Ecce ♫ Crux lumen in tenebris, & bonorum finis: Ecce ♫ Crux agrotantium medicina, & palma vita æterna: Ecce ♫ Crux fundamentū Ecclesiæ: Nam humiliauit ſemetipsum Dominus factus obediens usque ad mortem, mortem autem Crucis: propter quod, & Nomen exaltavit illum, & dedit illi nomen, quod eit super omne nomen, ut in nomine Iesu, omne genuflexatur cœlestium, terrestriū, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia, Dominus noster Iesus Christus in gloria est Dei Patris.

HYMNVS SANCTI AMBROSI,

de Passione Domini.

Hymnum dicamus Domino,
Laudes Deo cum cantico,
Qui nos Crucis patibulo
Suo redemit sanguine.
Die decursu ad vesperum,
Qua Christus morti traditur,
Ad coenam venit impius,
Qui erat Christi proditor.
Iesus futura nunciat,
Cenantibus Discipulis:
Vnus ex discubentibus
Ipse me traditurus est.
Iudas mercator pessimus,
Osculo petit Dominum
Ille, vt Agnus innocens,
Non negat Iudea osculum.
Denariorum numero
Christus Iudeis traditur
Innocens, & innoxius,
Quem Iudas tradit impius.
Præses Pilatus proclamat
Nullam culpam inuenio,
Ablutis aqua manibus,
Christum Iudeis tradidit.
Fallaces Iudei impij,
Latronem petunt viuere:
Christum accusant grauiter
Crucifigatur, reus est.
Et Barabbas dimittitur,
Qui reus mortis fuerat,
Vira mundi suspenditur,
Per quem resurgunt mortui.
Gloria Patri Domino,

Glo-

Gloria unigenito,
Vna cum sancto Spiritu,
In sæculorum secula. Amen.

Coniuero \ddagger te, per Crucem Sanctæ, quæ via regia est: quia tota vita Christi, Crux fuit, & martyriū: & tota vita iustorum fuit, & est circunsignata Crucibus, tribulationibus, & miseriis; quæ ob amorem, & confermitatem Crucis Christi conuertuntur ad consolationes diuinæ. Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat Crucem suam, & sequatur me. Coniuero \ddagger te, per \ddagger Crucem, quæ arcta via est, quæ dicit nos ad salutem. Non est maior seruus Domino suo, nec discipulus super Magistrū. Ideò soli serui Crucis inueniunt viam beatitudinis, ac vera lucis, quæ est Iesus Christus. Coniuero \ddagger te, per \ddagger Crucem, quæ dicit nos ad viam rectissimam: ad veritatem supremam, ad vitam veram, beatā, & increatam. Coniuero \ddagger te, per Crucem, quæ docet nos veritatem, dicens: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata: Si vis exaltari in Cœlo, & regnare cum Christo, porta Crucem cum illo. Coniuero \ddagger te, per Crucem, quæ si quis libenter de manu Domini peccabit usque ad mortem, perget cū eo Christus, & erit semper secū Iesus. Coniuero \ddagger te, per Crucem Dominicam, quæ est signum in vestibus Sacerdotali bus ante, & retro positam: Ante, vt Christi vestigia libenter sacerdos inspiciat, & sequi frequenter studeat. Post se crucem signatus est, vt aduersa quilibet illata ab aliis, & quanimitter pro Deo tolleret: Ante se Crucem gerit, vt propria peccata lugeat; Post se, vt a liorum etiam commissa, per compassionem defleat, & se medium inter Deum, & peccatorem constitutum esse sciat, vt misericordiam, & gratiam impetrare mereatur. Coniuero \ddagger te, per crucem, in qua pendens Iesus Christus à Dæmoniaca servitute mundum redemit: Nam Diabolo tradebas, eum, timens, ne per eius doctrinam euelleretur de manu tua genus humanum; non aduertisti tamen, maledicte, quoniam potius per mortem, quam per doctrinam, & miracula, erat genitus humanum redimendum. Coniuero

iuro Ḧ te, per crucem sanctam, quæ Diabolo superato, est tanquam trophyum in frontibus fidelium: O maledicēte, de morte pessima cogitabas: Nam pendes Christus siquidem in ligno crucifixus claviis ad lignum pedibus, manibusque confixus, producta morte necabatur: Et diu viuebat in cruce, non quia longior vita eligebatur, sed quia mors ipsa protegdebatur, ne dolor citius finiretur. Coniuro Ḧ te, per crucem, quæ plantata fuit in medio terræ, ut ad capescendam Dei cognitionem vniuersis gentibus esset æqualis. Coniuro Ḧ te, per crucem, quæ Iesu Christi tribunal fuit, in medio enim Iudice constituto, vnum latro, qui credidit, liberatus, alter, qui insultauit, damnatus est: iam significabat, quod facturus est de viuis, & mortuis: alios posuituros ad dexteram, alios verò ad sinistram. Quantum autem valeat virtus crucis, attende, maledicēte: Contempsit Adam præceptum, accipiens ex arbore pomum, sed quidquid Adam perdidit, Christus in cruce inuenit; de diluio aquarum humanum genus Arca lignea liberavit: De Ægypto, Dei populo recedente, Moyses mare virga diuisit: Pharaonem submersit, & populum Dei redemit: Idem Moyses lignum in aquam misit, & amaram aquam in dulcedinem comunitauit. Ex lignea virga de spirituali petra salutaris vnda profertur, & vt Amalech vinceretur circa virginem Moyses expansis manibus exten-ditur: Et lex Dei Arcæ testamenti creditur lignæ, ut his omnibus ad lignum crucis, quasi per gradus quosdam veniatur: In hoc excelso ligno sanctæ crucis, nō sub tecto passus est Christus, ut ipsius veris natura mundaretur, & terra decurrentis de latere sanguinis stillatione mundaretur. Coniuro Ḧ te, per sanctam crucem, quæ non solù fuit lignum illud, ubi erant fixa membra mortentis, sed etiam fuit cathedra Magistri docentis. Cōiuro Ḧ te, per sanctam crucem, qua Dæmones humiliantur, devincuntur, & debellantur: Nam ubi hoc signum Ḧ sanctæ crucis cū fide, & Dei timore præcesserit, ibi inimicus nihil nocere poterit: quia in cruce salus, in cruce vita, in cruce protectio ab hostibus, in cruce infusio supernæ suavitatis, in cruce ro-

bur

bur mentis, in cruce gaudium spiritus, in cruce virtus summa, & in cruce perfectio sanctitatis consistit. Coniuro Ḧ te, per sanctam crucem, quæ semper, & ubique parata est, & expectat hominem: conuertat se homo supra, conuertat se infra, conuertat se intra, & extra, & in omnibus inueniet crucem ad perpetuam merendam coronam: Nā praecessit Iesus Christus baiulans sibi crucem, & mortuus est in cruce, pro redemptione nostra; vt etiam homo poterit crucem, & mori affectet in cruce; quia, si quis cū Christo mortuus fuerit, cum Christo pariter vivet: Et si illi socius fuerit penæ, socius erit, & gloria: Nam non est salus animæ, nec spes æternæ vita, nisi in cruce; non est alia via ad vitam, & ad veram, internamque pacem, nisi via sanctæ Crucis, & quotidiane mortificationis. Coniuro Ḧ te, per crucem Iesu Christi, quam noluisti indisciplinatè, libenter portare, sed abiecti, & tandem aliam inuenisti, valde gravissimam, quam iniuste portas, & teipsum granat, & vt suffices ad æternam damnationem arctas. Contemplare, Maledicēte, Christū propter hominis sceleris in cruce pendentes, meditare vulnerum, Christi squalorem, sceleris interficiēt, & confundere. Coniuro Ḧ te, per Iesum Christum, qui prothoplasti facinus; quod per ligni vetiti galum in genus humanum derivatum est: per idem lignum, simulque nostra affligens delicta delere dignatus est. Coniuro Ḧ te, per sanctam crucem, quæ est baculus, quo Peregrini infirmi, & debiles, senes, & decrepiti, boni, & mali, perfecti, & imperfecti, viuosi, & vitiosi semper indigent ad sustentandum. Coniuro Ḧ te, per crucem, quæ lancea est data fidelibus ad propugnandum; quæ tanquam sagitta à longe percutit hostes: Nam per crucem Christus Dæmones superauit, vt si quis per memoriam, & deuotionem ista lanceam sanctæ Ḧ crucis habuerit, nunquam canis inferni eum laderet, nunquam hostis sub dolorem inuidat, nunquam Leo rugiens eum confundat. Coniuro Ḧ te, per crucem, quæ est sancta scala ad ascendendum, quæ stetit super terram in Christi passionem, & cacumen eius texit cœlum, Solem eclypſando, & praua celi luminaria obte-

obtenebrando: Et Christus cōfixus scalæ, morte sua genus redemit humanum placatum facies Deo Patri. Coniuro **¶ te**, per crucem, quæ sedes est ad quiescendum: Nam & agitatio carnis, & sollicitudo tentans mentem, & vanitas mundi inquietans oculos, & furor nefandorum operum procul compellitur, & fugatur, & mentem reddit quietam. Coniuro **¶ te**, per crucem, quæ scala est ad dindendum, in ea contemplatiui vacant in animi amaritudine passionem Christi tractantes; in ea actiui exercentur, dum Christi præceptoris diuini doctrinā erudituntur; docet in ea Christus Magister noster humilitatem, dum inclinato capite pendet in Cruce: docet misericordiam in pauperes, dum pendet perforatis, & apertis manibus; docet mortificationem carnis, dum pendet corpore lacerato vulneribus, docet mansuetudinem, dum sustinet contumelias, & irrisiones; docet parsimoniam, dum potatur felle, & acero; docet indulgentiam offendarum, dum orat pro erucifigientibus; docet paupertatem, dum iacet in cruce, nec habet Rex vniuersi, ubi caput suū reclinet: docet beatitudinem hos, qui in cruce eruditii, tollunt crucem suā, & sequuntur Magistrū suum Christum. Humiliare ergo Maledicēte, sub signaculo sancte Crucis, & fuge ab hac creatura, pretioso sanguine redempta: Nani nulla portio est tibi cum seruis Dei, quorū hereditas est Crux Christi: Fuge in nomine Patris, **¶** & Filii, **¶** & Spiritus **¶** sancti. Amen.

E X O R C I S M V S X.
Beata Virginis Mariae validissimus.

Deus **¶** in adiutorium meum intende.
Domine **¶** ad adiuuandum me festina.
Gloria Patri, & Filio, &c. Alleluia.
Domine exaudi orationem meam.
Et clamor meus ad te perueniat.
Dominus vobiscum.
Et cum spiritu tuo.
Oremus.

O fol³

O Sola sperantium omnium spes Maria Regina coelorum, & tribulatorum piissima consolatrix, propter illas te precamur angustias, quas in acerbissima Passione, & ignominioso Crucis patibulo dulcissimi Filij tui sustulisti; quatenus huic Dei creaturæ à Dæmonibus vexata tua pietate subuenias, ne corpus eius ab his maledictis ulterius torqueatur, nec insidiis anima circundetur. Per Filium tuum dulcissimum Iesum Christum Dominum nostrum. Amen.

H I C P O N A T M A N V S S V P E R
caput Dæmoniaci, & dicat.

E X O R C I Z A T I O .

Exorcizo te N. creaturam Dei infirmam, per Deū trinum, & unum, qui Mariam Virginem sibi in spōsam, & Matrem elegit, & per ipsius Matri, & Sponsæ aeterni Dei, te exorcizo, ut efficiaris creatura potens, ad conuafandum, & dissipandum omne opus Diaboli, & ipsum maledictum cum operibus suis fugandū, in nomine eiusdem Trini, & uni Dei, eiusque Matris, & sponsæ regnantis in secula seculorum. Amen. Oremus.

O Maria Virgo fugatrix Dæmonum, & maleficiorum dissipatrix, ne hæc creatura, ad imaginem, & similitudinem Filij tui creata, ulterius crucietur, succurre; & preces nostraras, quas auribus tuis pietatis, & misericordie offerimus, exaudi; vt te adiuuante, tormenta Dæmonum non timeat, sed desideratam sanitate in tuo pio interuentu obtineat. Per Iesum Christum Filium tuum crucifixum, & nunc regnante in secula seculorum. Amen.

Aspergat N. aqua benedicta: Et eleuatis oculis ad coelum, dicat.

Sub tuum refugium configio Regina miseri, & te protegente de hoc superbo, securus triumpfū reportabo.

CON-

C O N T R A T I O.

Coniuero te, \ddagger siue vos Dæmones, ut hanc creaturam Dei hberæ relinquatis: per glorioſam concepcionem, & nativitatē Mariæ Virginis, in cuius nativitate omnium beatorum Angelorū copioſa multitudine de celo descendit, quæ omnis generis musicorum, sonitum dulcissimum reddebat suauissimaque hæc carmina mellifluis, & inefabilibus concentibus decantabant: Gaudium sit vniuerso mundo, quia nata est Regina noſtra, cuius fructu reparanda est generis humani ruina, hostiunque superborum capita ſunt conterenda: Et ut pueram tam pulchram, tamque speciosam cernere poſſent, vndique gentes concurrebant; ac adeò ex huius ſacratissima miri odoris fragrantia emanabat, tuisque facies formoflora tam lucidi splendoris radios emittebat, ut omnes in ſtuporem conuerteret, nullusque vultus illius elegantiam fixis oculis valeret inueri. Per ipſam te coniuero \ddagger in cuius nativitate gauifia et Sanctissima Trinitas: Pater de nobilissimæ, ac iucundissimæ filie ſuæ orti: Filius de nativitate dilectissimæ Matris: & Spiritus sanctus de dignissimo ſuæ Sponsæ habitalo: gauifia ſunt sancti Patres in Limbo, & tota generatio humana, quia hæc nativitas viſtoriam de te ſuperbo futuram, & ſalutem mundo nunciabat: Hæc enim virgo benedicta, non ſolum Liber generationis Iesu Christi est, ſed etiam omnium ſalvandorum. Coniuero \ddagger vos, per nobilitatem Virginis Mariæ, quæ ex multis Regibus, Patriarchis, Ducibus, Prophetis, & Principibus nata, & ex multis Doctoribus, ſummis Pontificibus, viris strenuis, & fortibus orta eft: adeò quod tota nobilitatem humana, quam habuit Christus, ab ipſa Maria Matre ſua benedicta fuſcepit. Coniuero \ddagger vos, per eius Sanctum nomen, quod eft M A R I A: Et ſicut ex quinque literis componitur, ſic ex proprietatibus quinque lapidum pretoſorum ornatur; Per M. dicitur Margarita, quæ ab humoribus ſuperfluis membra abſtergit, fluxum ſanguinis, & ventris reſtringit:

&

& cor debile confortat, & fortificat: Sic Maria eft Margarita, quæ abſtergit per gratiam peccata noſtra præterita, reſtringt animum, ne fluant ad futura, confortat, & fortificat cor contra mala præſentia. Coniuero \ddagger per litterā A. qua dicitur, Adamas, qui eft gemina reconciliationis, & amoris: Sic Maria recōciliauit Deo genus humanum, & amorē, & amicitiā inter eos induxit: Per litterā R. Ideſt generas Rubinū, qui naſcitur in viſceribus Saphiri, habentis ſplendorem, & colorem coelestem: Sic Maria, in ſuis viſceribus operatione Spiritus sancti generauit Rubinū Chriſtum Dominū noſtri. Coniuero \ddagger per litterā I. qua dicitur Iaspis, reddentem hominem, qui illū geſtat, ſecurū, & ſine timore: Sic Maria omnes habentes ipsius Virginis adiutoriorum ſecuros facit ab omnibus malis, & periculis. Coniuero \ddagger quoque per vltimā litteram A. qua Maria dicitur Alectorius, qui ad honō fortunā habendam, & conſequendos honores prodeſt: Sic ſi Mariam diligenter ineſpexerimus, nihil eft virtutis, nihil ſplendoris, nihil gratiæ, & gloriæ, quæ ex ipſa in nobis nō reſplendeat. Coniuero \ddagger vos, per sancta nomina aſſimilata Mariæ: ipſa enim dicitur Mater vniuersorum \ddagger Arca theſaurorū Dei \ddagger Paradisuſ deliciarū \ddagger Hortus \ddagger Cedrus \ddagger Cypressus \ddagger Palma \ddagger Rosa \ddagger Oliua \ddagger Platanus \ddagger Balsamū \ddagger Myrra \ddagger Vitis \ddagger Galbanus \ddagger Liliū \ddagger Scala Cœli \ddagger Porta Pa- radisi \ddagger Mare \ddagger Ros \ddagger Luna \ddagger Sol \ddagger Terra \ddagger Arcus celeſtis. \ddagger Collum \ddagger Colubra \ddagger Elephas \ddagger Ovis \ddagger Ebur \ddagger Dies \ddagger Fons omnium gratiarū \ddagger Nauis ſecurifima \ddagger Nubes \ddagger Mons Synai \ddagger Thronus \ddagger Vellus \ddagger Lux \ddagger Vas Dei \ddagger Rota Dei \ddagger Sedes Dei \ddagger Ciuitas Dei \ddagger Caſtelli \ddagger Stella matutina \ddagger lignū vitæ \ddagger Speculu perfectionis \ddagger Bonitatis metrum \ddagger Puteus aquatum viuentium \ddagger Regula morum \ddagger Auriga virtutum \ddagger Via ſalutis \ddagger Sponſa Dei \ddagger Mater Christi \ddagger Spiritus sancti Templo \ddagger Palatiuum ſuperni Imperatoris \ddagger Hospitium Deitatis \ddagger Cella Dei aromatica \ddagger Tronus diuinæ largitatis \ddagger Dispensatrix omnium gratiarum \ddagger Imperatrix vniuersum \ddagger Dominatrix Dæmoniorum \ddagger Debellatrix Principium tene-

tenebrarum & virga Demonū & Pavor Inferni & Gloria omnium Christianorū & Auxiliatrix potentissima & Adiucata prudentissima & Mediatrix efficacissima & Medicina peccatorum & Salus desperantium & Consolatrix afflictorum & Sanitas infirmorū & Liberatio captiujorum & Defensio oppressorū & Portus salutis & Ciuitas refugij tutissima, & Coniuro & vos, per Mariæ Virginis intellectu dono sapientia, & intelligentia taliter dotatū, ita ut fuerit super omnes doctissima: per eius voluntatem repletam thefauro charitatis, & ardore diuini amoris; per eius memoriam, respiciemt toto mentis affectu diuina mandata, & beneficia, ceteraque salubria. Coniuro & vos, per potentiam cōcupiscibilem ipsius beatæ sponsæ repletam desiderio, perpetuo aeternorū gaudiorū Patriæ Cœlestis; per irascibilem sic in Maria ordinatam, vt nunquā in aduersis cōturbata sit: Ind mirabilis patientia, & mansuetudine omnia toleravit. Coniuro & vos, per honestatē eius; Nam post Christum fuit Maria exemplum, & speculum honestatis, iuxta illud fructus mei, fructus honoris, & honestatis. Coniuro & vos, per præsentationem Virginis Mariæ in Templo, quæ à multis Angelis associata, & ante fores Templi, tertio suæ aetatis anno præsentata, quindecim gradus Templi ita velociter, & hilariter ascendit, vt se seruitiis Dei māciparet, quod Ioachim, & Anna obitupuerunt, & Pontifices mirati sunt: magnam quoque festiuitatē fecit Deus in deductione Spōsæ suæ ad Templum, videns eā iam calcantem terrestria, & celestia appetentem. Coniuro & vos, per despousationem Mariae Virginis Ioseph, quæ quidem despousatio fuit facta, vt per generationem Ioseph, origo monstraretur Mariæ, & de sua castitate testis haberetur, & ne lapidaretur à Iudeis: Et tādem, vt partus Mariæ celaretur tibi Diabolo, quia nō de Virgine, sed de vxore generatum putabas. Coniuro & vos, per annunciationem Mariæ, & per mysteriorū dialogum inter eam, & Gabrielem factū: Nam dixit Paranimphus ille, Ave gratia plena, Dominus tecum. O quam Diabolo valde odiosa est hæc salutatio; Nam quoties dicitur, Ave

Maria.

Maria gratia plena, toties audit maledictus ille tonitruum, quo territur, confunditur, & percutitur: & turbata Virgo ob nouitatem salutationis, subiunxit Dei legatus: Ne timemas Maria, innenisti gratiam apud Deum: Ecce concipies in vtero, & paries Filium, & vocabis nomen eius Iesum: Hic erit magnus, & Filius Altissimi vocabitur; & dabit illi Dominus sedem David Patris eius, & regnabit in domo Jacob in aeternum, & Regni eius non erit finis: Cui Maria. Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? At Angelus Gabriel modum exponens, subiunxit. Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obrumbauit tibi; ideoque, & quod nasceretur ex te Sacrum, vocabitur Filius Dei: Tunc Beata Virgo, cum profundissima humilitate, genibus flexis, manibus mentis, pariter & corporis eleuatis, præbuit assensum, dicēs: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum, itaque à seculo non est tale arcanum diuinitatis auditum, quia in instanti procedēs Filius à Patre, tanquam Sponsus de thalamo suo, nuptialem thronum ingreditur: Et sic diuinitati sponsatur homo, & præmium accipit caro, quia Verbum caro factum est: In cuius sponsalibus gaudus gratiosum decretum condonauit Deus, quia quidquid eū offendat mundus, relaxauit. Coniuro & vos, per Mariam, quæ speciosior, & dignior facta fuerat, quam totus mundus: quia Iesum Christum, quem totus mundus capere non poterat, in angusto cubiculo vteri sui sola suscepit. Coniuro & vos, per magnam clementiam Deitatis, quam constituit ipse Deus Beatae Virginis Mariæ, quæ sine virili semine; Sed Spiritus sancti operatione manet, & Virgo concepit intacta: Virum non cognouit, & Mater est; & post Filium editum virgo permanuit. Duobus enim gauila est munieribus: Miratur quod peperit: Lætatur, quod edidit redemptorem Iesum Christum Dominum nostrum, & virgo inviolata permanuit. Coniuro & vos, per Virginem Mariam, quæ dedit principium aeternitati; vniuersali infinitati dedit quantitatem corpoream; aeternam, pulchritudinem nouā pulchritudinem; dedit Maria gloriam Celsis: Deum

S terræ

terra; pacem hominibus; ordinem vitæ; & disciplinam
mōribus; posuit Maria frenum Inferno, & Dæmonibus,
& vitiis: Maria Stella est, qua concepit Solem; creatura
est, qua cōcepit Creatorem; ancilla est, qua facta est Dei
Filia, Spōsa, & Mater; Imō, & Domina: Benedictiones om-
nes, quas habuerūt Dominae veteris Testamenti sparsim,
& sigillatim hæc virgo Maria, vñā simul cōplexa est: Om-
nes dignitates, & mysteria Angelorum, omnes excellen-
tias Prophetarum, & Patriarcharum, omnes perfectiones
creaturarum, ipsa sola excellentiori modo in se vñā com-
præhendit; Quid ergo nobilius? Quid splendidius? Quid
cautius? Quid excellentius Dei Matre? ab eius narratione
balbutiunt omnes lingue, & excutiuntur omnes intelli-
gentie: Nam fecit ei magna Dominus, qui potēs est. Con-
iuro Ḧ vos, per visitationem Beatae Virginis, quæ abiit in
montana diuinorū Sanctæ Trinitatis, in montana Ange-
lorum, & Sanctorum omnium, in montana profundissimæ
humilitatis, & visitavit Elisabeth, quæ vt audiuit saluta-
tionem Mariæ, exultauit infans in utero eius, & repleta
Spiritu sancto exclamauit, Benedicta tu inter mulieres, &
benedictus fructus ventris tui. Coniuro Ḧ vos, per par-
utionem Virginis Mariæ, in qua sacratissima nocte, & ho-
ra facta est de Cœlo maxima lux, quæ totum mundi il-
luminauit, & cum ea descendit maxima multitudo Ange-
lorum ex omnibus Hyerarchiis dulcissimè, ac suauissimè
caneant: Aperiatur terra, & germinet Saluatoris; At
ipsa virgo beatissima tota absorpta in Abysso diuinæ con-
templationis; & consolationis, eleuatis deuotissimè mani-
bus, & oculis in Cœlū, & genibus flexis, peperit dulcissi-
mum filium suum, qui ab ea, tanquam radius de luce pro-
cessit, & quem ipsa virgo, & Mater, & Ioseph, & Angeli
adorauerūt, cantantes: Speciosus forma præ filiis hominū,
diffusa est gratia in labiis tuis, propterea benedixit te
Deus in æternū. Cōiuro Ḧ vos, per Mariam, quæ fuit Mater
immaculata, Mater incorrupta, Mater intacta, Mater Dei
vñigeniti Domini Regis omnium, Saluatoris, & Redem-
ptoris omnium, quam Dei conceptus non turbat, partus

non

non cōfundit auditus, quia virginitas quidquid est huma-
ni pudoris excusat, & vi est interpres Angelus, fides Pronu-
ba, dispensatio, castitas, donatio, virtus, iudex, cōscientia,
causa, Deus, conceptio, integritas: virginitas, partus, & vir-
go, Mater. Coniuro Ḧ vos, per purificationem Mariæ,
qua licet, non indigeret purificatione, quia habitaculum
erat Spiritus sancti, hoc tamen fecit ratione humilitatis;
vt Templum sanctificaret, vt legem probaret, & seruaret,
vt prophetia implerentur & figura cessarent: & tandem
vt mysterium tibi Diabolo celaretur. Coniuro Ḧ vos, per
acerbitatem dolorum Mariæ, quam in Passione vñigeniti
Filij habuit: Nam singultos toto pectore mesta trahebat,
amaræ lachrymæ, initia fluminis, ab oculis emanabant,
cœlum, terra, & aer suspiriis resonabant miseræ Matri;
infinitis doloribus, & martyriis tota fuit repleta benedicta
illa in triduana perditione Filij. Coniuro Ḧ vos, per admirabilem ascensionem Virginis Mariæ, quæ assumpta est in
Cœlum, cum processione solemniori, quæ vñquam facta
fuit in Paradiſo; cum honorabili societate dulcissimi Filij,
totusque Curia Coelestis, cum ineffabili iocunditate in
Cymbalis, & Psalteriis, in Cytharis, & Tubis, in organis,
& lignis diuersi generis musicorum, & sonuum, & ad
dexterā vñigeniti Filij sui in Throno gloria supernæ Hie-
rusalem est collocata. Coniuro Ḧ vos, per ipsam assump-
tionem, quæ fuit yobis Dæmonibus terribilis, quia ab isto
caliginoso aere, in quo habitabatis, penitus aufugistis à
tam terribili societate perterriti; vulnerati à tam ineffabili
iocunditate; excaeci à tam mirabili claritate; tremefacti
à tam terribili potestate: Nam facta sunt tonitrua, & vo-
ces, & fletus, & lamentationes Dæmonum in ipsa Gloriola
Assumptione Virginis, quæ tanquam tonitruum, & ful-
men percussit Maria secundam Dæmoni maledictam. Con-
iuro Ḧ te, per Virginem Mariam, quam Christus multi-
plici honoris prærogativa virginalem munditiam adeò
magnificè sublimauit: in Assumptione humanæ naturæ,
Matrem Virginem eligeret: de qua immaculata immacu-
latus prodiret: Omnia in maculas purgaturus; quæ sancta
gen-

genitrix virginitatis primiceria; summè resplendens à dextris Filij super omnes Angelos exaltata; Dux & Magistra virtutum: quis Agnum; Sponsa Sponsum; Mater Filium prævia comitatur non solum Naturæ Angelicæ imitatrix, sed angelicis Choris prælata: Cum Rege Regum, quem de sinu Patris exhausit fœliciter gloriatur. Coniuro \ddagger vos, per coronationem Mariæ: fuit enim amicta, & corona triplici Sole amoris, scilicet, splendoris, & fulgoris, & duodecim Stellis: Nam Seraphim mirantur, & laudant in Maria charitatem, tam succéssam, & Cherubim sapientiam tam profundam: Throni potestatem, & quietem in ea, sic tranquillam; & Dominationes tantam Mariæ super Angelos præminentiam extollunt: Virtutes, de efficacia miraculorum Virginis: & Potestate de tanta super Dæmones potentia mirantur, Principatus laudent prouidentiam Mariæ de omnibus Regnîs; & Archageli eius diligentiam de omnibus locis; Angelitatem Mariæ de omnibus, & singulis hominibus custodiâ; & Martyres in tribulacione eius constantiam magnificat: Cœlestes de tanta Virginis sobrietate, & temperantia: Virgines vero, de fata ipsius puritate, & munditia mirantur: Imò omnes Angeli, & beati ipsi Mariæ Virginî famulantur, tanquam suæ Imperatrici: Angelicis est enim stipata Choris: Archagelorum vallata turmis: Thronorum hincinde possessa iubilationibus: Dominationum circumcincta tripudis: Principatum, circumspecta obsequis: Potestati amplexata plausibus: Virtutù girata honoribus: Cherubim, circustantia hymnis: Seraphim vndique circunfusa ineffabilibus canticis: Apostolorum splendidissimus ordo ineffabili laude illam extollit: Martyrum exercitus supplicat Dominæ suæ: Confessorum multitudo innumerabilis incessabile ei personat canticum: & Virginu candidissima concio incessabili voce Mariæ gloriam celebrat. Coniuro \ddagger vos, per ipsam coronationem Mariæ, quæ fuit coronata duodecim priuilegiis, scilicet, Cœcorum illuminatione; lapsorum eleuatione; Surdorum purgatione; Afflictorum consolatione; Desolatorum adiuuatione; in aduersis roboratione; indurato-

rum mollificatione, viæ salutis demonstratione, in hora mortis subuentione, Dæmonum fugatione, contra ignem Purgatorij refrigeratione, sua præsentia tandem omnium beatorum lxtificatione, & delectatione. Coniuro \ddagger vos, per triplicem coronam Virginis Mariæ, sicuti Imperatores triplici corona, ferrea, argentea, & aurea, coronantur; Sic Imperatrix Maria coronata fuit, corona ferrea in signu fortitudinis, quia caput antiqui Serpentis contrivit; corona argentea in signum puritatis, quia nihil candoris, nihil splendoris, nihil luminis, quod non resplendeat in Virgine Maria; Corona aurea in signum superioritatis, & sufficientie; Quia tanta est Mariæ perfectio, quod verè digna fuit esse Domina Monarchia totius mundi. Coniuro \ddagger vos, per Mariam Cœlo Sydereo comparata propter ornamentum, motum, & effectum; Sicut Cœlu est ornatum varietate Stellarum: Sic Maria diuersitate virtutum; Cœlum hoc mouetur, & feci omnes inferiores Cœlos quotidie circuducit. Ita Maria, omnes Sanctos ad intercedendum pro nobis secum adducit, mediâ Cœlo Sydereo, & suis luminaribus terra fecundatur in fructibus, & multiplicatur auro, argento, & lapidibus pretiosis: Sic Maria totam Ecclesiam illustrat suis exemplis, & fœundat spiritus sancti donis, & gratiis preciosissimis. Coniuro \ddagger vos, per Mariam Cœlo Chrystallino assimilatam, in quo sunt aquæ, quæ super Cœlos sunt in modum Chrystalli soliditate; Sic cogitationes, & affectiones humanae, in Maria fuerūt solidæ in bono confirmatae. Coniuro \ddagger vos, per Mariam, quæ dicitur Cœlum Empyreum, propter ineffabilem claritatē, quia tota lucet, & splendoribus plena est, & sic nullus locus est maioris capacitatis Cœlo Empyreo, sic Maria fuit tanta humilitatis, & charitatis capax, ut habitatione Dei facta sit, & Deum in utero suo portauerit, & super omnes creaturas materiales, rationales, & intellectuales collocata sit. Coniuro \ddagger vos, per dolores Mariæ, qui in Passione dilectissimi sui Filij Iesu Christi eius pertransierunt animam, & fugientibus Apostolis ante Crucem stabat ipsa piisque spectabat oculis Filij vulnera. Præcipio

Ftandem, tibi maledicte, vt recedas ab hac creatura, per Mariam fontem supernę gratię, & armarium omnium diuiniarū sapientiæ, & scientiæ Dei. Fugo **F**te, per Mariam principium nostri amoris, & recuperatricem perditi orbis: Præcipito **F**te in barathrū, per Mariam sagittā cōtra te Serpentem antiquum, & ab æterna morte fidelium vivificatricem. Disperdo **F**te, per Mariam pontem periculosis huius mundani fluminis, & portinariam Paradisi: Prosterno **F**ves, per Mariam fidelissimam adiutatam ante nostrum Iudicem, & aquam melliflumam, quæ dat bibere omnī sitienti. Coniuro **F**vos tristem, vt ab hac creatura Dei fugam pareatis, per Mariam lignum, virgine plantatum in medio Paradisi, profrebas benedictum fructum, & per ipsam Mariam arcum frœderis ie nipterni, positum in nubibus Cœli, ne interficiatur o nnis ebro, recede ergo: In nomine Patris, **F** & Filii, **F** & Spiritus **F** Sancti. Amen.

E X O R C I S M V S X.I.
*De comminationum Clementia Iesu Christi
circa genus humanum.*

Deus **F** in adiutorium meum intende.
Domine **F** ad adiuuandum me festina.
Gloria Patri, & Filio, &c. Alleluia.
Domine exaudi orationem meam.
Et clamor meus ad te perueniat.
Dominus vobiscum.
Et cum spiritu tuo. Oremus.

Omnipotens æterne Deus, nonne Ioseph in tempore angustiæ factus est Rex Ægypti? David in sua misericordia consecutus est sedem Regni in secula? Ananias, Azarias, & Misael credentes liberati sunt de flâmis? & Daniel, in sua simplicitate liberatus est de ore Leonum? nonne omnes sperantes in te, non infirmantur, Domine? Sic, & nobis, quæsumus, succurre placatus in brachio tuo extento, & libera hanc creaturam tuam à vexationibus Dæmonum: Ita vt in hoc tempore angustiæ misericordiam, & gra-

gratiam tuam consequatur. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

H I C I M P O N E N D O M A N V S
super caput vexata, dicat.

E X O R C I S M V S.

Exorcizo te N. creaturam Dei infirmam, sanguine Domini nostri Iesu Christi redemptam; per Deum **F** viuum: Exorcizo te **F** per **F** crucifixum: Exorcizo te, per Spiritum **F** Sanctum: Ut omnis spiritus immundus, vel incurſio Sathanæ separetur a te: Ergo effice, & resume vires spirituales creatura exorcizata ad effugandū omne phantasma immici, vt ipsum inimicum effugare valeas: In nomine Dei **F** Patris, qui cum eodem Filio **F** suo, & Spiritu sancto **F** viuit, & regnat in secula seculorum. Amen.

Oremus.

Virtutis tuae iniunctam fortitudinem deprecamur, Domine Sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, super hanc creaturam, vt ex vultu diuina Majestatis tuae virtutem tuam contra omnes immundos spiritus possit accipere; & repellat quidquid pestiferum est, deterreat prætigia, phantasmata compescat, & tutelam fidissimam praestet; per hoc signaculum sanctæ **F** Crucis Filii tui Domini nostri Iesu Christi: Qui tecum viuit, & regnat in secula seculorum. Amen.

Mox aspergendo aqua benedicta: Et eleuatis oculis, dicat.

Domine repleor consolatione in vexillo sanctæ **F** Crucis, & superabundo gaudio in misericordia tua.

C O N I V R A T I O.

Fuge maledicte, in nomine sanctæ, & individue Trinitatis; Patris, **F** & Filii, **F** & Spiritus **F** sancti, Et vobis tibi,

tibi, nisi fugam paraueris; quia non es connumeratus inter funda-
menta Paradisi. Et non te collegisti inter innumerabiles militiae Angelorum Dei. Veh tibi, impie, qui dereliquisti legem Dei Altissimi. Et postquam morte sunt virtutes, non te confirmasti in celo: Nam circundabit te calix dexteræ eius, & vomitus ignominiae erit super vanam gloriam tuam. Veh tibi, qui fecisti foedus cum morte, & cum Inferno pactum, videns noluisti videre; & audiens, noluisti audire legem sanctam: Ideo ploras, plorabis, & nequam miserebitur tui Deus, sed furor tuus grauis erit ad portandum. Veh tibi, cuius latitiae dies creationis tuæ conuersus est in perpetuum lamentationem, & luctum, & direptionem, & fabulam, & improperium, & æternam mortem. Et flebis irremediabilibus lachrymis. Veh tibi, qui à die creationis tuæ thesaurizasti tibi iram Dei, nunc & in die iræ, & reuelationis iusti iudicij sui, in quo tibi, & sequacibus tuis redder ira, & indignatione, tribulationes, & angustias. Veh tibi, cuius offa impleta sunt virtus ab adolescentia tua, & cuius venter impletus est ira furoris Domini. Veh tibi, cuius panis, tanquam fel Draconum intrinsecus est: Nam, cum satiatus fueris iniquitate, arctaberis, æstuaberis, pluet super te bellum, & non fugies arma ferrea, & irrues arcum ætum. Veh tibi, quem dedit Dominus in reprobum sensum, ut ea facias, quæ non cōuenient, repletum omni iniquitate, malitia, fornicatione, avaritia; nequitia plenum inuidia, homicidiis, contentione, dolo, & omni malignitate. Veh tibi pestifere, qui perdidisti sustinentiam, & fabricas, nisi mala, quid cogitas cōtra Dominum? consummatio hem ipse faciet. Veh tibi, plene omni dolo, & fallacia inimice omnis iusticie, qui nō desinat subuertere vias Domini rectas. Veh tibi, qui condidisti leges iniquas, & iniustitiam scripsisti; ut oppimeres in iudicio pauperes; & facis vim causis humilium, ut sint viduae praedat tibi, & pupilli. Veh tibi, cuius diuitiae putrefactæ sunt, & aurum, & argentum eruginavit. Veh tibi, cuius iniquatum clamor introiuit in aures Domini Sabaoth. Veh tibi, qui trahis peccata tua, sicut vestem longam. Veh tibi, cuius

cuius peccata scripta sunt stylo ferro, & in vngue adamantino exarata super latitudinem cordis tui. Veh tibi, in quo intrat putredo: & de cuius veneno nascuntur vermes mendaciorum, quia tibi nihil integrum remanebit. Veh tibi, qui laceras gregem Domini, quia super te erit malleus, quasi conterens petram. Veh tibi, quia fūisti creatus, ut videres lucem: Et ecce tenebras apprehendisti, ut videres splendorem, & in tenebris ambulasti: & nolens videret, palpasti, sicut cœcus parietem. Veh tibi, qui rugis, quasi Virsus, & Leo, expectans iudicium: Nam cognoscis, quia elongata est salus à te in æternum: Vermis tuus non morietur, & arguet te malitia tua. Veh tibi, cuius finis infernus, tenebrae, & poena: Luctus mortui septem dies est, damnati verò in æternum durat; amplius non tradent terra nostræ filij tui radices, & rami tui non dabunt fructus iniquitatis; derelinquetur in maledictum memoria tua, & dedecus tuum non delebitur. Veh tibi fili maledictionis, qui voluntariè dereliquisti viam rectam: fūisti fons sine aqua nebula turbibibus exagitata, quia caligo tenebrarum referuatur. Veh tibi arbor autumnalis infructuosa, bis mortua, eradicate; fluctus mari dispumabit tua confusiones. Veh sydus errans: in quo procella poenarum seruata est in æternum. Veh tibi, qui tanquam Leo rugiens circuis querens quem deuores, quia factus es omnibus exemplum, ignis æterni penam sustinens. Veh tibi, qui errasti à via veritatis: viam Domini ignorasti, & lastatus es in via iniquitatis, & pérditionis: Lumen iustitiae, & intelligentiae non luxit tibi, dum dicebas: Ero similis Altissimo: Quid tibi profuit superbia? quid contulit tibi iactantia, pulchritudinis olim tua? Veh tibi, qui cecidisti, tanquam fulgur, in malignitate cōsumptus; & cuius spes, tanquam lanugo est, quæ à vento tollitur; & tanquam spuma gracilis, quæ à procella dispergitur; & tanquam fumus à vento diffusus. Veh tibi impoenitenti. Veh semini nequam, dereliquisti Dominum: blasphemasti Sanctum sanctoru[m]: Ideo abalienatus es retrorsum; & percutiet te Dominus ultra addens prauaricationem, & omne caput languidum,

guidum, & cor mōrens. Veh tibi, qui dicas bonū malum: & malū bonū: ponis tenebras lucē, & lucem tenebras: Et amarum in dulci, & dulce in amaro. Veh tibi, qui potens es ad bibendum vinum, & ad miscendam ebrietatem. Veh tibi, cui contigit illud veri Proverbij: Canis in continuo vomitu, & sus lora in voluntabro luti. Veh tibi, qui non inuenieris scriptus in Libro Vitæ. Veh tibi, qui exulas à Patria ciuium supernorum, & à societate Angelorum in limpiternum. Veh tibi, super cuius caput volant noctuæ, & cati requiescent, & cuius facies nigra est fumo, qui in Inferno fit, & cuius oculi operientur stercore. Veh tibi, qui spina es congregata ad comburendum. Veh, cuius iugum, & vinculum ferreum est, & cuius casus, insanabilis. Veh tibi, cuius munitiones sunt, sicut fucus cū grossis suis, quia cum percussæ fuerint, cadēt in os comedētis. Veh corona superbiæ, conculcaberis pedibus, & cades retrosum, contereris, illaqueabis, & capieris. Veh tibi, qui prædaris, nonne, & ipse prædaberis? vel, qui spernis, nonne, & ipse sperneris? cum consuminaueris deprædationem, deprædaberis; cum fatigatus fueris contemnere, contemneris. Veh tibi, qui descendis in Ægyptum ad auxilium, in aquis sperans, & habens fiduciā super quadrigis: quia multæ sunt, & super equitibus, quia prævalidi nimis: & non es confisus super sanctum Iſrael, nec Dominum requisiſti. Veh tibi, qui comedis, & deuoras creaturas Dei. Veh tibi, qui absorbis eas, quasi Draco. Veh, qui reples vētrem teneritudine: Nam Dominus iudicabit cauſas suas, & viciſſeſetur vltionum earum; in calore tuo ponet potiones tuas; dormies somnum æternum, & non resurges ab afflictione. Veh tibi, Veh tibi, quis te liberabit a faggitario Christo valido? iam tibi appropinquant cuncta mala, & dolores non tardabūt: in mōrere, & amaritudine botros tuos colliges. Veh tibi, qui numquam peccare cefſalti, vſula, vſula, quia vastitas Domini prope est, & venit. Ecce dies crudelis, & indignationis plenus ira, & furore ad ponendā terram in combustionem, & peccatores eius conterēdos de ea: Stellæ non expandent lumen suum; obtenebrabitur Sol;

non

non splendebit Luna: visitabit Dominus mala, & iniquitatis contra impios: debellabit superbiam infidelium, & arrogantiā fortium humiliabit: turbabit Cœlum, & mouebitur terra de loco suo, propter indignationem Domini exercituum: & propter diem iræ furoris eius: non eunt cavernæ: vt te abscondas: Imō, nec fugere poteris, quia Deus in Cœlo est, & in inferno per iustitiam adest. Veh tibi, qui Deo obedire negligis: Veh tibi, nisi ab hac creatura, nunc, nūc recesseris: Quia super te erunt acerba, & aspera valde nimis. Recede ergo, in nomine Sanctissimæ Trinitatis, quæ diuiditur indiuisibiliter, & coniungitur diuisibiliter, & singulariter unaquaque persona Deus est, & vita, vel Deitas diuisa in opere, concors in voluntate, par in potentia, æqualis in gloria: nec minoratur in singulis, nec augetur in tribus, Pater, & Filius, & Spiritus & Sanctus: Cui honor, & gloria in secula seculorum. Amen.

EXORCISMVS XII. Cominationum appellatus.

D Eus & in adiutorium meum intende.
Domine & ad adiuuandum me festina.
Gloria Patri, & Filio, &c. Alleluia,
Domine exaudi orationem meam.

Et clamor meus ad te perueniat.
Dominus vobiscum.
Et cum spiritu tuo.

Oremus.

D Eus, qui, & lucem nobis tribuis temporalem, & polliceris eternam; da, vt hanc diem prosperam actuum successione ducamus; vt quia Dux m̄ te nouimus, quæ ad salutem animæ, & corporis sunt recta, te auxiliante consequi mereamur. Per Dominum nostrum Iesum Christum. Amen.

H I C P O N A T M A N V S S V P E R
caput Dæmoniaci, & dicat.

Exorcizo te N. seruam Dei à Diabolo oppressam, per eum, qui contra omnes fallacias, & opera Diaboli fortior, atque vigilantior prævaleret; vt nulla sit tibi communicatio cum Angelis rebellibus, sed sis creatura Dei exorcizata & benedicta & sanctificata ad eradicandum à te omnem virtutem Diaboli. Per Christum, qui preciosissimo suo sanguine te redemit. Oremus.

Deus author lucis, & claritatis inuictor, illumina quæsumus nostrarum tenebras animarum, hancque simulam à Diabolo oppresiam matutina benedictione confirma. Per Dominum nostrum. Amen.

C O N I V R A T I O .

Coniuro & te, Serpens antique, per eum, cuius vitam imitantes veraciter illuminamur, & ab omni cæcitate cordis liberamur. Coniuro & te, per Patrem æternum, qui odorem victimæ dilecti sui filij, & fumum odoratus est. Coniuro & te, per mysterium illius sacratissimæ cœnæ à Christo vespre factæ cù discipulis suis, quia in passione ipsius Christi, quando ipse verus Sol ad occasum properabat refectæ externa omnibus fidelibus præparata fuit. Coniuro & te, per signa amoris Christi in Discipulis, quoniam relicturus eos, maiorem eis démonstrauit amorem: & hoc est, quod dicit. Cum dilexerit suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Finis enim legis Christus quod est in finem & hoc est in Christum, vt & ipsi de hoc mundo ad suum caput dilectione transirent. Coniuro & te, per humilitatem Iesu Christi, qui licet à Deo exierit, & Deus sit, & pergeret ad Deum; tamen vt viuensum conculcaret tumorem, pedes Discipulorum lauit, & tergit. Coniuro & te, per Santos Prophetas, & Apostolos, qui sunt nubes Cœli in quibus veniet Dominus ad iudicandū non

non transeuntes, sed portantes imaginem Regis coelestis, & digni sunt, vt sint sedes Dei, quasi hæredes, & coheredes Christi. Coniuro & te, per eum, qui vascula animarum nostrarum, hoc est corpora nostra fecit de limo, sic figuli ager Christi sanguine emptus es, vt requies nobis peregrinis à lege, & Prophetus, ipsius sanguine prouideretur. Coniuro & te, per Christum, qui respondere noluit Pilato interroganti, ne crimen diluens, dimitteretur à Praeside, & crucis utilitas disseretur, & per constantiam Christi; Nam, dignem Præfidi videbatur magno miraculo, vt exhibitus Christus ad criminale iudicium, imperturbabilis staret ante morte, quia apud omnes homines terribilis æstimatitur. Coniuro & te, per eum, qui pro nobis gustauit mortis amaritudinem, sed tertia die resurrexit triumphator. Coniuro & te, per eum, cuius mors illuminauit, mortis tenebras, & infernum obscura collustrans, mortis spolia detraxit: O mors, vnde mortui reuiniscunt, quid isto sanguine mundius? quid isto vulnera salubrius? Quid ista morte utilius? Coniuro & vos, per Iesum Christum, qui licet Dominus sit totius mundi in vita domum non habuit, & post mortem in alieno sepulchro reconditur in terris, quia pro aliiorum moriebatur salute, & tamen sedes eius manebat in Celis. Coniuro & te, per Christum, qui in praesenti sæculo manet cum electis, eos protegendo, & post finem cum eis manebit, eos remunerando; Ipse enim, qui ascendit ad Celos, non deserit adoptatos, & ipse deorsum confortat ad patientiam, qui sursum inuitat ad gloriam. Cuius gloriae participes nos facit ipse Christus Rex gloriae, qui est benedictus in sæcula. Coniuro & te, per nouum Adam, idest Christum Iesum, qui omnia, quæ à vetere Adâ corrupta fuerunt, per ipsum fuerunt restaurata. Coniuro & te, per Christum, qui Celos clausos per peccatum Eux, ubi baptizatus est, aperuit. Postquam vero Tyrannum vitit per crucem, quia non erant necessariae portæ Celo nunquam claudendo, non dicunt Angeli aperite, sed tollite portas. Coniuro & te, per Spiritum Sanctum, qui purificauit quod de Maria Virgine in corpus Saluatoris præfecit,

fecit, & hæc est vñctio Saluatoris, qua Christus est appellatus. Coniuro Ḧ te, per Spiritum Sanctum, quo Maria filium Christum genuit, peperitque, ac propriis lactæ latit vberibus de Cœlo plenis Mater immaculata, cum virginitate fœcunda, & cum fecunditate semper virgo permanens in æternum virginum Regina. Coniuro inquam te, Ḧ per eundem Spiritum Paracletum: qui in baptismo Christum in gurgite circumfulxit: fluenta lordanis sanctificans, & mortem, & in transfiguratione in columbae specie visus est super eum. Coniuro Ḧ te, per Iesum Christum, cui ab hora ortus sui usque ad exitum in cruce, non defuit tollerantia doloris; quarimonias, confusiones, & opprobrii benignè sustinuit, pro beneficiis, ingratitudine; pro miraculis, blasphemias; pro doctrina, reprehensiones recepit; pro nostra enim salute, suscepit infirmitates, miseras, non necessitate, sed charitate trahente; vt impleret præceptum Patris sui, fuit obediens usque ad mortem, mortem autem crucis: per cuius crucem, & passionem, & sacra mortis debitum Celeste Regnum, & ostendit, & apergit nobis credentibus. Coniuro Ḧ te, per Iesum Christum, qui precioso sanguine proprio super terrâ effuso redemit nos à malo: Nam propinator fontium potatur acetum: mellis dator cibatur felle: flagellatum remissio, condemnatur venia; illuditur maietas: ridetur virtus, profunditur sputis, largitor imbrum: crucifigitur innocentia, & moritur vita omnium: Quantum enim diuina virtus operum contemplatione lucebat, tantum pati pro subiectis dignatus est: pro seruis mori insignè est charitatis impiens; sciri enim voluit quantum amaret hominem Deus, qui plus amari voluit, quām timeri: Tum vt sententiam mortis, quam iuste dederat, iustius aboleret. Quia namque primus homo (ad iudicante Deo) de reatu incurrit mortem, & eam transmisit ad posteros: venit de Cœlo secundus homo, peccati expers, vt mors damnaretur, quæ rapere iussa reos, innocentia iussum iniudicare presumpsit auctorem, & sic fui mors mortis in æternum. Coniuro Ḧ te, per eum, qui posse inuirones, & verbera, post aceti, & fellis pocula mixta, posse sup-

supplicia crucis, & vulnera, & postrem post ipsam mortem, & inferos surrexit de suo funere caro noua, reddit ab occiduo latens vita, & in morte salus rescrivata resurgit, pulchrior reditura post funus. Coniuro Ḧ te, per illud magnum Sacramentum, quod cognovit Ioseph esse in Maria, propter quod volebat eam dimittere, quia indignum existimabat se Mariæ approximare. Coniuro Ḧ te, per Iesum Christum, quem Maria Virgo peperit orbis terrarum uniuerso eundem totius mundi Salvatorem, & nostræ salutis authorem: Nam saluat non incredulos, sed in se eredentes; non tam à visibilibus hostibus, quām potius ab invisibilibus, non armis pugnando, sed peccata relaxando. Coniuro Ḧ te, per Iesum Christum, qui pauperculâ elegit Matrem, pauperiorem patriam, omniaque egena, & vilia elegit: vt terrenas diuitias has falsas cognosceremus orbem transformasse terrarum ob earum abusum, & per illâ virtutem te coniuro, qua à fiubus orbis terrarum currunt homines visuros præsepe, & tugurij locum. Coniuro Ḧ te, per misericordiam Dei, qui non in finem irascitur: Nam r. condatus Dominus quanta mala fecerit super Ægyptum, misit Filium suum, & dedit illi magnæ reconciliationis signum, vt decem plagas Ægypti una medicina sanaret; vt populus, qui ante fuerat persecutor populi primogeniti, castos fieret filii vñigeniti, vt quia qui violenter dominati sunt, isti cum devotione seruiret, vt iam non ircent ad mare rubrum demergendi, sed vocari étur ad aquas baptismatis vivificandi. Coniuro Ḧ te, per Iesum Christum, qui ducens nos ad maius amicitia fœdus, suamque charitatem declarans erga nos, præstisit se, non solum videri desidei aubus, sed & palpare, & comedere, & amplecti, & totū affectum explere. Et sic, vt leones flammarum spirantes, ab illa sancta mæsa Altaris discedamus terribiles effecti tibi Diabolo. Coniuro Ḧ te, per Iesum Christum, in cuius Regno bibemus cum spiritibus beatis; ac sanctis omnibus mylteria, & sapientiam: quinoua quædam nos docet: & reuelabit quæ nunc occultat. Coniuro Ḧ te, per virtutem illius vocis, quæ semel dicta est. Crescite, & multiplicamini, & replete

replete terram: Sed omni tempore sentit effectū ad generationem, operante Natura. Coniuro Ḧ te, per Iesum Christum, qui Patris gratias agens, hymnū decātabant, in quo, & pro se ipso, & Discipulis, & pro eis, qui per verbum ipsorum crediturū erant, eleuatis sursum oculis, preocabatur. Coniuro Ḧ te, per Iesum Christum, qui sitiens omnium salutem in sacrosancta cœna tradebat mysterium, quod toti mundo competeteret. Coniuro Ḧ te, per viuificatiū Dei verbum, quod vniens se ipsum propriæ carni fecit eam viuificatiū, & quoniam in nobis vita Dei est, Dei verbo existente in nobis, viuificatiū erit nostrū corpus. Coniuro Ḧ te, per Iesum Christum, per quem, non vixus, & potus nobis præmij loco spondetur: sed conuersatio angelica, & communicatio gratiæ celestis, & vite. Coniuro Ḧ te, per sanguinem preciosum Iesu Christi, qui operatur in nobis imaginem regiam, nobilitatem animæ non permittit marcescere, protinus irrigans animam, magnamque inspirans virtutem. Hic sanguis effusus, lauit orbem, & adibile fecit Cœlum: Huius participes sanguinis sunt supernis virtutibus amicti regio pallio, magis autem ipso Rege induiti. Coniuro Ḧ te, per Iesum Christum, qui suscepit tristitiam nostrām, vt nobis suam letitiam largiretur; qui & infirmatus est propter delicta nostra, qui & orauit cum sudore sanguineo, vt, & fidem Discipulorum, quam adhuc terrena fragilitas arguebat, purgaret, & significaret de corpore suo toto mystico manatura martyria. Coniuro Ḧ te, per Iesum Christum Cœli, & terræ Dominum, qui sustinebat, patiebatur iniiorum opprobria, contumelias, & iniqua iudicia, sed cum tempus iudicij vniuersalis venerit, videbitis eum sedentem à dextris virtutis Dei, ac cōdemnantem perpetuò vos Angelos rebellēs, & iudicantem orbem vniuersim. Coniuro Ḧ te, per Iesum Christum, qui mortem crucis elegit, quam Diabolo superato, tanquam trophyum in frontibus fidelium erat posituris. Coniuro Ḧ te, per Deum Salvatorem nostrum, qui mundo salutem contulit, & humano generi sua pietate subuenit, sicut ouis ad occasionē sine voce dactus obmutuit, & filuit interrogatus,

gatus, & sic taciturnitate sua excusationem Adx absoluit. Coniuro Ḧ te, per Christum, de cuius morte vita surrexit: de passione salus ascendit, de poena crucis remedium pietatis, gloria damnatione, medicina dc vnlnerare. Vnus namque mori dignatus est; ne omnes moreremur, sed perpetuò vnueremus in eo. Coniuro Ḧ te, per Iesum Christum Dei filium, qui diuini fine cōsummato mysterij, sūnus dispositionis antiquæ expleuit: vt scilicet, & diabolū, quem Celestis operis inimicum, per hominem subiugarat, elideret; & superna dona humanam reduceret substantiam. Coniuro Ḧ te, per Iesum Christum, qui sub specie panis, & vini, mirabile sacramento nobis declarando monstrauit, & mirabiliter per prolatā verba transubstantianuit panem, & vinum in corpus, & sanguinem sūi, quod dignis sumentibus, ad vitam, & indignis, esse voluit ad iudicium. Coniuro Ḧ te, per Iesum Christum, qui tam affluenter, tam gratis, tam libenter, sine personarum acceptiōne sua lōga munera laigitur. Nam aperit cor nostrum in lege sua; & in præceptis suis docet nos ambulare: qui dat nobis intelligere voluntatem suam, & cum magna reuerentia, ac diligenti consideratione, beneficia sua tam in generali, quā in speciali memorare: vt dignè illi hinc valeamus gratis referre. Coniuro Ḧ te, per Iesum Christum, qui pauperes humiles, atque huic mundo despectos sibi elegit in familiares, & domesticos. Te es sūt ipsi Apolobi, quos Principes super omnem terram constituit, & cum omni humilitate, & simplicitate, sine malitia, dolo, & querela conuersati sunt in mundo, vt etiam pati contumelias gauderent pro nomine Iesu: & quæ mundus abhorret, ipsi magno affectu amplectentur. Coniuro Ḧ te, per Iesum Christum, qui perfidit corda hominum gratia Cœlestis, & ministrat aquas deuotionis ad irrigandam faciē terræ, vt producat bonum, & optimum fructum: Et qui levat mentem pressam mole peccatorum, & ad Celestia iouium desiderium nostrum rapit: iungit nos sibi inseparabili dilectionis vinculo, quia ipse solus amanti sufficit. Coniuro Ḧ te, per Iesum Christum, qui sola dignatione divine gra-

tix desideriū extreñ beatitudinis, & sanctā inspirationem
desuper infundit pectoribus nostris, ut virtutibus, & mādri
humilitate proficiamus, & ad certamina præparemus:
Nam nobiscum sic dignanter agit, clementer visitat, arden-
ter excitat, & potenter subleuat, ne proprio pondere ad æ-
terna laboramur, sed ut toto cordis affectu adhærere, ac
feruenti voluptate studeamus illæ soli deseruire. Coniuro
† te, per Iesum Christum, qui sic omnia irrepræhensibili-
ter dixit, & fecit: ut nullā verisimilitudinem inuenierint in
eo Iudæi repræhensionis, & mali; quarebant enim falsum
testimonium contra Iesum, & eum morti traderent, & non
inuenierunt; cum multi falsi testes accessissent. Coniuro † te,
per Iesum Christum, cuius passio salutis nostra cōtinet
sacramentum, & de instrumento, quod iniqüitas Iudæorum
parauit ad penam, potentia Redemptoris gradum fecit ad
gloriam. Coniuro † te per Deum, qui alligat fortē nostri
generis inimicū: qui vasa eius diripere non desitit, & nos
ad consortium Christi sui facit venire gaudentes. Coniuro
† te, per Iesum Christum, cuius iudicantis Tribunal quale
erit, quando superbos Reges in personam diabolitumere
faciebat natuitas infants? pertimesce ergo Regē ad Pa-
tris dexteram sedentem, quem in personam Regis impij
timuisti adhuc matris vbera lambentem. Audi maledicē.
Si sic terra tremuit cum Dominus ad veniam Sanctorum
resurgeret, quomodo contremiscet cum noxiōrum omnium
surget ad penam? Et quomodo Domini præsentiam susti-
nebūt damnati, cum Angeli præsentiam de Cœlo descen-
dantis sustinere non valuerunt custodis sepulchri? Fuge
ergo; In nomine Iesu Christi, per cuius potentiam intelli-
gens te tua spolia amissurum, sicut primū per mulierem,
mortem intuleras, ita per mulierem vxorem Pilati vole-
bas ipsum Christum de manibus Iudæorum liberare, ne
per eius mortem, mortis perderes imperium. Nihil tibi, &
iusto illi: multa enim passa sum hodie per visum p p eum:
Et sicut tunc confusus extitisti, quia pro salute nostra mo-
ri dignatus es; sic confundere, & recede ab hac serua Dei.
In nomine Patris, † & Filii, † & Spiritus † Sancti. Amē.

EXOR-

EX OR C I S M V S XIII.
De vita Iesu Christi.

O M N I V M E F F I C A C I S S I M V S,
ante Sanctissimum Sacramentum deuotissimè dicen-
dus, qui ultimus semper erit in ordine exorcizationis, &
quem poterit bipartire Exorcista, ad placitum.

Primò, Sacerdos ponat Sanctissimum Sacramentum Eu-
charistiae super Altare cum debitis luminaribus, dein-
de in spiritu, donec sibi viderit, oret: Mox genibus fle-
xis, respondentibus astantibus humili voce, dicat.

D Eus † in adiutorium meum intende.
Domine † ad adiuuandum me festina.
Deus † in adiutorium meum intende,
Domine † ad adiuuandum me festina.
Deus † in adiutorium meum intende,
Domine † ad adiuuandum me festina.
Gloria Patri, & Filio, &c. Alleluia.

K Yrie eleison. Christe eleison. Christe audi nos.

Pater de Celis Deus,	miserere nobis.
Fili Redemptor mundi Deus,	miserere nobis.
Spiritus Sancte Deus,	miserere nobis.
Sancta Trinitas unus Deus,	miserere nobis.
Sancta M A R I A ,	ora pro nobis.
Sancta Dei genitrix ,	ora pro nobis.
Sancta Virgo Virginum ,	ora pro nobis.
Mater Christi ,	ora pro nobis.
Mater diuinæ gratiæ ,	ora pro nobis.
Mater purissima ,	ora pro nobis.
Mater castissima ,	ora pro nobis.
Mater inuiolata ,	ora pro nobis.
Mater intemerata ,	ora pro nobis.

T 2 Mater

Mater amabilis,
Mater admirabilis,
Mater Creatoris,
Mater Saluatoris,
Virgo prudentissima,
Virgo veneranda,
Virgo prædicanda,
Virgo potens,
Virgo clemens,
Virgo fidelis,
Speculum iustitiae,
Sedes sapientiae,
Causa nostra lætitiae,
Vas spirituale,
Vas insigne deuotionis,
Rosa mystica,
Turris Davidica,
Turris Eburnea,
Domus Aurea,
Fœderis Arca,
Ianua Cœli,
Stella matutina,
Salus infirmorum,
Refugium peccatorum,
Consolatrix afflictorum,
Auxilium Christianorum,
Regina Angelorum,
Regina Patriarcharum,
Regina Prophetarum,
Regina Apostolorum,
Regina Martyrum,
Regina Confessorum,
Regina Virginum,
Regina Sanctorum omnium,
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, parce nobis Dñe.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.

Ora

Ora pro nobis sancta Dei genitrix.
Si digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

O Pijssime Iesu corona certantium, & omniū in te spe-
rantium salus iucundissima; qui, vt nos ab infestatio-
nibus Dæmonum liberares, in contracōtione neruorum, os-
sium compræssione, & spinarum punctione, penas acerbissimas
pertulisti, & in cruce instar latronis affligi, elegisti.
Exaudi, quæsumus, vocem nostri clamoris, & perduc nos
ad arborem vitæ, qui eruisti nos de lacu miseriae: hæc crea-
tura me erue à flagello, bone Iesu, ne Lupi rapaces oppri-
mentes ouem tuâ, quam sanguine precioso redemisti, de-
nuorent, vel diu excrucient. Qui cum Patre, & Spiritu san-
cto viuis, & regnas, in sæcula sæculorum. Amen.

INTERIM ASTANTES, IN SPIRITU
orient: Exorcista verò vertens se ad Dæmoniacum, &
digito ostendens Sacramentum, cum deuotione: dicat
minans dæmoni.

O Obstinate musca maledicta, exterminabis oleum sua-
uitatis, quid stas, & resistis, cum scias Christum tuas
perdere vires? Durum est enim tibi contra stimulum cal-
citrare: Imò, quantò tardius existat, tantò maius tibi suppli-
cium crescit. Fuge ergo, & exi venenorum sibilator, ver-
mis mendaciorum, & generator viperarum. Quia

Hic adest Creator vniuersi Deus, & Dominus omnium
creatuarum, tam visibilium, quam inuisibilium; in cuius
potestate sunt cuncta posita; & non est, qui eius possit re-
sistere potestati.

Hic est Iesus, de cuius sacro pectore recumbens Ioánes
taliter bibit, vt veluti aquila in initio sui Euágeli intonet,
dices: In principio erat Verbū, & Verbū erat apud Deū, &
Deus erat Verbū: Hoc erat in principio apud Deum. Om-
nia per ipsum facta sunt, & sine ipso factū est nihil, quod
factum est. In ipso vita erat, & vita erat lux hoīum, & lux
in tenebris luctet; & tenebre eam non comprehendenterunt.

T 3 Hic

Hic est Iesus Deus noster, qui triinus in vocabulis est, sed unus in deitate substantia, inestimabilis, ineffabilis, & incomprehensibilis ultra omnia, extra omnia, & præter omnia.

Hic est Iesus, Verbum Patris inseparabile, æqualis cum Patre manens, & omnia cum illo disponens. Cuius eminentia tam perfecta declaratur, vt dici de Patre maiora non possint.

Hic est Iesus splendor Paternæ gloriae, & figura substantiae: cui omne genitio reflectitur, cœlestium, terrestrium, & infernorum: & omnis lingua confitetur: cuius virtus, & sapientia inuestigari minimè potest, & omnia in mensura, numero, & pondere disposuit.

Hic est Iesus Rex regum, & Dominus dominantium: cuius Regnum non esca, nec potus; sed iustitia, & pax, & gaudium in Spiritu sancto, & cui honor, & imperium sempiternum.

Hic est Iesus, quem Deus Pater constituit ad dexteram suam in cœlestibus, super omnem principatum, & potestatem, & virtutem, dominationem, & omne nomen, quod non solum in hoc seculo, sed etiam in futuro nominatur.

Hic est Iesus, pro cuius aduentu missus est Gabriel nuncius vnius de maioribus Angelis: vt nouam incarnationem filij Dei predicaret Mariae, dicens. Ave gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus: Inuenisti gratiam apud Deum: Ecce concipies in utero, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum: Hic erit magnus, & filius Altissimi vocabitur; & dabit illi Dominus Deus sedem David patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum; & Regni eius non erit finis: Spiritus enim Sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obrumbabit tibi: Ideoque, & quod nasceretur ex te Sanctum, vocabitur filius Dei.

Hic est Iesus, qui, dum Maria virgo diceret: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum; statim procedens à Patre, tanquam Sponsus de thalamo suo, nuptialem Thronum ingreditur: Et sic diuinitati sponsatur homo, & præmium accipit caro, quia Verbum caro factus est; Creato-

trix creature: ditissimus pauper: immortalis, & impassibilis, mortalibus, & passibilis, vt caro, per carnem liberaretur, & mors inimica destrueretur.

Hic est Iesus, in cuius spousalibus gaudiis gratiosum decretem condonauit Dominus; quia quidquid eum offendat mundus, relaxauit; & ad ipsas nuptias non inuitauit, vt non hominum, sed Angelorum panem manducemus.

Hic est Iesus, qui non solum de simplici Virgine, sed de sponsata concipitur; vt partus celaretur Diabolo, dum eum putat, non de Virgine, sed de uxore generatum.

Hic est Iesus, qui suscepit carnem, & non deseruit Partem, nec se diuisiit à Patre; suscepit carnem Filius in proprietate, sed tamen & Pater, & Filius non desuit in maiestate.

Hic est Iesus, duo in carne una: Id est, Deus, & homo, & unus Christus; quem terra, mare, Celumque capere non potest, intra tamen unius corpusculi membra suscipitur.

Hic est Iesus, quem Ioannes salutauit, exultans in utero Elisabeth: & ipsa repleta Spiritu sancto exclamauit, benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui: & unde hoc mihi, vt veniat Mater Domini mei ad me? Ecce enim, vt facta est vox salutationis tuae in auribus meis: Exultauit in gudio infans in utero meo; & beata, quæ credidisti, quoniam perscientur ea, quæ dicta sunt tibi à Domino.

Hic est Iesus, cuius benignitas, & humanitas, dum silentium tenerent omnia, & nox in suo cursu medium iter perageret, venit in mundum, vt non esset unus in hereditate Patris, sed vt multis fratribus haberet adoptatos per gratiam, & cohæredes: cuius vero nativitas quis enarrabit, cum de Matre, sine patre natus sit?

Hic est Iesus, quem virgo in utero baiulauit sine granime; quem & peperit sine dolore, & corruptione, quem ubere de Celo pleno lactauit. Nam Maria ante partum, in parte, & post partum Virgo semper extitit.

Hic est Iesus, natus in Bethleem Iudeæ, quem in paniis involutum, inter bouem, & asinum in praefepio Maria recli-

nat,dum Ioseph cogitat: Angeli cantant Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus : Et quem Pastores multo inuenient: Bos cognovit: Afinus portat interim Sancti per longa temporum spatia expectantes exultant ; sterilis clamat, vidua prophetizat; Senex Simeon expectat, & quem denique Stella demonstrat, & Magi, ipsa Stella ducce adorant.

Hic est Iesus Rex vniuersi, cuius preciosa nativitas fuit ante secula prædestinata; à Prophetis prenunciata, sapientibus regibus reuelata, & tamen, pro thalamo, stabulum, pro lecto, fœnum, & pro fernis bouem, & asinum habere voluit.

Hic est Iesus, qui vilibus circundabatur pannis, & tamen sibi perentibus oinnia concedit; In præsepi humilis iacebat; & eum Angeli Imperatorem habent in Celis; vagitus reddebat infantiæ: & nihilominus magna, & incóprehensibilia, & mirabilia, quorum non est numerus, faciebat.

Hic est Iesus, qui in terra talis est; qualis Pater in Celo: & qualis est Mater, talis est secundum carnem filius: In Cœlo cum Patre æternus est, & immensus; & in terra cum Matre temporalis est, & mansuetus: In Cœlo cum Patre sublimis est, & incorruptus; & in terra cum Matre in præsepio humilis, & corruptibilis apparuit: In Cœlo Syderū, & cunctorum factor ostenditur, & in terra per Matrem inter Bouem, & Afinum collocatur.

Hic est Iesus, cuius diuinam infantiam, pia senectus Simeonis agnouit, & in vlnas suas accepit, & amplexatus est, dicens. Nunc dimittis seruum tuum Domine secundum verbum tuū in pce: Quia viderunt oculi mei salutare tuū; Quod parasti ante faciem omnium populorum; Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuae Israël.

Hic est Iesus, qui nos valde miratos reddit. O sacrum quidem mysterium, qui, vt nos redimeret, nō Angelus, non Archagelus, sed ipsemet Deus à regalibus sedibus descendit, ad cuius coelestis Pueri venefanda cunabula, gentes, Stellæ indicio peruenientes, & tria munera offerentes mysterium mirabile, Sanctissimæ Trinitatis ostendunt.

Hic

Hic est Iesus, quem in tua confusione, gentes confessi sunt: Nam Magi ipsi ab Oriente venientes dixerunt: Vbi est, qui natus est Rex Iudeorū? vidi mus Stellam eius in Oriente, & venimus adorare eum: & Pilatus quoque ex gentibus Occidentalibus veniens, scripsit in titulo, Iesus Nazarenus Rex Iudeorū: vt Orientis, & Occidentis gentes hunc esse Regem Iudeorū attestantes recumberent cum Abraham, Isaiae, & Iacob in Regno Cœlorum.

Hic est Iesus dulcissima sapientia sapientiarum, in Templo in fine dio Doctorum ostēnia, attingens à fine usque ad finem fortiter; & disponens omnia suauiter; quæ ex ore Altissimi prodiit; Philosophis Sophistis, Astrologis dialecticis, ac ceteris curiosis abscondita: Sed grossioribus, & rudibus pescatoribus reuelata: Nam volens superborum frangere ceruices, de humilibus Piscatoribus iucratus est Imperatores, & Reges.

Hic est Iesus, qui nos amat, vt charitas, nequit, vt veritas, regit, vt principium, iuetur, vt salus operatur, vt virtus, reuelatur, vt lux, assilit, vt pietas, sedet, vt equitas, dominatur, vt maiestas, legem, & misericordiam in lingua portat: & de libro iuris Cœlestis docet nos amare Cœlestia, & terrena desplicere, vt ad se Imperatorem adire possimus.

Hic est Iesus, qui in Iordane voluit baptizari, & exiens de aqua statim aperti sunt Cœli, & spiritus Dei super eum, sicut columba descendit: & vox de Coelis audita est, dicens: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: & sic manifestè apparuit nobis Sanctissima Trinitas, Pater in voce, Filius in carne, & Spiritus sanctus in forma Columbae.

Hic est Iesus, de quo mirabatur Virtutes Cœlorum, et Dominationes, Cherubim, & Seraphim, videtes Dominum Sabaoth in fluvio à Ioâne baptizari, cum nō haberet quid ei dimitteretur; nec lauaretur, Imò, & ipsa felix vonda stupebat, videns purum fontem aquarum viuarum ad se descendente: Hic ergo fons innocentie, plenus misericordia ad sanctificandas aquas descēdit, quibus nos abluti, & in baptismo mundati à Sanctissima Trinitate san-

sanc*tificare*mur, & omnis iustitia implere*re*ur.

Hic est Iesus Imperator noster, qui à Sathanā, de triplus tentatus, tentatorem supererūtū*m* ; & docuit pugnare militem, quando nihil de ipsis suggestis fecit, sed voluntatem contempsit tentatoris, dicens. Vade retrò Sathanā : iustum enim iudicauit Christus, vt sic tentationes nostras suis temptationibus vinceret ; Sicut mortem nostram venerat sua morte superare ; vt fide armati, spe confirmati, & charitate roborati, inueniamus vitam, & hauriamus salutem à Domino.

Hic est Iesus Saluator noster, qui ad Paradisum, de quo nos eiecerat cibus, per ieunium quadraginta dierum reducit, & de Diaboli temptationibus triumphavit, vt ad prædicationem Euangeli*j*, iam victor accederet.

Hic est Iesus, qui Discipulis se sequentibus mercedem reddit, dicens : vos, qui reliqui*is* retia, naues, & omnia, centuplum accipietis : & quia secuti etsi me ; cum venerit Filius hominis in sede Majestatis sua, sedebitis & vos, condemnantes Angelos apostatas, & iudicantes duodecim Tribus Israel.

Hic est Iesus, qui omnibus se sequentibus Paradisi delicias dat in Patriam; Patriarchas, Prophetas, Apostolos, Martyres, & omnes Sanctos in parentes; Angelos in Cives, & tandem inenarrabilia, & sempiterna premia tribuit, que oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit.

Hic est Iesus, qui sicut sexta die creauit hominem ad imaginem, & similitudinem suam ; Sic usque adhuc, in sexta ætate seruauit bonum vinum, hoc est, Euangelium, & Sacramentorum intelligentiam : vt nos Gentiles, cum aqua insipida essemus, manifestatum Christum sapere*m*us, & conuersi in bonum vinum, reformati*m*us mentem nostram secundum imaginem eius, qui fecit nos.

Hic est Iesus, qui ex gentibus primam impleuit hydram, cum in prima ætate figuratus sit in Adam : Nam dormiens ille primus de latere suo fit Eva ; Sic dormiens Christus in cruce, ex eius percuſio*m* latere, proſluxerunt.

runt Sacra*menta*, quibus formata est Ecclesia.

Hic est Iesus, in secunda ætate figuratus, Noe, & Arcæ orbis terrarum, in qua inclusa sunt omnia animalia, vt salvarentur: Sic vita vera fixa est in ligno, vt impleta secunda hydria, salvarentur omnes gentes orbis terrarum.

Hic est Iesus, figuratus Abrahæ, cui venit dictum : In nomine tuo benedicentur omnes gentes ; & in unico eius Filio, qui sibi ad sacrificium, quo ipse immolandus ducebatur, Ligna portabat : portauit, & hic Christus Duxem sanctam tuam ad mortem, vt immolare*m*etur, & tertia hydria gentibus impleretur.

Hic est Iesus, figuratus Dauid, qui per Prophetiam impleuit quartam hydriam, dicens: Surge Deus iudica terram; quasi dicat, dormisti iudicatus à terra; Surge vt iudices terram; quoniam tu hæreditabis in omnibus gētibus.

Hic est Iesus, figuratus in lapide, viso à Daniele, præciso de monte sine manibus, & confringente omnia Regna, terrarum, & crescente in montem magnum; Ita vt impletetur omnis terra; Verè, hic est Christus præcisis de Regno Iudeorum secundum carnem, sine opere humano, & confringens Diaboli Regnum; Factus est Imperator magnus, ioplens quintam hydriam, idest, vniuersum orbem terrarum.

Hic est Iesus, qui in ultima ætate venit, quia finis legis Christus, & in Ioanne Baptista figuratus est: per cuius Propheticam, & prædicationem, dicentem: Ecce Agnus Dei: Ecce, qui tollit peccata mundi ; offendens, Christum iam venisse, omnibus gentibus testimonium perhibuit; & sexta hydria impleta exitit.

Hic est Iesus, qui foemineo latte nutritur, & multa hominum millia parvissimo pane satiabat; dilectus hic quidem panis est datus Heliae, in cuius fortitudine ambulauit quadraginta diebus: & noctibus: & peruenit usque ad montem Dei; panis est, quo cibantur Angelii, saginatur Apostoli; reficiuntur Martyres; pascuntur Confessores; nutruntur Virgines, & satiantur Electi omnes.

Hic est Iesus frater, & soror sequentium voluntatem Patris

Patri sui: Nam naturam suscepit humam, ut per ipsam, membrorum, id est, fratribus suorum, repararet ruinam.

Hic est Iesus, qui nos laboratos, & oneratos reficit, & dat requiem animabus nostris: Nam in ipso pli vivendo, iugum suave, & onus suum leue portamus: quod licet durum, & asperum mundo videatur; tamen Sancti omnes leuem tribulationem dixerunt, quia non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam: Et fidelis Deus, non sinit nos tentari super id, quod possumus ferre: Imo, cum temptatione facit exitum, ut possimus sustinere.

Hic est Iesus, manifestum signum; quod datum est, in figura Ionæ perfidis Iudeis; quos tentantes, videntes, & mirabilibus signis credere nolentes, vna cum te iniquo interficiet spiritu oris sui; & destruet illustratione aduentus sui.

Hic est Iesus, caput tam militantis, quam triumphantis Ecclesiae; quam militarem Diuino Petro, & successoribus commisit cum plenitudine potestatis clauium, dicens: Tu es Petrus, & super haec petram aedificabo Ecclesiam meam; Et porta Inferi non prævalebunt aduersus eam, & quocumque ligaueris, vel solueris super terram, erit ligatum, & solutum in Cœlis.

Hic est Iesus, qui fatigatus hanc carnem portans, sedebat humiliatus ad puteum huins terrenæ habitationis, & Samaritanæ haurienti hydriam cupiditatum voluptates huius saeculi, petiū bibere; quasi ouem luxuriarum, & promittit tanquam fatiatus aquani vita æternæ: de qua scriptum est, inebriabuntur ab ubertate domus tuæ.

Hic est Iesus, quem merito tanquam maturam segetem, tot hominum millia pretia rerum suarum afferentes, & ante pedes Apostolorum exponentes, expeditus humeris à sarcinibus secularibus sequebantur.

Hic est Iesus, qui in secunda messe, in qua zizania cum tritico crescit, mittet Angelos suos, ut triticum in horreum recondant, & zizaniam igni comburendam secernant.

Hic est Iesus, cuius caro, verè est cibus dulcis eternæ vitæ, habens in se omne delectamentum, & saporis suavitatem;

&

& sanguis eius verè est potus de vinea Sabaoth, inebrians nos spiritu sancto, qui super mensam in Regno suo positus est, ad quam accedentes cum gaudio epulabimur.

Hic est Iesus, qui aduersarios mulierem in adulterio reprehensam offerentes, ut ipsi Christo de iustitia calumniam inferrent, repulit lingua iustitiae, dicens; Quis verum sine peccato est, prior in illam lapidem mittat, & in eam levans oculos mansuetudinis, & misericordiae, dixit: Nemo te condemnavit, nec ego te condenmo: Vade, & noli amplius peccare.

Hic est Iesus, qui perfidis peccatoribus dicit: vos ex parte Diabolo estis, & desideria Patri vestri vultis facere: Ille homicida erat ab initio, & in veritate, hoc est in Christo, nō stetit: quia nō est Christus cù eo: cù loquitur, ex propriis mendacium loquitur: Nā aliunde nō accepit. Imo, quia genuit mendacium, pater mendacij prædicatur.

Hic est Iesus, Pastor bonus, qui veniente Lupo, non fugit, sed posuit animam suam pro oibis suis: & duxit eas ad Spiritum sanctum ostiarium: qui aperit illis mysteria sanctissimæ Trinitatis, fidei, & salutis, & nominatim, quas prædestinatas nouit, ad diuinæ essentiae pascua vocat, institutat, & glorificat.

Hic est Iesus, cuius misericordia, & clementia, & dilectio circa nos magna, infinita, & admirabilis est: Nam quotidie peccamus, frequenter eum offendimus: Et tamen nos non derelinquit, sed tunicas pelliceas contritionis, & veniae nobis non septies, sed septuagies septies quotidie largitur.

Hic est Iesus, quem amare debemus, quia dulcis, & misericors, & timere, quia iustus est: Nam volens omnes salvos fieri, periclitantibus in desperatione proposuit indulgentiae portum: Et his, qui spe, & dilationibus procrastinantur, statuit diem mortis incertum, ut sua patientia, peccatores in hoc sæculo errantes reducat ad poenitentiam.

Hic est Iesus, qui tanquam Pater nos castigat, & flagellat, ut quæ ipsius Iesu Christi, & nō quæ nostra sunt, quæ ramus; Et sicut Medicus omnipotens plagas nostras sic curat,

rat, vt nec cicatricum vestigia post ipsius medicamina remaneant.

Hic est Iesus, qui Discipulos, & turbam docebat, dicens: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est Regnum coelorum; quia omnis appetitus rerum temporalium, vanitas est, & presumptio spiritus: Beati mites, non resistentes in malo, sed vincentes in bono malum, quoniam ipsis possidebunt terram, de qua, in Psalmo cantatur. Spes mea es tu; portio mea in terra viuentium: Beati, qui lugent peccata sua amare, per contritionem; quia consolabuntur a consolatore Paraclete in fruitione divinae essentiae. Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam; per quam venerat Christus, vt faceret voluntatem Patris sui; & quia ipsis certantes ad salutem indigent refecutione, idem saturabuntur cibo, de quo fiet fons panis, & aqua salientis in vitam eternam. Beati misericordes, qui miseriis subueniunt, quia de miseria liberabit eos Dominus. Beati, qui in simplicitate cordis querunt Deum; quia ipsis mente, & corde contemplabuntur summum illud bonum, quod solo, puro, & sereno intellectu cerni potest. Beati pacifici, qui omnes animi sui motus componunt, & subiiciunt menti, & spiritui, & carnales concupiscentias habente domitas, quia recipiunt similitudinem Patris, & sic Filij Dei vocabuntur, per perfectionem. Beati, qui persecutionem patiuntur propter Iustitiam, quia homines consummari, & perfecti sic probantur, vt ipsorum merces sit copiosa in celis.

Hic est Iesus, qui percussus in unam maxillam, præbuit & alteram: pallium dimisit auferenti sibi tunicam: Et cum angariaretur ire mille passus, iuit & alia duo: dilexit inimicos suos, & benefecit his, qui oderunt eum, & pro perseguientibus orauit.

Hic est Iesus, Lucerna pedum nostrorum, & via salutis nostræ, qui, vt per ipsum eamus ad Patrem, duo tantum dulcissima præcepta nos docet, scilicet: Quomodo Deum, primò, super omnia diligamus: quomodo animam nostram, sicut quid propinquius; Deinde animam proximi; quomodo successiuè corpus propriū, & postea proximi amici in

Deo,

Deo, & inimici propter Deum, velut nostrum diligamus.

Hic est Iesus Sal Coeli, lux mundi, margarita pretiosa, & drachma inuenienda; Sponsus prudentum virginum; Præmiator æqualis operantium; Pater recipiens filium prodigum, & Filius Patris familias occisus; Et tandem Samaritanus est hic Christus, qui infundit oleum vulneribus nostris.

Hic est Iesus, qui relictis nonagintanouem oueim, quæsiuit, quæ perierat, & inuentam, letus super humeros reportauit sponsæ suæ, quam redemit sanguine suo, & cui pignus dedit Spiritum sanctum.

Hic est Iesus, qui docet nos orare, dicens: Sic orabitis: Pater noster, qui es in celis: Sanctificeur nomen tuum, &c.

Hic est Iesus, qui dicit: nolite dare Sanctorum canibus, neque mittatis margaritas ante porcos, nè forte concubent eas pedibus, & canes conuersi dirumpant eas: Attendite a falsis Prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt Lupi rapaces: a fructibus eorum cognoscetis eos.

Hic est Iesus, qui vult nos intrare per angustam portam, vt petentes accipiamus, querentes inueniamus; pulsantes aperiatur nobis, & posseflores Paradisi introreamus; vt sumus domestici Dei, & Cives Sanctorum. Nam petentibus dat gratiam inter electos, efficaciam in opere; effectum in suis, & suorum præceptis; solamen, & constantiam in aduersis: cautelam in prosperis, & timorem: & quoquaque vertimur, sua gradi misericordia nos præuenit.

Hic est Iesus, qui, non solum sicut merebamur multis catenis, vel compedibus oppressos ad exercenda laboriosa opera nos traxit; sed magis pro ineffabili pietate, vt cum illo regnemus, clementer nobis thesauros in Coeli thelaurizauit; vbi nec erugo, nec tinea demolitur, nec fures effodiunt, nec furantur.

Hic est Iesus, qui nos de tyrannide Diaboli liberare volens, dixit: vnu quisque tollat Crucem suam, & sequatur me: quia necessarium nobis est lignum humiliatis Christi; Imò nullus transire potest mare huius saeculi ad Celestem

stem patriam , nisi Christus portatus .

Hic est Iesus, qui nos docet, pauperes ad prandium, & coenam omni charitate inuitare, ut tuti, & beati simus, quia non habentes hi, unde retribuant nobis: per Christum retribuetur in retributione iustorum.

Hic est Iesus, qui in potestate propria imperabat spiritibus immundis, & obediens ei; Nam eicit Daemonium ab homine in Synagoga, clamans, quid nobis, & tibi Iesu Nazarene, venisti perdere nos; & de monumentis occurrit homo, habens porcos Daemones; & permisit illos intrare in alios porcos, & precipitauit in mare: Daemonium lunaticum, mutum, & surdum expulit, & à Chanañæ puella alium fugavit: & tandem, cantat Scriptura sacra: Exibant Daemonia à multis, clamantia, & sine mora obediendo fugiebant.

Hic est Iesus, qui à magnis febribus Socrum Simonis, & Reguli filium liberavit; Paralyticum Centurionis puerum, ac alium per tectū dimissum sanavit; Leprosus mundauit; Cæco nato, ac aliis duobus clamantibus, Fili David miserere nostri, lumen restituist; hominem ad Piscinam lauit; alij manum aridam restituist; mulierem, quæ sanguinis fluxum patiebatur ad tactum sambriæ curauit; puellam Principis; vnicum filium Viduæ, & Lazarum, quatinusnum, ac fœridum ad vitam reuocauit.

Hic est Iesus, qui mitens digitos suos in auribus surdi, & muti, & expuens terigit linguam eius, & suspiciens in Cœlum ingemuit, & ait illi: Epheta, quod est aperire; & statim aperta sunt aures eius, & solutum est vinculum linguae eius, & loquebatur recte.

Hic est Iesus, qui multos à quibusunque infirmitatibus, & languoribus detinebantur, singulis manus impnens, curabat, & miracula valde faciebat: Ita ut mirarentur omnes, dicentes: Nunquam apparuit sic in Israel, & magnificantes Deum, sequabantur eum.

Hic est Iesus, qui duodecim Apostolis, & omnibus in eū credentibus dedit potestatem, dicēs: Signa aut eos, qui crediderint, hæc sequentur. In nomine meo Daemonia

eliciunt.

eliciunt, linguis loquentur nouis, serpentes tollent, & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Super ægros manus impnent, & bene habebunt.

Hic est Iesus, qui turbat nauculam militantis Ecclesiae, crescentibus tempestibus: & fluctibus maledictorum Daemonum, propter frigiditatem charitatis, facit trāquillam: & surgens compescit seductores, & superbos.

Hic est Iesus, lumen oculorum nostrorum, & baculum seneçutis nostræ, qui luctatores nos fecit contra Diabolum, coronans nos donis suæ misericordiæ, & gratiæ, vt in fide, quam accepimus, perseveranter ambulemus, & vitam æternam condonet nobis legitimè certantibus.

Hic est Iesus, largitor bonorum, qui donat nobis sensum, vt eum agnoscamus, & secreta arcanorū suorū intelligamus: Nam longitudo dicitur propter æternitatem, latitudo propter charitatem, sublimitas propter maiestatem, ad quem, nisi per fidem Catholicæ pacis, cooperante charitate Dei, & proximi, neminem peruenire certū est.

Hic est Iesus, bonus Deus, qui nouit mutare sententiam, si nos nouerimus emendare delictum: Nam facilis est indulgere peccatis, & non solum allata restituit, sed etiam insperata præmia concedit.

Hic est Iesus, qui in statu poenitentia cœcum reducit per vias duras, & ostendit Regnum Dei Patris; & in statu iustitiae deducit iustum per vias rectas, & ostendit Regnum suum æternum, & in statu gloriæ iustum, & Sanctum deducit in via mirabili, & introducit eum in fructuone Regni Trini, & vnius Dei.

Hic est Iesus, qui totus est in mundo ad iustificationem, & totus in Cœlo ad glorificationem: Totus in mundo, vt educat peregrinantes, & totus in Cœlo, vt recipiat peruenientes.

Hic est Iesus, in cuius manibus, & iustitia horrenda incidisti maledicte: Nam ubi fugies? Quia de eo scriptum est: quo ibo à Spiritu tuo, & quo à facie tua me abscondam? Si ascendero in Cœlum tu ibi es: si descendero in infernum ades?

Hic est Iesus, de quo scriptum est: Exulta filia Syon, ecce Rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam; & cui laudes victorię multi significare volētes, qua erat Dominus mortem moriendo superaturus, & trophæo Crucis, de Diabolo mortis principe triumphatus, strauerūt vestimenta sua: Alij cedentes oliuarum ramos, & frondes, sternebant in vias: Et qui præbant, & qui sequebātur clamabant, dicentes: Osanna, benedictus qui venit in nomine Domini; benedictum quod venit Regnum Patris nostri David; pax in Cœlo, & gloria, Osanna in excelsis: & cum introisset Christus Hierosolymam: commota est vniuersa Ciuitas, dicens. Quis est hic? hic est Iesus à Nazareth.

Hic est Iesus, qui Hierusalem ingressus est, non in Curru aureo preciosa purpura fulgens, nec ascendit super ferratum equum, discordia amatorem, & litis, sed super asinam tranquillitatis, & pacis amicam.

Hic est Iesus, qui quererit cor nostrum purum, & mundum, ut paret in eo coenaculum grande stratum, ut faciat apud nos Pascha cum Discipulis suis.

Hic est Iesus, qui reliquit corpus suum in cibum, & sanguinem in potum, & accepit panem, & benedixit, ac fregit, deditque Discipulis suis, constituens eos Sacerdotes, & ait: Accipite, & comedite, hoc est corpus meum: Simili modo, accipiens Calicem gratias egit, & dedit eis, dicens: Bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus noui Testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum: & hæc quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis.

Hic est Iesus bucella illa Dominica, quam intingens obtulit Discipulo ingrato, ut ad Sacramentum unitatis, & ad humilitatem dilectionis eum invitaret, qui temerarie accipiens, in eum Sathanas intravit, non quia malum accepit, sed quia bonum male malus recepit.

Hic est Iesus, qui nostræ salutis siccitatem ostendit, dicens: Iudæ, quod facis fac citius: O verbum libentius patati ad passionem, quam irati ad vindictam: d verbum, non tam poenam exprimes proditoris, quā mercedem signifícans

cans redemptoris: Iudas tradens Christum cogitab pecunia lucrum, & inuenit animæ detrimentum: Christus vero tradidit se ipsum, populum inuenit, quem & redemit.

Hic est Iesus, cuius humilitas quanta fuerit, ipsa diuinitas incarnata ostendit, genua flectens ante hominem; Creator ante creaturam; Rex ante Piscatorem; sapientia ante ignorantiam; & pulchritudo ante deformitatem: & propter humanos, quibus in terra versamur affectus, Discipulorum pedes laui; ac dixit: Si ego Dominus, & Magister pedes vestros laui, quanto magis debetis, & vos alter, alterius lauare pedes, vt demittentes debita, & pro inuicem orantes cum omni charitate, & humilitate, habeat partem mecum in Regno Patris mei.

Hic est Iesus, qui orare exiuit in monte Oliuarum, ac Discipulis tribus inquit: Orate, ne intretis in tentationem: ipse Pastor tristis erat, eius anima turbabatur, diuinitas vero inconcussa latrabatur; orat hic semel: Pater, si possibile est, transeat a me calix iste; Sed non sicut ego volo, sed sicut tu vis: Spiritus promptus est, caro autem infirma; Orat & iterum; tertioque precabatur, & tamquam aquila tegebat nidum suum velamento pennarum, & sollicitus cum orasset ad pullos reuertebatur, propter quos tristitiam patiebatur; Quia inquieta noxipos Piscatores in fugam compellebat.

Hic est Iesus, cui statim apparuit unus ex maioribus Angelis, qui eum adorans, dixit: Domine Deus mi Rex, orationem Patri tuo, sanguineumque sudorem obtuli, & tota Curia Coelestis pro te deprecata est, tamen pro reconciliacione generis humani, necesse est Crucis subire tormentum, & licentia obtenta, cum debita humilitate, adorans reddit Coelestes sedes, & Christus in agonem factus, Discipulis dixit: Dormite iam, & requiescite, ecce appropinquat qui me tradet.

Hic est Iesus, qui osculo traditus proditorum amicum vocat; & Indæ cum armis, & laternis, querentes eum in tenebris, & non comprehendentes, audita voce, Ego sum: ceciderunt retrorsum, prostrati in faciem cœcitatibus; Sed

quia Christus lux est, quæ lucet in tenebris, excitauit à mortuis: quem insensati, & ingrati ministri tenentes, & malè tractantes, hic inde ad Principes duxerunt.

Hic est Iesus, pro quo Petrus promiserat se tanquam columnam firmissimam animam positum, & ad vnius auræ impulsu tota contremuit, & Magistrum negauit: Sed audiens gallum cantantem, vedit cordis sui nauem sine mercibus nudam; vnde flere cepit, & permanens in amaritudine lachrymarum, meruit ab ipso Christo de portis eripi Inferorum.

Hic est Iesus, cuius capiti milites plectentes coronam de spinis, & arundine percutientes, imposuerunt, & illusoria veste purpurea circumdederunt eum; durisque flagellis flagellatæ, & amaris conuicis spuentes in splendidam faciem, & illudentes ei, clamabant: Aue Rex Iudeorum: & dantes alapas: prophetiza Christe, quis te percussit, dicebant, quæ omnia per Isaiam prædicta fuerunt, in nomine Christi, dicentem: Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas volentibus, & faciem meam non auerti à fœditate sputorum: & sic tremenda potentia superbum mundum non atrocitate pugnandi, sed patiendi humilitate vincebat; & granum istud multiplicandum seminabatur horribili contumelia, vt mirabili pullularet in gloria.

Hic est Iesus, quem Pilatus pronunciat innocentem: Nam lauit manus coram populo, dicens: Innocens ego sum à sanguine iusti huius: & tamen inordinata nequitia iudicantis eligendi tribuit facultatem populo, dicens: Quem vultis dimittam vobis: Barrabam, an Iesum? at illi clamantes crucifixe, crucifige eum. Pilatus dimisso Barabba tradidit Iesum crucifigendum.

Hic est Iesus, cuius diuinæ maiestatis sententia noluit, te in Iudam de tanto sacrilegio alicnis manibus, sed propriis, puniri: Nam post redditum pretium se se laqueo suspendit: vt quem mulctauerat pecunia, mulctaret & vita; & sic Iudice severissimum vlciscentem confiteretur quem negauerat tradendo, dicens: peccavi tradens sanguinem iustum.

Hic

Hic est Iesus, cuius prouidentia dispositus, vt pretium suæ venditionis, non in carbonam poneretur, ne peccatoribus sumptum præberet, nec sacrilegis esset ad lucrum, vel vsum. Sed ager emeretur, qui peregrinis sine domo, & Patria, & his, qui toto orbe exules iactabantur, requiem subministraret, & fidelibus defunctis eslet ad sepelendum; vt iam exinde Christus, & viuos sanguinis Passione redimat, & mortuos pretiosa possessione suscipiat.

Hic est Iesus, quem continuo in mente habete, & ipsum Regem orbis terrarum, & Angelorum Dominum imitari debemus, coronam spineam, vestimentum purpureum, conuicis patientem, & omnia pro redempzione nostra silentio ferentem.

Hic est Iesus, qui baiulans Crucem ad Caluariae locum, tanquam ovis ad occisionem, & Agnus ante tonsionem sc̄e, sine voce duclus est; vbi Iudei poliantes eum crucifixerunt, vt impleretur, quod dictum est per Prophetam: Foderunt manus meas, & pedes meos, & dimiserauerunt omnia offsa mea.

Hic est Iesus, cuius vestimenta, idest doctrina Evangelica, in quatuor partes mundi diuisa fuerunt: & noluit scindi tunicam inconsutilem, quæ integra erat, quia non patitur Ecclesie violati unitatem, vt impleretur Prophætia diuiserunt vestimenta mea, & super vestem meam misserunt sortem.

Hic est Iesus, cuius immolatio noua, & admirabilis est: nonum Altare ligno Crucis efficitur: Christus vero nouus Sacerdos est, & hostia vera, & communis pro genere humano oblata: de qua clamat Apostolus: epulemur non in fermento veteri, neque in fermento malitia; & nequitiaz, sed in azimis sinceritatis, & veritatis: Quoniam Pascha nostrum immolatus est: C H R I S T U S: extra muros in altitudine Crucis, vt aeris natura à maledicis mundaretur, & terra à prophanis Gentilium sacrilegiis purgaretur sanguine suo.

Hic est Iesus, cuius admirabilis passio, quanta nobis bona triumphi contulerit, mortali, & humana voce non valeo recensere; Quia genus humani peccat, & hic verbe-

V 3 ratur:

ratur: illud praeuaricatur; & hic crucifigitur: & pro quibus moi dignatur? pro sceleratis, & impiis; Imò, & iniurias, & spuma, & plaga in corpus suum conuertit in pretium nostrum: Quis ergo potest tantam narrare pietatem? & quid retribuemus Domino pro muniberibus tanta dignitate?

Hic est Iesus infinita bonitas, cuius sacrarum manuum in ligno Crucis extensio, & reuerenda confixio cōdemnat Adæ, & Euæ manus ad interdictum ligni cibum, cum ingemiscenda omnis posteritatis transgressione, porrectas.

Hic est Iesus, cui acerbissimum, & turpissimum genus mortis intulerunt; Nam morte illa Crucis, nihil peius fuit inter genera mortium, qua durius, & diutius cruciabantur: Et tamen pro illis petebat veniam, à quibus adhuc accipiebat iniuriam, dicens: Pater ignosce illis, quia ne-
sciunt quid faciunt.

Hic est Iesus, quem latro Spiritu sancto eruditus, dum mens discipulorum titubaret, confessus est: primò, curam gerens de socio in Crucem dicens; non times Dominum tuum? nos quidem iustè digna factis recipimus; hic autem nihil mali gesit; deinde Christo: Memento mei Domini, cum fueris in Regno tuo: O admirabilis, & salutifera confessio: adhuc in latrociniis positus, & inuisibilem Deum angelicis oculis videbat; nondum vocatus, & predicat Christum saeculi Iudicem, Regemque saeculorum: nondum famulus, & sic Christi amicus; nondum discipulus, & fit Magister, & ex latrone Confessor, & Martyr.

Hic est Iesus, qui sicut excedit vota, ita gratiam adiungit ad merita. Nam crucifixus, & in facie consputatus, clavisque confixus; cum iniurias, & maledicta susciperet, derisus, atque contemptus malignam illam, atque longo scelerum vnu obdurata latronis mentem immutare praevaluit; & anima lapidibus duriorem attraxit pariter, & honorauit, dicens, Hodie tecum eris in Paradiso, vt haereditaria, & paternâ sedem per saecula clausam, (hoc insinante latrone) primus securè introeas, & pacifice possideas.

Hic est Iesus, cuius vocem humani generis aduersarius audi-

audiuit: Nunc Princeps mundi huius eiicitur foras: Et ego cum exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum; nihil iam tibi maledicte, applaudat crudelitas tua tibi exitium, nobis vero attulit commodum, quia protinus mandi facinore, vt legitur; verè languores nostros, & dolores ipse portauit, & nos putauimus eum, quasi leprosum, & percussum à Deo, & humiliatum; Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras; & atritus est propter sclera nostra.

Hic est Iesus, qui sciens, quia iam omnia consummata erant, vt consummaretur Scriptura, dixit: Sitio, Et cum Virginem Virginis commendasset, iterum clamans voce magna; Pater in manus tuas commendo spiritum meum, inclinato capite, emisit spiritum.

H I C P A V L I S P E R O R E T I N spiritu, deinde dicat.

Hic est Iesus, in cuius Passione, aperte rerum natura videtur commoueri, at si in vindictam auctoris sui vellet contra te maledicte, armari; omnia sunt elementa permota. Coelum non fuit quietum, cù caput dominicum verberaretur: non curia coelestis coelo contenta permanxit, quia in commotione fuerat; coeli luminaria cōturbanter, & detestationibus suis Stellæ sulphureæ cadunt in lapsum: terra ipsa concussa à fundamentis suis, quasi que Crucem Domini vix sustineat, tanquam ad scelus proprium contremisit; dies refugo lumen lugentes habitu induit; ligni cuspidē rumpitur Golgota; resonant mallei, securesque cedentes, montis sacri petra scinduntur, & monumenta, Sanctis multis resurgentibus aperiuntur; Et quem viuum contempserunt, mortuum sic mirati sunt, vt dicerent; Verè quidem Filius Dei erat iste.

Hic est Iesus, cui unus militum lancea latus apertus: Et continuò exiuit sanguis, & aqua: Sanguis in remissionem peccatorū; Aqua, in temperationem poculi salutaris, quæ ad lauacrum præstat, & potum: figuratus in primo Adam,

cuius latere facta est Mulier; & de latere vita, formata est Ecclesia.

Hic est Iesus, cuius corpus, Ioseph ab Arimathia, ut fidei satisfaceret, & timori, occulte petiit Pilato; ut & humo mandaret crucifixum, & declinaret infaniam Iudeorum: Quo accepto, & depouens eum, inuoluit Syndone, & posuit in monumento nouo: quod erat excisum de pietra, & aduoluit lapidem ad ostium monumenti.

Hic est Iesus, pro cuius amore omnia tormenta portare debemus: in quo salus, & vita, & resurrectio nostra consistit: Nam magnum Sacramentum pietatis, signum unitatis, & vinculum charitatis ostendit, cum non habens, quare moreretur, mortuus est; ut nos a sempiterna morte liberaret.

Hic est Iesus, cuius anima usque ad Inferni profunda, & sedes Tartari penetravit; Et sicut illam Inferni porta, ita nec corpus tenere potuit sepultura: Nam per illud triduum nequaquam caro corruptione fuit violata; Quia tota diuinitas, & corpori, & animae unita erat, & in Inferno sub eadem mora Regnum mortis anima destruebat. Ecce quomodo suscepit dolores nostros, ut nos saparet; quomodo suscepit poenam, ut nobis gloriam donaret; quomodo suscepit mortem, ut nos viueremus sine fine: quomodo iacuit in Praesepio, ut nos regnaremus in Celo, & quomodo descendit ad inferos, ut nos ad superbos reduceret.

Hic est Iesus, qui ad terminum tenebrarum, & profundo Inferiori descendens, impias, ac tartareas legiones terruit, quae trementes dixerunt. Quis haec est iste terribilis, & niueo splendore coruscus? nunquam noster tales exceperit Tartarus; nunquam in nostram cauernam tales misit mundus; nunquam in hoc coenoso loco, & nigra semper caligine obcaecato, iucundum lumen apparuit: & flentes dicebant. Inuisor iste non debitor; exactor est, non peccator. Iudicem videmus, non supplicem; venit iubere, non succumbere; eripere, non manere. Vbi nam ianitores nostri, cum iste bellator Christus, claustra vexabit. Si Deus est, ut quid venit? Si homo, quid presumpsit? Si Deus, quid in-

sepul-

sepulchro facit? Si homo, cur peccatores soluit? Nonne cum adiore nostro foedus compofuit, aut forte congressus est, & ipsu[m] vicit? Heu, heu, nobis in contrarium est nostri prælatoris versa sententia: per lignum quidem ditati sumus, & per lignum euertimur; perit potestas nostra, semper populis formidata; ò Princeps noster, hic n[on] est ille, de cuius tibi semper futura, morte plaudebas? Ipsen[em] est, in cuius cruce omnem mundum tibi subiugandum esse credebas? Ipsen[em] est, in cuius exitu nobis rata spolia promittebas? Quid est, quod facere voluisti? Ecce iam omnes tibi tenebras suo splendore fugauit, & omnes tuos carceres fregit; captiuos eduxit ligatos, qui sub nostris solebant susprire tormentis, soluit; ac ipsi insultant nobis de perceptione salutis: Et iam non solidum nihil verentur, sed & insuper minantur: Et post itas vestrorum ministrorum Infernalium voces, sine villa mora ad imperata Iesu Christi omnes ferrei confracti sunt vesteres; & quos captiuos tenebat, infernus reddidit.

Hic est Iesus, qui propria virtute, spoliatis Inferis, recuperatis gaudis Patriæ quondam perditis, surrexit die tertia, ut in vita sua ostenderet nostræ vitæ nouitatem, & abiulit nobis desideria carnalia; abiulit concupiscentias malas; abiulit superfluum, cum quo nati eramus, & multò peius, quod malè viuendo addideramus; diesq[ue] illa lucidiori illuxit: Astra quoque omnia lata sunt; & quæ (patiente Domino) proprium lumen retraxerant, nolentes Creatorem suum aspicere crucifixum. Ecce nunc victorem illum, & ab inferis resurgentem, nouo claritatis suæ venerantur obsequio.

Hic est Iesus, qui per quadraginta dies Discipulis suis multoties apparuit, exprobans incredulitatem eorum, & duritiam cordis, ac dixit eis: Euntes in viuiversum mundum, predicate Euangelium omni creatura, & qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit, qui vero non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur. In nomine meo Demonia ejicient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent; & si mortiferum quid bibe-

biberint, non eis nocebit. Super ægros manus imponent,
& bene habebunt.

Hic est Iesus, qui quadragesima die ad dexteram Dei Patris remeauit, crux rubore pulsus, ac choreis victricibus laureatus: & videlicet Apostolis, eleuatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorum: cumque intuerentur in Coelum; confessum ex victoribus Angeli duo, metu, & dolore prostratos. Apostolos verbis talibus consolantur: Viri Galilæi, quid statim aspicientes in Coelum hic Iesus, qui assumptus est a vobis in Coelum, sic veniet, quemadmodum nunc tollitur super Astra præclarus: & ad eius ascensum Cherubim in principio ad Paradisi custodiæ positus cedit, & flammæ romphæ obnoluitur; sanctificatur diuino comitatu immensus aer; & omnis illa volitans turba, per auras, Christo ascidente, transfigit: pauer omne Coelum: mutantur Astra: concurrit confessum fulmineus ille militiae cœlestis exercitus, qui videns Regem suum viuæ carnis manubias reportare, atque hoste debellato, hominæ in superna ascendere, agnoscentesque in cicatricibus signa bellorum, & adorans in carne vulnera iam sanata, plaudit; & tuba sonat; & alterius inter se splendidus ille Senatus cœlestis, ita resonat obsequia lata carminibus; talibusque cōcrepit hymnis: Tollite portas Principes vestras, & elevamini portæ aternales, & introibit Rex gloria: & spolia ex castris tyrapnicis reportantes, fulgentiaque diuinæ virtutis vexilla deducunt lætantes.

Hic est Iesus, qui confortat nos in die tribulationis, & loquitur animæ nostræ, dicens; Filia veni ad me, cum tibi non fuerit bene, quia propè sum: vt restaurem vniuersa, non solum integrè, sed & abundanter, & cumulatè, quâdo te existimas elongatam à me, s'pè sum propinquior: quando existimas te totam perditam, tunc s'pè magis merèdi instat lucrum: Esto ergo longanimis, & fortis: veniet tibi cōsolatio tempore suo, expecta me expecta, quia veniam, & curabo te. Nam vnicum putamus gaudium, quando affigit nos doloribus, quia sicut Deus Pater dilexit eum, sic ipse dilexit nos; Dilectos suos Discipulos non misit ad

gaudia

gaudia temporalia, non ad honores, non ad requiem: sed ad magna certamina, ad despectiones, ad labores, ad ferendū fructum multum in patientia.

Hic est Iesus, cuius verba spiritus, & vita sunt: Nam dicit, Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos: Excitat nos verba tantæ pietatis, dulcedinis, & dilectionis, vt fiducialiter ad eum accedamus, vt secum habeamus partem, vt immortalitatis accipiamus alimoniam, vt aeternam obtineamus vitam, & gloriam.

Hic est Iesus, qui destruxit falsam sapientiam, & superstitionem Gétilium, & Philosophorū, & fallos ritus Deorum: dissipauit mahtiam Iudeorum insurgentium, vt dererent eum per mortem: dissipauit consilia, & conuenticula Principum mundi, & Tyrannorum, qui distrahere Ecclesiam, & delere nomen Christi disponuerant.

Hic est Iesus, qui habuit speciositatem, & pulchritudinem corporis, & animæ, & sanctitatem in vivendo, & mansuetudinem in conuerando, & patiendo, & veritatem in docendo, & iustitiam in corrigendo, quæ reddebat ipsum dignum Regno, & Imperio.

Hic est Iesus, qui liberauit nos de spelunca peccati, in qua eramus sepulti; de spelunca miseria, & poenitatum; & de spelunca persecutionum infidelium, & de medio Daemonum, quibus dati eramus in escam per peccatum Adæ.

Hic est Iesus, qui docet nos, quatuor, vt habeamus magnam pacem, & quietem, & libertatem, dicens. Fili stude alterius potius facere voluntatem, quam tuam, Elige semper minus, quam plus habere. Quare semper inferiorem locum, & omnibus subesse. Opta semper, & ora, vt voluntas Dei integrè in te fiat. O bone Iesu, sermo hic tuus brevis dictu, sed plenus perfectione sensu, & uberi fructu: Ideo tu, qui omnia potes, & animæ profectum semper diligis, adauge maiorem gratiam, vt possimus tuum complere sermonem, & nostram perficere salutem.

Hic est Iesus, qui, non soli est mediator Dei, & hominum; sed etiam est Medius interpres, quia declarauit nobis voluntatem Patris, & interpretatus est legem Mosay-

cam

cam secundum verum intellectum, & est verus, & proprius dispensator omnium virtutum, & donorum, & bonorum gratiarum, & gloriae Dei Patis dilecti sui.

Hic est Iesus primogenitus, & unigenitus aeterni Patris, non solum, quod ad divinitatem, sed etiam quod ad humilitatem; primogenitus quoque quod ad hereditatem; quam adeptus est usque ad terminos terrae, & in Celo, & in terra: Et quia excelsus positus est pro omnibus Regibus terrae, sedens ad dexteram Patris in excelsis, data est ei universalis potestas.

Hic est Christus, qui adeptus est potestatem gubernationis, & Regnum, & Imperium super omnes creaturas, & gloriam, & honorem, & latram, & summam fruitionem, & gloriam; quae Christo homini debentur, in quantum filius naturalis ratione unionis Verbi, & ex merito suæ Passionis.

Hic est Christus, sub cuius pedibus, Deus Pater subiecit multiplicitem inimicos suos; in nativitate multa Idola in Aegypto, & in diversis partibus corruerunt; in descentione ad Inferos, ubi sededit tanquam Iudex circiter quadraginta horas condemnauit, & ligauit Diabolum usque ad iudicium, & expoliavit Limbum, & Purgatorium: Item, quando per predicationem Euangelicam, cuius sonus exiuit in omnem terram, destruxit omnia nomina Idolorum, & pricipiæ inimicam omnium viventium mortem.

Hic est Iesus, qui ut hominem perditum, & captiuum in reticulo Diaboli repararet, & liberaret, venit in carnem: Nam sicut Diabolus abscondit hamum venenosum sub specie fructus venenosæ, & dedit primo homini quem mordens Adam, fuit ipse morsus à morte, Sic Christus carnem suam tanquam escam, sub qua latebat hamus diuinitatis, obiecit Diabolo, & ipsam carnem tetendit in arcu crucis: Diabolus vero, credens Christum purum hominem, obnoxium morti, voluit ipsum mordere, sicut eстеро, sed ipse fuit vicitus, & captus in reticulo passionis Christi.

Hic est Iesus, qui dicitur gloria nostra, quia mortuus est propter iustificationem nostram, nos a peccato liberando,

&

& resurrexit propter gloriam nostram; Hoc est, ut nos glorificaret, & resuscitaret ad gloriam.

Hic est Iesus, a quo, & ab eius Patre ad preparata sibi Apostolorum suorum Tempora, Spiritus sanctus, velut imber sanctificationis, & substantia sacri vnguenti, defluxit; ut ex eius fragrantia vniuersus mundus per duodecim Solis radios, veritatis Lampades illuminaretur; & inebriatori vino, loquenter variis linguis magnalia Dei, repliatur, atque irrigent corda populorum, & appropinquantes ad eorum doctrinam, Dei fierent capaces, atque participes, prout Spiritus sanctus dabat eis.

Hic est Iesus, Iudex saeculi, quem videbimus venientem in nubibus Celi, cum virtute, & potestate magna, excolsaque maiestate; cui Sancti omnes obsecramur venient in aeris; & quem precedet exercitus Angelorum, qui clavis, flagella, coronam spineam, & signum illud triumphale vexillum sanctæ Crucis, sublimibus humeis praefierentes, diuinum Regis celestis ingressum nunciabunt, cuius splendor manifestabuntur abscondita cordium. Cum vero ipse Iudex iudicabit, etiam celestes Ministri pauebunt, & terribili apparatu de Iudicis intuendi horrenda formidine contremiscant: tum vulnera sua hic Christus ostendens, his, qui a dextris erunt, dicet: Venite benedicti Patris mei, possidete Regnum vobis paratum à constitutione mundi; Et iuratus, peccatoribus, sero sua criminis cognoscentibus, & frustra factibus impianis iniquitatem, dicet: Ita maledicti in ignem aeternum, quem preparauit Pater meus Diabolo, & Angelis eius; Et sic statim vos impenitentes, cum sequacibus vestris in aeternum confundemini.

Hic est Iesus, per cuius soramina flagitia transire debemus, ut pulchriores simus in Regno suo: Nam transacta nocte saeculi huius, & transactis erroribus ierationum, tenebre superato Leone, Christo astabimus, & illum contemplabimur in Patria; quæ finiri, nec corrupti, nec pluvia, nec diluviis, nec a vobis latronibus obserui potest.

O superbissime Diabole, o inimice fidei, o adductor mortis, o vita raptor, o iustitiae declinator, o malorum radix,

dixit omnes vitiorum; & seductor hominum; & proditor gentium; & incitator inuidiae; & origo auaritiae; & causa discordiae; & excitator dolorum, & malorum inuentor cunctorum. Quid itas; & resistis, cum scias Christum tuas perdere vires? para fugam, cum ceteris consociis tuis.

Nam Ecce, cuius obsecrante manu præcipitatus es a Cœlis, coluber tortuose.

Ecce qui præcipit Soli, & non oritur.

Ecce qui Stellas claudit, quasi sub signaculo.

Ecce qui subvertit vos in furore suo.

Ecce qui auferit prædam de dentibus tuis.

Ecce qui conteret molas iniquorum.

Ecce vera fortitudo, quæ alliganit te fortem.

Ecce qui vincula tua dirupit.

Ecce qui te expoliavit.

Ecce qui Regnum tuum destruxit.

Ecce qui te victum ligavit.

Ecce qui victoriam dedit de inimicis suis.

Ecce qui Principem omnium vitiorum præcipitauit.

Ecce qui portas æreas confregit.

Ecce qui vectes ferreos contrivit.

Ecce qui percussit superbum, & vulnerauit Draconem.

Ecce qui fecit prædam in Inferno.

Ecce qui captiuos Inferni soluit.

Ecce qui mortem calcavit occisus.

Ecce qui posuit signum victoriae in Tartaro.

Ecce qui superbis resistit.

Ecce mortis, & Diaboli victor.

Ecce qui nascens texuit Herodem, & moriens vicit Diabolum.

Ecce qui tradidit Crucis membra humana, ut mortem induceret tibi antiquo Serpentis.

Ecce qui destruxit labia dolosa, & linguam magniloquiam.

Ecce cuius sanguine vicitus est Draco, eductis de dentibus eius membris suis.

Ecce qui posuit circulum in naribus, & chlamum in labijs.

bijis tuis, ut reducat te quod voluerit.

Ecce qui vobis peccatoribus non pepercit, sed in Tar-
tarum vos tradidit cruciando.

Ecce qui illustrat Paradisum.

Ecce in quem desiderant Angeli propficere.

Ecce quem habent Angeli Imperatorem in Cœlis.

Ecce qui posuit titulum gloriæ in seculo.

Ecce qui vocat nos peregrinos ad Patriam.

Ecce petra nostra, & robur nostrum.

Ecce scutum nostrum, & cornu salutis nostræ.

Ecce Saluator noster, & refugium nostrum.

Ecce in cuius alarum protectione speramus.

Ecce a quo empti sumus pretio magno, & eius liuore
sauati.

Ecce qui pro nobis interpellat: plagas, & sanguinem
fusum Deo Patri ostendens.

Ecce qui saluat, & liberat nos ab omnibus persequenti-
bus fortissimis.

Ecce cuius nomen admirabile in vniuersa terra.

Ecce qui gloria, & honore coronauit hominem, & mi-
nuit paulo minus ab Angelis.

Ecce qui conterit brachium peccatoris, & maligni.

Ecce qui regnat in æternum, & in seculum saeculi.

Ecce cuius sedes in Cœlo est.

Ecce qui humiliat oculos superborum, & populum
humilem saluat.

Ecce qui retribuit perentibus vitam æternam, & cre-
dentibus aperit Regna Cœlorum.

Ecce quem sancta Ecclesia confitetur per orbem ter-
rarum.

Ecce qui moriens profitetur se in Paradiso regnare.

Ecce qui subiugauit nos suo Imperio.

Ecce qui dicit nos in altum, ubi est refectione nostra.

Ecce qui diuinæ militiae sustinet onera.

Ecce quem nos in terra adoramus in fide, & Angeli in
Cœlo, in specie sine velamine.

Ecce qui vniuersis fidelibus suis adest; quibus ob quoti-
dianum

dianum solatium, & cor erigendum in Cœlum, se tribuit edendum, & fruendum.

Ecce Verbum Dei, quod beati facie ad faciem gloriam eius speculantes, & de claritate, in claritatem abyssalis Deitatis transformati gustant, carnem factum, sicut fuit ab initio, & manet in æternum.

Ecce verè dilectus noster, electus ex millibus, in quo complacuit animabus nostris habitare omnibus diebus vita nostra.

Ecce verè pacificus noster, in quo pax summa: & requies vera, extra quam labor, & dolor, & infinita miseria.

Ecce verè Deus absconditus, cuius consilium non est cum impiis, sed cū humilibus, & simplicibus sermo suus.

Ecce cuius Spiritus suavis, qui, vt dulcedinem suam in filios demonstraret, pane suauissimo de Cœlo descendente, illos reficere dignatur.

Ecce Christus, qui ingreditur ad animas deuotas, vt pascat eas carne sua glorioſa: vt sic ostendat homini gratiam suam ineffabilem, & amorem immensum, & charitatem suam eximiam.

Ecce, cuius consilium salutare, & utile est.

Ecce qui seipsum in cibum donauit; ò quām suave, & iucundum est eius conuiuum.

Ecce cuius operatio admirabilis, cuius virtus potens, cuius veritas infallibilis.

Ecce Deus natus, Deus verus, & homo, qui sub modica specie panis integer continetur.

Ecce Dominus vniuersorum, qui nullius habens indigeniam; voluit tamen per hoc Sacramentum habitare in nobis.

Ecce munus nobile, & singulare solatium, in hac lacrymarum valle nobis relictum.

Ecce quoties hoc mysterium recolimus, & cuius corpus accipimus, toties nostræ redēptionis opus agimus, & participes efficiemus omnium meritorum Christi.

Ecce cuius charitas nunquam minuitur, & cuius magnitudo propitiacionis nunquam exhausitur.

Ecce

. Ecce qui serenat conscientiam hominum.

. Ecce quem concupiscit anima nostra & cui desiderat cor nostrum unire.

Ecce remedium salutis nostræ, si forte defecerimus in via Cœlesti, frangari, almonia.

Ecce quem digni manducantes, participes, & hæredes sunt æternæ gloriae.

Ecce Dominus Deus, creator, & viuificator omnij spirituum, qui cum tota deitate, ac humanitate ad pauperibus animas dignatur venire, & eas stupinguare.

Ecce in Sacramento Altaris totus præsens Deus noster, homo, Christus Iesus, ad quem nos trahit firma fides, devota spes, & sincera caritas.

Ecce qui mirabiliter agit nobiscum, & quām suauiter, & gratiōsè cuim electis suis disponit, quibus seipsum in Sacramento sumendum proponit.

Ecce qui in toto mundo offertur quotidie, vt tanto major appareat gratia, & dilectio Dei ad hominem, quanto latius est sacra communio diffusa per orbem.

Ecce in cuius Sacramento confertur spiritualis gratia, & reparatur in anima virtus amissa, & per peccatum pulchritudo deformata redit.

Ecce sanctificatio nostra, & redemptio, consolatio viatorum, et Sanctorum aeterna fructio.

Ecce illud altissimum; et dignissimum Sacramentum salutis animæ, et corporis, medicina omnis spiritualis languoris, in quo virtus curantur, passiothes frænuntur, tentationes vincuntur, maior gratia infunditur, virtus incepta augetur, fides firmatur, spes roboretur, et charitas ignescit; ac dilatatur.

Ecce Medicus infirmorum, et Saluator.

Ecce fons vite sicutientium.

Ecce pius consolator desolatorum.

Ecce qui, vt salvaret hominem, festinat̄ venit ad peccatorēm.

Ecce fontem vite, de qua in omnes resurgentēs vita fluit.

Ecce quo Spiritus beati fruuntur iucundis amplexibus.

Ecce Cœator yniuersi p̄sens hic apud nos in Altari,
Deus noster, Sanctus Sanctorum, Cœator omnium & Domini
m̄nus Angelorum.

Ecce qui se totum obtulit Patri pro genere humano,
totumque corpus suum, & sanguinem, in cibum, ut totus
sit noster, & nos permaneamus cum illo.

Ecce fons totius bonitatis, & pietatis, & diuinæ misericordiæ.

Ecce qui contra vniuersas tentationes, & fallacias Dia-
boli, fortior, atque vigilantior præualet.

Ecce corpus Christi, quod nobis infirmis ad refectio-
nem mentis, & corporis dedit æternus Pater, & posuit lu-
cernam pedibus nostris verbum suum.

Ecce Verbum Dei, Lux animæ nostræ : & Sacramentum
panis vitæ, sine quibus bene vivere non possumus.

Ecce qui solus cibus, & pōtus noster est, amor, & gau-
diū dulcedo, & totum bonum nostrum, usque in seculum.

Ecce cuius sanctissimum, & mellifluū nomen laudant,
& magnificant vniuersi populi, tribus, & lingue cum sum-
ma iubilatione, & ardenti deuotione.

Ecce qui graditur cum simplicibus: reuelat se humili-
bus; dat intellectum parvulis; aperit sensum puris menti-
bus, & abscondit gratiam curiosis, & superbis.

Ecce quem Celi cylotum non capiunt, quem reuerentur
Angeli, & Archangeli; quem metuunt Sancti; & iusti.
Et tamen, tam amicabiliter inuitat nos egenos, & pauperi-
mos peccatores ad communionem sui sanctissimi cor-
poris: cui sit semper laus, & honor, & gloria, in secula sa-
culorum. Amen.

S V R G A T È X O R C I S T A, E T
stans, vel sedens, sine mora sequatur ex-
probationem sequentem.

O Lucifer, o miserrime tu, o vos omnes maledicti Dia-
boli, audite facinora, & misérias vestras, creature in-
disciplinatae: quibus omnipotens Deus tanta beneficia, &
dona

dona in creatione contulit; Audite Dominum per os Eze-
chielis, dicentem. Tu signaculum similitudinis, plenus sa-
pientia, & perfectus decor in delicijs Paradisi fuisti: om-
nis lapis pretiosus, operimētum tuum Sardius, Topazius,
& Iaspis; Chrysolitus, & Onix, & Berrillus, Saphirus, &
Carbunculus, & Smaragdus, autum opus decoris tui, &
foramina tua in die, qua conditus es, preparata sunt. Tu
Cherub extensus, & protegens; & posui te in monte San-
cto Dei, in medio lapidum ignitorū ambulasti, perfectus
in viis tuis à die conditionis tuae, donec inuenita est iniuria
ta ita te; in multitudine negotiationis tuae repleta sunt in-
teriora tua iniuritate, & peccasti, & eieci te de monte Dei,
& perdidi te; o Cherub, protegens de medio lapidum: Et
eleuatum est, cor tuum in decore tuo: perdidisti sapientiam
tuam: in terra proieci te: ante faciem Regum dedi te,
ut cernant te in multitudine iniuriarum tuarum: & in ini-
uriate negotiatione tuae polluisti sanctificationem tuam.
O superbe Lucifer, eras arbor pulcherrima, frondosa, ex-
celsaque inter ceteras arbores Paradisi in magnitudine
tua: radix tua iuxta aquas multas manetes in circuitu: Ce-
dri non fuerunt altiores te in Paradiſo Dei: omne lignum
non erat assimilatum tibi, & pulchritudini tuae, quoniam
speciosum te fecerat Dominus, multisque condensis fron-
tibus. O vos Dæmones, omnes insensati audite: eratis ha-
bitatores illius sanctæ Hierusalem, cuius portæ ex Saphiro,
& Smaragdo sunt edificatae: ex lapide cādido, & mun-
do omnes plateæ eius sternuntur; illius, dico, Patriæ, Ci-
ues eratis; in qua est vita iucunda, vita vitalis, & sempiter-
na, in qua vita beata, & munere immortalitatis munita;
vbi, dico, gaudium est, & dignitas; vbi opes, & sanitas; vbi
abundantia, & beatitudo; vbi sunt cuncta consona, et cun-
cta conuenientia; vbi tranquilla sunt omnia, & quieta; om-
nia in charitate perfecta; vbi una concordia, lætitia semi-
pelta, & corona decoris; vbi braniū est felicitatis, requies
opulenta, pulchritudo pacis, & plenitudo beatitudinis; vbi
consortium est Angelorum, & Archangelorum, ac omnium
Cœlestium Virtutum, ut Stella fulgentium in perpetuas

æternitatem, & in vnam omnes sunt; Sed quid excellentius est videtur Deus facie ad faciem: hoc est, cognoscitur potentia Patris, sapientia Filii, et clementia Spiritus sancti, ipsius summa Trinitatis, vna, et indiuuidua essentia: ibi, dico, videtur fons sapientie, lumen luminum, lumen immensum, incorporeum, incorruptibile, incomprehensibile, increatum, indeficiens, & inextinguibile, & videtur bonitas summa plena scientia in omnibus; & per omnia, quem cernere finis non erit; nec satiantur Beati videntes gloriam Dei, & contemplantes pulchritudinem Iesu Christi. Omnes ibi sunt per Charitatis vinculum, idem sentiunt, idem volunt, & omnes in unum se diligunt, & quod multo altius est, plus Iesum Christum, quam seipso, & eorum merita diligunt. Nil bonitatis sibi ascribunt, sed totum Christum, quoniam ipsis cuncta ex infinita charitate sua donauit. Nam supra se rapti, & extra propriam dilectionem tracti toti in amorem Iesu Christi pergunt, in quo, & fructuè quieti sunt. Nihil est, quod eos auertere possit, aut deprimere: quippe, qui æterna veritate pleni, & igne ardescunt inextinguibilis charitatis: & tanto amore diuinitatis gaudio superfluent repellent, quod nihil eis desit gloria, nihilque possit deesse felicitatis. Ibi inuenitur omne, quod desideratur: ibi adest totius facultas boni, sine timore amittendi: ibi voluntas una cum Christo, & cuncta desiderata simul sunt præsentia, totumque affectum nostrum reficitur, & adimpletur usque ad summum: Ibi redditur gloria pro contumelia perpetua, pallium laudis pro mero, & pro loco nouissimo, sedes Regni in secula; Ibi appetet fructus obedientiae, gaudet labor penitentiae, & humili suiectio coronatur gloriouse. Nisi sumnum bonum ibi desideratur, videtur, amat, & laudatur ad satiandum bonum desiderium nostrum; Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit; & per vicos illius sanctæ Ciuitatis, & Patriæ in sono tubarum, in Psalterio, & cythara, in tympano, & choro, in cordis, & organo, in cymbalis, benevolantibus, & iubilationis, & in omni melodia semper cantatur. Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus

Sabaoth:

Sabaoth: pleni sunt Cœli, & terra gloria tua, Alleluia, Alleluia, Alleluia: benedictio, & honor, & gloria, & potestas sedenti in Throno, in sæcula sæculorum. Amen. O mansio beatissima supernæ Ciuitatis: ò dies æternitatis clarissima: quam summa veritas semper irradiat: ò dies semper læta: ò semper secura, & nunquam statum mutans in contraria. Norunt Ciues Cœli quam gaudiosa sit illa. Sed, quia vos maledicti, eleuati estis in superbia ob nimia pulchritudinem iam vestram, dolentes, quod Deus vos deputasset ad suum ministerium, & domesticos suos, Ciuesque coelestes creasset, impinguati, incrassati, dilatati remuisti disciplinam, & dereliquisti Deum creatorem vestrum, nolentes, insensati cognoscere Verbum Dei, sed dicentes: Non venient nobis mala. Ideo generatio peruersa, & infideles filii, consideras Dominus nouissima vestra, abscondit faciem suam à vobis, & statim factus est prælium magnum in Cœlo, quia Michael Archangelus Princeps militia Celestis, & Angeli eius, prælabantur cum Dracone, & Draco pugnabat, & vos Angeli eius, & non valueritis, neque locus inuenitus est vobis amplius in Cœlo, quia Draco ille magnus Serpens antiquus, qui vocatur Diabolus, & Sathanas, qui seduxit inuenitum orbem, projectus est in terram, & vos Angeli eius cum eo missi estis: Et sic dispersit Dominus lapidi sanctuarij, præcipitauit de Cœlo in terram iam speciosa sua: factus est Dominus, velut inimicus, te tendit arcum suum; firmavit dexteram suam; & præcipitauit vos, qui iam pulchri eratis visu in Tabernaculo suo; Succendit in vos ignes deonorantem in gyro: Effudit, quasi ignem, indignationem suam; dissipauit, quasi horum, tentorium vestrum; demolitus est Tabernaculum vestrum, & non arietis manum suam à perditione; dielectæ sunt in terra portæ vestre, fregit vestes vestris, & ideo non deficient lacrymæ ab oculis vestris; & confusa sunt viscera vestra: Cui enim comparabo, vel cui assimilabo vos, magna est, velut mare amaritudo, & cōtritio vestra; plaudent super vos manibus omnes transentes: Sibilabunt, & mouebunt capita sua super vos nefantes;

dos, dicentes: Hiccine erant Angeli pfecti decoris, gaudiū vniuersi; inter ceteras creaturas nobilissimi, & fortissimi; Sed in semetipsis confidentes, secuti sunt Draconē illum magnum blasphemantem, & dicentem, in Cœlum descendam supra Astra Dei, exaltabo solium meum; sedebat in monte Testamenti, in lateribus Aquilonis; ascēdam super altitudinem nubium, & similis ero Altissimo; Veruntamen omnes simul detrahemini, in profundum lacū projecti, de sepulcro vestro, quasi stirpes inutiles polluti cum his, qui imperfecti sunt gladio, & descendērunt ad funda menta laci, & quasi cadauer putridum non habebitis consorium; Imò vos nemo potest propter intolerantiam fœtoris audire: Quomodo cecidisti Lucifer, qui mane oriebaris? quomodo potuit in te esse tanta superbia, ut cū sequacibus tuis de Cœlo caderes, omnipotenti virtute precipitatus; Ideo dici pót, obscuratum est aurum, & mutatus est color optimus. Quia denigratè sunt super carbones facies vñæ: Et sic plorantes plorabitis: & semper lachryma erunt in maxillis vestris; & quotidie gementes, sine coni latore opprimetis a maritudine; vetustam fecit pellem vestram Dominus; & quasi clybanus exusta est caro vestra; cibauit vos cincere, & inebriauit absynthio; Frexit ad numerum dentes vestros; & de excelso misit ignem in osibus vestris; circum dedit vos felle, & labore; conclusit vias vestras lapidibus quadrigis; semitas vestras subuerit; posuit vos desolatos tota die miserore confectos, quia noluitis portare iugum suaue Domini, & onus suū leue ab adolescentia vestra; Ecce quomodo inaniter festinatis esse super Altissimum, & voluntariè spreuitis primogenita vestra; in felle a maritudinis, & obligatione iniquitatis à vobis metipsis inuoluitis; & gaudium vestru cōuertistis in mezorem, honoresq; vestros in ignominia multiplicastis, & sublimitatem vestram in lucum. Ideo coronam de capite vestro, & iucunditatē gloriae vestrae acceperunt alii; In hoc caliginoso aere, & terra in reprobum seplum dedit vos Dominus, & amplius non benedicemini; Nam ex multitudine quos sibi applicauit Dominus, beneq; cicti, & in sculum

culum exaltati fuerunt: vos veð maledicti fuisti, & diu si à separatione bonoru, relicti in vestra dispositione prava; & sic de hora in horam multiplicatur malitia vestra in vestrum detrimentum, & culpam; quia de vinea Sodomitum vinæa vestra, & de suburbani Gomorrha; vua vestra, vua fellis, & botri amarissimi; fel Draconum vinum vestrum, & venenum aspidum insanabile; labia vestra tota die loquuntur mendacium, & lingua iniquitatem; pedes vestri ad malum currunt, vt effundant sanguinem innocentium; cogitationes vestrae inutiles: Tribulatis mansuetos, laeditis quiescentes, diligitis mendaces. Ex ore vestro nisi flammæ ignæ, & de naribus fumus ad seducendas omnes gentes; apud mulierculas dicitis, vos esse Deos; sed nefandi hæretici, quomodo Deos vos dicitis. Cum non potestis reddere bonū, nec Regem constituere, nec auferre hominem à morte non potestis liberare, neque infirmū sanare; non restitutis visum homini ceco, nec liberatis hominem à necessitate; non benefacitis orphaniis, neque miseremini viduis; Imò, qui colunt vos, cōfundentur. Quomodo ergo dicitis, vos esse Deos, cum etiam de malis eripere nō potestis; nec pluuiam dare nequæ, vt Sol lucetis nec, vt Luna, illuminatis? Befit quidem meliores sunt vobis; Nam fugiūt venatores; vos veð iam Dei, & maledictiones euadere non potestis, quæ nunc aduenient vobis: Quia ascendit iam contumelia vestra ad Altissimum: & superbia ad fortē: Nunc, nunc, dico, finita sunt superba tépora, & scelera vestra completa sunt: & appropinquat dies Domini, de cuius ore exiit flatus ignis semper ardens, & gladius bis acutus; & de labiis spiritus flammæ; & de lingua scintillæ, & tempestates; & cum impetu succédet vos Deus, & colla calcabit. Quid facies ergo, tu temerarie, qui hanc Dei creaturam inuaderes ausus es, & molestare. Tunc enim quam excusationē habebis? ad cuius configures auxilium? quis miserebitur tui? quis contrastabitur pro te? quis erit tibi protector? quis aduocatum habebis? quis placat tuam insinuabilem medebitur? vi erunt tibi amici, & defensores, consolatores, nemo certe; Imò cunctæ creature

in omni ira, & furore indignationis auferent spolia, diri-
pientes prædam, vel lutum platearum, & sic conculcaberis
irreparabiliter.

A L T E R A E X P R O B A T I O.

TV. Iupus raegens prædam, & auare sectans lucra; tu in mulieribus iudicas, in mercede doces, & in pecu-
nia diuinas; tu in muneribus excæcas oculus sapientum, &
mutas verba iustorum; tu merita personarum, & non me-
rita causarum attendis; non vitam, sed munera; non iusti-
tiam, sed pecuniam; non quod ratio dicit, sed quod volunta-
tas, & maiestia affectat; non quod lex sentit, sed quod mens
cupit, & semper aliquid ad misericordia fermenti, quo tota maf-
fam corrumpas; tu caulas pauperum negligis, & illis rigo-
rem ostendis, negligenter audiis, & licet clamet pauper, non
exaudiis, sed despicias, & conculcas; tamen iudicium eterni
Dei apud quem, non est acceptio personarum, non fugies;
Tu doces homines falsitatem, & de via seruendi Christo,
nihil curasti: tu, qui haereticus es, fuggeris hominibus cu-
riois, ac inanis gloria cupidis ad inuestigandum, & dispu-
tandum de aliis mysteriis, & de occultis Dei iudicis, que
humano iudicio sunt incomprehensibilia; Nam tota con-
uenientia peccatitia tua es, Sed vobis tibi: Quia veniet tem-
pus, quando apparebit Magister magistrorum Christus,
qui docet verba vita, cunctorum audituris lectiones, hoc
est, singulorum examinaturus conscientias, & tunc scru-
tabitur Hierusalem in lucernis, & manifesta erunt abscon-
dita tenebrarum, tacebuntque argumenta falsa lingue
veræ, & maledicte, opus tuum, quale sit, manifestabitur;
suspendisti enim te laqueo, ut te ostenderes Celo, terræ
que per os, & superbe statim creatus, & promotus ad ho-
norem ambitiosus fuisti es; in superbiam exultasti, & ja-
stangasti, nec curabas prodeesse, sed gloriabar; præesse,
præsumens te meliorem, quia creaverat te. Alij hanc in
superem; Sed ad bonum nō facit gradus, sed virtus: non
dignitas, sed honestas; & designabatis ceteros Angelos
habere

habere in amicos, & cōtempsti cōsocios tuos: Ceruicem
erigebas, faustum ostendebas, grandia loquebaris, subli-
mia meditabar; subesse diuinæ voluntati non patieba-
ris, præesse moliebar; Eras infestuosus, onerosus, glorio-
sus, grauis, & importunus: Tandem cecidisti de Cœlo, præ-
cipitauit te Deus, humiliavit, & in serum cunctis crea-
turis constituit. O superbe, inter omnes vitiosus, tu sem-
per es primus, & ultimus: Nam omne peccatum te acce-
dente, cōmittitur: Scriptum est enim, Initium omnis pec-
cati est superbia; ipsa erexit te contra Creatorem, sed ipse
Deus, te absque mora deiecit, quoniam in veritate nō stet-
isti, ab innocentia in peccatum, à deliciis in mysterias, à
Cœlo Empyreo in aerem caliginosum. Quomodo ceci-
disti Lucifer, qui mane oriebaris? Corruisti in terram, qui
vulnerabas gentes, qui dicebas in corde tuo, in Cœlum
ascendā, & super astra Dei exaltabo solium meum: Sede-
bo in monte Testamenti, in lateribus Aquilonis, & ascen-
dam super altitudinem nubium: Similis ero Altissimo. Tu
signaculum similitudinis plenum sapientia, & perfectus
decore in deliciis Paradisi Dei fuisti, omnis lapis precio-
sus operimentū tuū, Sardius, Topazius, & Iaspis, Chryso-
litus, & Onix, & Birillus, Saphirus, & Carbunculus, &
Smaragdus, aurum opus decoris tui: & foramina tua, in
die, qua conditus es preparata sunt. Tu Cherub exteptus,
& proteges, & posui te in monte sancto Dei, in medio la-
pidū ignitorū ambulasti. Perfectus in viis tuis à die con-
ditionis tuae, donec inuenta es iniquitas in te. In mylkitu-
dine negotiorum tuae repleta sunt interiora tua iniqui-
tate, & peccatis, & eieci te de monte Dei, & perdidisti te, o
Cherub, proteges de medio lapidi ignitorū: Et eleuatum
est cor tuum in decore tuo, in terram proiecisti, ante fa-
ciem Regum dedi te, ut cernant te in multitudine iniqui-
tatum tuarum, & in iniquitate negotiorum tuae polluisti
sanctificationem tuam: producam ego ignem de medio
tui, qui comedat te, & dabo te in cinerem super terram in
coniectu omnium videntium te. Omnes qui nouerint te,
in gentibus obitupercipient super te; nihil factus es, & non
eris.

eris in perpetuum. Hæc dicit Dominus: Nam quos erexit, dispersit, & quos exaltavit humiliauit: Quia eleuatum est cor tuum, quasi cor Dei, & dixisti: Deus ego sum, cum sis creatura infima, infirma, & damnata in aeternum. Idcirco sub figura Nabuchodonosor dicit tibi Deus: adducam super robustissimos, & interficiam te, & morieris in interitu occisorum, quia iactabas superbe, & dicebas: Nonne hæc est Babilon, quā ædificau in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei: Sed cum adhuc sermo esset in ore tuo Michael Archangelus in verbo Dei præcipitauit te, & transiuit a te Regnum tuum; Et cum feris, & bestiis fuit habitatio tua; Fenum quasi bos comedis, & septem tempora mutabuntur super te, donec scias, quod Excelsus dominetur in Regno hominū. Nonne superbia turrem euerdit, & linguam confundit, prostrauit Goliam, & suspendit Aman, interfecit Nicanorem, & peremit Antiochum; submersit Pharaonē, & Senacherib, intercepit: caput amputauit Holofernem; Superbū Ducū sedes destruxit Deus, & radices gentium superbarum aefecit, & te cū ipsis in Infernum, in barathrum præcipitauit in aeternum. Audi Esaiam: Nonne dies Domini Exercitum super omnem superbū, & excelsū, & super omnem arrogantem, & humiliabitur, & super omnes Cedros Libani, & sublimes, & erectos, & super omnes quercus Basan, & super omnes colles eleuatos, & super omnem Turrem excelsam. Propterea dilatauit Infernus animam suā, & aperuit os suum absque ullo termino: & descedent sublimes, glorioſique eius ad eum. Dominus exercitum cogitauit hoc, ut detraheret superbiam omnis gloriae eius. Nonne dicit Job. Si ascenderit usque ad Cœlum superbia, & caput eius nubes retigerit, quasi sterquilinum in fine perdetur. Nam Domini est terra, & plenitudo eius orbis terrarū, & vniuersi, qui habitant in eo. Inter superbos semper sūpt iurgia: & ubi fuerit superbia, ibi, & contumelia, ait Salomon, o superbæ, ut magnificus videaris apud mulierculas, & negromaticas, fatagis vestiri duplicitibus, & ornari pretiosis; Sed sicut Sepulchrum, foris es dealbatum, intus autem plenus

es spurcitia, & dolo, & falsitate: Quid ergo superbe philaëteria dilatas, & magnificas fimbrias? cum sepultus sis in Inferno? Decalcauit Dominus ceruicem filiarum Syða, & abitulit omne ornaementum tuum; pro zona, funiculum; pro crispante crine, caluirum; & pro suavi odore, foetorem dedit Dominus; & putrescis tu in Stercore igneo, & sulphureo, & inter stercora hominū cōtritus es in mari, & in profundis aquarum opes tuas, ad nihilum redactus es, & non eris usque in sempiternum; Quia gloriaris in perditione hominum, & exultas in rebus pessimis repletus omni iniquitate malitia, fornicatione, avaritia, nequitia, plenus inuidia homicidis, contentionis, dolo, malignitate, suffrage, & detractione; Deo odibilis: rebellis, cōsumeliosus, superbus, elatus: inuentor malorum, sine foedere, absque misericordia: Mundum replesti hæreticis, & schismaticis perfidis, & tyrannis, simoniacis, & hypocritis, raptoribus, & prædomibus; usurariis, & fallariis; proditoribus, & fallacibus; beneficis, & auguribus; & vniuersis viciousis, & virtutis; Sed sicut deficit fūmus, deficient: & sicut fluit cera a facie ignis, ita peccatores peribunt a facie Dei. Quid proderit vobis iactantia, & superbia, & malitia; Transiept illa omnia, tanquam umbra, sicut nauis, quæ pertransit fluētuanem aquā, quam, cū pertransierit nō poterit inueniri vestigium. Cū ingenti tribulatione recogitabis, quæ cum nimia delectatione gessitis, vt stimulus memoriae pungat ad poenam aeternam in locum tormentorum, quos aculeus nequitia stimulauit ad culpam. In quo loco erunt super unumquemque velutrum poenæ cunctæ infernales: Pena ignis, & sic erit ibi fletus propter ignem fumosum, qui non lignis nutritur, nec flatu succenditur; Sed a Deo creatus est inextingubilis ab origine mundi, & semper ardebit, & nunquam lucebit: Semper exurit, & nunquam consumet: nec consumetur; semper afficit, & nunquam deficit: Pena erit frigoris, & sic erit stridor dentium propter frigiditatem. Nam ordo non erit in qualitate rerum, sed de aquis niuium transibunt ad calorem nimium, vt subita contrariorum mutatio grauiorem inferat cruciatum.

Poena foetoris; de quibus legitur, ignis sulphur, & spiritus procellarum: Poena verminū in deficientium, vnde Iasias. Vermis eorū non morietur; Poena salebrae percutientium: Parata sunt iudicia blasphematoribus, & mallei percutientes corporibus stultorum: & tanquam angustiam in poenis tolerabunt impij, ut vix aliquid cogitare valeant prater poenas, sed illuc impetum cogitationes deficient, vbi sentient vim doloris. Poena tenebrarū, palpabilium intus, & extra; quia spirituali pariter, & corporali luce carebunt; Vbi impij in summa tenebrarum obscuritate cōticescent, vbi in æternum non videbunt lumen operti mortis caligine: Tanta erit in reprobis obliuio, tanta excitas animi, tanta confusio rationis: ut rādo, vel nunquam ad cogitandum quidquam de Deo possint assurgere, nec ad confitendum valeant respirare. Poena confusione: Nam erit libri conscientiae aperti, & omnia omnibus erunt manifesta. O miseri, nullus ordo, sed sempiternus horror, & cōfusio inhabitat. Quantus erit pudor vobis, ac cæteris peccatoribus? quanta confusio erit? Cum eorum nefandissima crimina cunctis erunt liquida, & manifesta. Poena horribilis visoris Dæmonum, & damnatorum. Poena catenarum ignearum, quibus impij membra constringentur: Nā immensa poenarum erit acerbitas. Poena supplicij scientes gloriam beatorum, & memorantes infinitam misericordiarum, & tormentorum æternitatem: Tunc erit mors immortalis, tunc vincent mortui, qui cœrè sunt mortui, querent mortem, & non inuenient, desiderabunt mori, & fugient mors ab illis mortis, quam dulcis esset damnatio, licet amara fuerit illis: Sed in Inferno nulli est redemptio: Spes enim impij est tanquam lanugo, qua à vento tollitur, & tanquam spuma gracilis, qua a procella dispergitur, & tanquam fumus à vento diffusus Reprobis irascitur. Deus æterhaliter: & iustissimum est, ut quod impius in suo prævaricatur æterne, Deus vicitur in suo pariter æterno. Nihil amari existimo voce illa. Ite maledicti in ignem æternum. O quantus tremor, & timor erit in die iudicii: quātus fletus, & gemitus? Natura si Columnæ Cœli cōtremiscunt, & pa-

uent aduentum eius, & Angeli pacis amatè flebunt: Quid tunc facient peccatores, & Angeli discordia? Si iustus vix saluabitur, tu in pious, & peccator vbi apparebis? Quis non timebit iudicem Iesum Christum potentissimum, quem nemo potest effugere sapientissimum, quem nemo potest latere; Iustissimum, quem nemo potest corrumper: Ipse est iudex, iustus, fortis, & longanimes, qui nec prece, nec pretio amore, nec odio declinat à semita rectitudinis: sed via regia semper ircedens, nullum malum præterit impunitum, nullum bonum irremuneratum relinquit. Hūc certè nemo potest fugere, quia scriptum est: Si ascendero in Cœlum, tu illic es, si descendero in Infernum, ades. Ipse scrutatur renes, & corda; Cuius oculis omnia nuda sunt, & aperta Deus scientiarum, Dominus; præscitus omnium, & conscius singulorum, & occultorum omnium indagator. O distictum iudicium, in quo non scilicet de faciis, sed de omni verbo ocioso, & homines, & Dæmones reddituri sunt rationem, in quo vique ad nouissimū quadrante exigetur debitum cū viuis. Flebunt enim, & plangent omnes Reges terræ, cum viderint fumum incendijs propter timorem tormentorum eorum. Quid ergo facietis in die furoris Domini, in die visitationis, et calamitatis, in qua vnuquisque onus suum portabit? ibi flatus stridoris dentium, gemitus, et ylulatus, luctus, et cruciatus, stridoris, et clamoris, timoris, et tremoris, doloris, et laboris, ardoris, et fetoris, obscuritatis, et anxietatis, acerbitalis, calamitatis, et ægestatis, angustie, et tristitia, obliuionis, et confusionis, torsionum, et punctionum amaritudinis, et terrorum, famis, et siti, frigoris, et caloris sulphuris, et ictus ardantis in secula seculorum. Transiunt tempora, transiunt secula, transiunt etatēs, sed secula tuatuum poenarum non transibunt in facula. Plorate, et ylulate vos 12m diuites in miseriis vestris, quæ aduenient vobis; diuitiae vestrae pectinacte sunt, vestimenta vestra tinais comestant; Autrum, et argentum vestrum emigrauit et erugo eorum erit vobis in testimonium: Quod transiuratis vobis iram in nouissimis diebus, et in facula seculorum: Amen.

P E R E M P T O R I V M P R I M U M .

Ergo, ut nulla tibi sit excusatio in die iudicij, de maledictione Sanctissimae Trinitatis, Patris & Filii, & Spiritus sancti in sancte tota Curia coelesti, cito te obstinate, pro primo Peremptorio ante Tribunal tremendum ipsius Domini nostri Iesu Christi triumphatoris iniquitatis tue, ut postposita omni inora, & excusatione, realiter dato signo manifestissimo, ac vero, per me tibi imponendo, & sine alicuius offensione, in termino tibi assignando fugam pares ab hac creatura, cum omnibus confociis, & sequacibus tuis, & maleficiis tuis iuxta iuramentum praestitum, relinquens eam sanam, sine laetione animae, & corporis, ut possit seruire Deo factori suo, & vadas ad locum tibi deputatum a Deo, non amplius reuersurum, sub poena excommunicationis, ac maledictionis eternae, & indignationis beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, detrusiisque in barathrum, per inimicos tuos statim ab exitu tuo. Fuge ergo rustice Tartareæ, quia adest dies calamitatis, & miseriae, in qua videbis, quid sit inter iustum, & impium; inter humilem, & superbum; interfuerente Deo, & seruientem mammona. Fuge, rustice Tartareæ, quia nunc prodigia de Cœlo dabit Dominus, & pluet sanguinem, & ignem, & vaporem fumum. Sol conuertetur in tenebras, & Luna in sanguinem; Lugebit terra: moerebatur Cœli defuper; & creature omnes dabunt voces, quasi parturientis, propter nimium terrorem. Fuge rustice Tartareæ: ecce dies turbinis, & nebulæ, in quo clamabis: bestiarum omnes venite ad deuorandum me, ne tanta sustineam tormenta: & non exaudieris. Fuge, rustice Tartareæ: ecce dies iræ, in quo acuet Dominus, ut fulgor, gladium suum, & reddet ultionem tibi inimico suo: Irrubrabit sagittas suas sanguine tuo, & gladius iustitiae sue deuorabit & deuastabit te. Fuge rustice Tartareæ: nam adesse festinant tempora, & dies perditionis, in quo non erit,

erit, qui de manu Dei te possit etuere; sed eris, sicut palea, ante faciem venti; & sicut fauilla, quæ turbine dispergitur: opera, huius plurima sunt in absconditis: & quis iustitiam eius sustinebit? Fuge rustice Tartareæ, ecce dies caliginis, in quo interficiet Dominis Leviathan serpentem vectem, & tortuosum, & catum, quod in mare est, & precipitat in locum plenum miseriae, & tenebrarum, ubi nullus ordo: sed sempiternus horror inhabitat. Fuge rustice Tartareæ, ecce dies tenebrarum, in quo Barathrum, quasi sepulchrum patens, deuorabit te, & sequaces tuos: & gregem tuum, & armenta tua caprina, in quibus habebas fiduciam. Fuge rustice Tartareæ, quia adhuc paululum, & modicum est, ut videant omnes exterminationem tuam propinquam, & resonabit inconueniens damnatorum vox, & flebilis audietur plæsus ploratorum. Fuge rustice Tartareæ; in die illa, qui testes erunt contra te, conscientia tua pessima redaguet; Cœli reuelabunt iniquitates tuas, & cuncta facinora tua in conspectu uniuersi ostenderetur terra, & omnia, quæ in ea sunt: Abysmus Abyssum aperiet os suum, & in puncto ad Infernum, cunctis videntibus, precipitaberis. Fuge rustice Tartareæ, ecce dies ultionis, in qua Dominus erit crudelis contra peccatores; vox eius, quasi mare sonabit, tu vero, ut canis murus, non valebis latrare: & omnes creaturae cantabunt; Absorta est mors in vita, Eturia; Vbi est mors Victoria tua? Vbi est mors contentio tua? Vbi est mors stimulus tuus? Sancti vero, quasi gladio præcincti, clarambunt, iustitia Domine, & hos maledictos confundere. Fuge rustice Tartareæ. Ecce hora amara valde; Nā gladius bis acutus, & limatus occisionis magna lama educitur est de vagina Domini, & in manu interficiens est: ut in amaritudine interficiat te, & nisi citè fugies, venient super te horribiles. Fuge rustice Tartareæ. Ecce in ianuis extati index Christus iratus, ante cuius Tribunal omnes dumini, vna tenebrarū catena ligati: qui sedens cōflans, & mundans, colabit omnes quasi aurum, & argentum, & in omnira, & furore suo dicit tibi, & ceteris damnatis: Ite maledicti in ignem eternum, quem præparauit Pater meus Dic-

Diabolō,& Angelis suis à constitutione mundi. Fuge rustice Tartareæ, Barathrum te expectat, & in collaria te habet Berlina; Quia,nunc,nunc in furca Infernali suspenderis: Nam omnia prætereunt, & omnia consumantur, præter tormenta tua, quæ in æternum permanent, & in dies augentur. Fuge Tartareæ, docuisti Euam lamentum; & planditum sub specie boni, sed noli gloriari in iniuritate; Quia Manè Thæcel, Pharès, interpretare, si scis, & potes; Mane, scilicet in principio creationis tuæ, vidi Dominus superbiā tuam, & rebellionem; Thæcel, appensus est in statera, & nihil boni inuentum est in te; Phares, perdidisti deçorem, & gloriam Regni Coelestis, tibi gratis donatam. Fuge rustice Tartareæ: Nam exiit edictum à Domino, ut in perpetuum ad Paradisum nunquam tibi regressus sit permisus: ò quam dura est malis separatio à dulcedine, & consortio Sanctorum. Ite ergo omnes maledicti, ite, ite, præcipites ad Infernum; Vbi fletus est sine fine, & mugitus: vbi vulnus, & stridor dentium: Vbi omnis miseria: vbi tenebrae: vbi nullus ordo: vbi horror æternus: vbi nulla spes boni, nulla desperatio mali: vbi continua flammæ, & terrores peccatum, & onus malum, & acerima tormenta, que existimari non possunt tibi, vobisque in æternum erunt: Ibi Dæmones flere, & clamare non cessant, sed quid clamabunt, nisi persecuti, dilaceri, interfici, sine morte occide, velociter spolia, de prædari festina? Fer prunas; picem; para; aurum & argentum liquefac; nec ibi ille, qui torquet, aliquando fatigatur, nec qui torquetur, aliquando morietur; & quid perius? sine redemptione, iure, & merito in æternum excrucieris: Ite, ite maledicti; ite in ignem æternum: In nomine Patris, + & Filii, + & Spiritus: + sancti: Amen. +

P E R E M P T O R I V M I I .

○ Superbe, adhuc in obstinatione permanes? peior es cunctis damnatis: Nam Rex Antiochus dixit, iustum est subditum esse Deo: & Iudas, tradidi sanguinem iustum; Herodes vero dixit, nullam inuenio in eo causam; & Pilatus, innocens sum à sanguine iusti huius. Tu vero calcitrans sub animabus horum eris. De mandato ergo Sanctissimæ Trinitatis Patris, + & Filij, + Spiritus + Saueti, instante pretiosissimo sanguine Domini nostri Iesu Christi, cito te, obstinate pro secundo Peremptorio, ante Tribunal tremendum ipius Domini nostri Iesu Christi triumphatoris iniquitatis tuæ, vt postposita omni mora, & excusatione, realiter, dato signo manifestissimo, ac vero per me tibi imponendo, et assignando, et fine alicuius offensione, in termino tibi assignando, cum consociis, et sequacibus tuis, ac maleficiis, iuxta iuramentum præstitum fugias ab hac creatura, et vadas ad locum tibi deputatum à Deo, non amplius reuerlus, relinquens eam sanam, ac sine laſione animæ, et corporis; vt possit seruire Deo Creatori suo, sub poena excommunicationis æternæ, et indignationis Sanctorum Apostolorum Petri, et Pauli, detrusioniisque in Barathrum per inimicos tuos, statim ab exitu tuo. Cede + ergo spuriissime fusurro, omni iniquitate plene. Cede + causa maledicti homicidij, pater mendacij, deiecte à societate Angelorum Dei. Cede + serpens antique, maledicte Apostata, plene omni dolo, & rebellione. Cede + deiecte de Paradiſo, inuidioſe ſine gratia Dei. Cede + derifio totius Angelicæ naturæ, fili perditionis, destinate ad ignem æternum. Cede + lupe rapacissime, plene ignoratiæ, & Angeli nigerrime. Cede + immunde spiritus haereticæ, vbi que deridenda. Cede + ianua inferni, impiorum baculum; & spiritus præcipitate in pena æternali. Cede + mai-

la bestia, & bestia omnium bestiarum bestialissima. Cede \ddagger latro, Draco luxuriose, & prædo. Cede \ddagger fera pessima, sus famelica, & creatura damnata in æternum. Cede \ddagger testator vane, infensate, & ebrio se. Cede \ddagger radix omnium malorum, & artium pessimatum magister. Cede \ddagger cultor peruersorum dogmatum, destinatus ad Infernum. Cede \ddagger proditor inique, & humani generis inimice. Cede \ddagger superbitissime dammate, atque damnande. Cede \ddagger animalium venator, omni rebellione, & falsitate plene. Cede \ddagger excōmunicatæ blasphemie, ubique deridende. Cede \ddagger vita raptori, & Iustitiae declinator. Cede \ddagger origo avaritiae, & causa discordiae. Cede \ddagger canis rabide, coluber tortuose, & aspis Tartarea. Cede \ddagger subuersor pauperum, fons vitiorum, & cunctorum malorum inuentor. Cede \ddagger avis mordens, Draco insidians, & Scorpio venenate. Cede \ddagger cubicularie Sathan, janitor Inferni, & vitiose. Cede \ddagger caprile, custos pororum, & pulicorum venator. Cede \ddagger belua contagiosa; corue nigerrime, & bestia cornuta. Cede \ddagger acerbe baiule, & adulterine. Cede \ddagger executor perfide, & promptuarium cunctarum iniquitatum. Cede \ddagger mediatine, fulcari, & flagellate. Cede \ddagger nebula grainignose, creatura infima, & idiota. Cede \ddagger ferramentarie Infernalis, rustice Tartarea viceribus plene. Cede \ddagger ignobilis, mulio inextricabilis, & pedagoge. Cede \ddagger deformis, leprose, lendifinose, & stercorare. Cede \ddagger deiecte à loco inenarrabili de Paradiso, & de cōsortio Angelorum. Cede \ddagger inurbane crumeniseca, & suspense. Cede \ddagger creatura damnata, reprobata, & maledicta à Deo in æternū. Cede \ddagger infelix, & floccipende, deiecte de charitate Christi. Cede \ddagger cerdo, & memēto status creationis tuæ, & recordare afflictiones, in quibus inuolueris. Nam amara est potatio tua, attrita est Ciuitas vanitatis; deserta est omnis lætitia, translatum est gaudium tuum. Et nonne melius est pro te, vt non es, quam male esse, & impietatibus viuere, & pati, & in æternum cruciari? Itē ergo omnes maledicti: itē, itē præcipites ad Infernum: Vbi fletus est sine fine, & mugitus, vbi vulnus, & stridor dentium: vbi omnis miseria: vbi

tene-

tenebrae: vbi nullus ordo; vbi horror æternus; vbi nulla spes boni; nulla desperatio mali; vbi continua flammæ, & terrores penarum: vbi omne malum, & acerrima tormenta, quæ extimari non possunt, vobis in æternum erupt: vbi Dæmones flere, & clamare non cessant. Sed quid clamabunt, nisi persecuti, dilacerati, interficiunt, sine morte occidere, velociter spolia; depredari festina, fer prunas; picem paras aurum, & argentum liquefac? nec ibi, ille qui torquet, aliquando fatigatur; nec qui torquetur, aliquando morietur: Et quod peius, sine redemptione iure, & merito cruciabitur: Ite ergo, ite Maledicti, ite in ignem æternum: In nomine Patris, \ddagger & Filii, \ddagger & Spiritus \ddagger Sancti. Amen.

P E R E M P T O R I V M . I I I .

A Dhuc Coluber tortuose resistis Creatori tuo; durum est velle Deo omnipotenti resistere; durum est contra stimulum calcitrare. Responde Draco, quem exaudiens Dominus ædificantem; vel destruentem; orantem, vel maledicentem: ergo sit tibi maledicta notum, quoniam pro hac creatura Dei apertus est Paradisus, plantatum est lignum vitae: præparata est abundantia: perfecta est bonitas, & scientia; probata est requies; ædificata est Ciuitas Hierusalem; & ostendetur thesaurus immortalitatis, & quanto magis affligitur, tantò maius præmium augeatur: Nam si Dominus Deus noster modicum irascitur pro peccatis nostris, iterum reconciliatur seruis suis: Tu vero scelerate noli extolliri vana superbia tua, in seruos Dei inflatus; quia nondum omnipotëns Dei omnia insipientis iudicium effugisti. Haec creatura sua modico nunc sustentata dolore, sub testamento æternæ vitæ collocatur: tu vero, iusta superbia tua, & obstinationis poenas exolues; Ego vero, & omnes hi astantes, sicut & electi animas, & corpora nostra tradere volumus, pro lege Dei, inuocantes Deum propitium fieri huic creaturæ suæ: tu vero in

Y 2 tor-

tormentis, & verberibus, etiam nolens, confiteheris, quod ipse est verus, & solus Deus: in hac creatura definit omnipotentis ira, qua in iste in eam superducta est, in te vero crudelius desuet vbique derisum, ut nulla ergo tibi sit excusatio in die Iudicij. De maledato Sanctissimae Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti; instantे pretiosissimo sanguine Domini nostri Iesu Christi, cito te maledicte, pro tertio, & ultimo Peremptorio, ante Tribunal tremendum ipsius Domini nostri Iesu Christi triumphatoris iniquitatis tuae, ut postposita omni mora, & excusatione, realiter dato signo manifestissimo, ac vero, per me nunc tibi imponendo, & sine aliquius offenditione, in termeno tibi assignando fugias ab hac creatura, cu omnibus consociis tuis, & sequacibus, & maleficiis iuxta iuramentum praestitum, relinquens eam sanam sine lafione animae, & corporis: ut possit seruire Deo factori suo, & vadas ad locum tibi deputatum a Deo, non amplius reuersurus sub pena excommunicationis, ac maledictionis aeternae, & indignationis Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli detrusionisque in barathrum per inimicos tuos statim ab exitu tuo. Consumat te ergo, donec exieris, febris pestilens, prafocatio spiritus, & cerebri: & oppressio cu oblimione, & somno. Consumat te phlegmone, cum rubore, & dolore, & extensione, & duritia, & vastitate. Consumat te apoplexia, spasmus, tetanus, & cephalaea, cum omni dolore, & passione capitis. Consumat te telum, ilcos, & apostema cum dolore, & febribus. Possideat Epilepsia substantiam tuam, melancolia rationem, & inania mentem, & intelligetiam. Consumat te hemophysis cum omni emissione sanguinis; & atrophia non conualescens, & paraly sis. Consumat te hydropsis cum omni humore, & inflatione turgente, & anhelitu foerido. Consumat te podagra cum ferali dolore, & lepra, & cancer, & sanies, & corruptus aer. Consumat te prurigo, & scabies, & pestilentia, & cæcitas, & omnis interitus. Consumat te dolor dirus viscerum, & amara interiorum tormenta, ac si impij vermes de aliquo corpore sca turirent, ac viuentem in doloribus carnem affluerent, odor remque

remque illius, ac foetore de hora in horam graueris. Consumat te denique ulceræ pessimæ, & plagæ insanabiles: Insuper & vniuersi languores, & diluvium cunctorum dolorum, & poenaru. Dilacerent te, audaces leones, virorum brachia, & Tigri velocias. Dilacerent te, ruentes ad mortem Pardi, & discerpentes grippi. Dilacerent te rapidi canes, tortuosi angues, & caude draconum percutientes. Interficiant te venæ dolores, & perniciies serpentum sibilantium. Interimat te olfactus, & visus Basiliscorum, & mortus aspidum. Exterminent te consummati sapis, & sudatio sanguinis haemorrois. Dissipent te iactantes jaculi: infecção veneni Salamandre, & deuorent insatiabiles lupi. Occidat exercitus vesparum: Scorpionum caudæ, & locustarum, muscarumque morsus. Terreat te mugientium bestiarum vox, & resonans de altissimis & desertis montibus incognita Echo. Superueniant denique frementes equi, mortis peruersorum colubrum; seu bestiarum ira: & dentes, & yngues, & cuncta deuoratio. O maledicte, hac omnia ad vindictam creata sunt, & meritò hæc pateris; Quia tota die moliris infidias, & machinas contra animas nostras: non sunt tibi reseruatae benedictiones; Imò, in omni hora, & momento maledictiones multiplicantur in te: & nisi cum furore, & dolore nunc, nunc recesseris omnis iniquitas delebitur, & sicut fluius siccabitur; Et maledictiones cunctæ aeterni Dei erunt super te. Corru ergo maledicte, ad sanctam inuocationem Domini: sicut muri Hierico corruerunt, populo vociferante, & clangebus tubis, & increpante sonitu vocis multitudinis. Ite ergo omnes maledicte, ite, ite precipites ad infernum, ubi fletus est sine fine, & mugitus: ubi vvlatus, & stridor dentium. Vbi omnis miseria: ubi tenebra; ubi nullus ordo: ubi horror aeternus: ubi nulla spes boni: ubi nulla desperatio malis: ubi continua flammæ, & terrores poenarum: ubi omne malum, & acerrima tormenta, que astimari non possunt, vobis in aeternum erunt: Ibi Dæmones fiere, & clamare non cessant. Sed quid clamabunt, nisi percutere, dilacera, interfice, & sine morte occidere, velociter spolia, deprædari festina, per-

prunas, picem para, aurum, & argentum liquefac & nec ibi ille, qui torquet, aliquando fatigatur, nec qui torquetur aliquando morietur. Et (quod peius) sine redemptione, iure, & merito cruciabimini: Ite ergo maledicti omnes, ite in ignem aeternum, vel ad locum vobis a principio deputatum a Deo, secundum beneplacitum sua diuinæ voluntatis: In nomine Patris, + & Filii, + & Spiritus + Sancti. Amen.

S T A T I M A N T E S A N C T I S S I M U M
Sacramentum, contra Daemonem ferenda est
huiusmodi sententia.

IN Nomine Domini nostri Iesu Christi. Audite Coeli, quæ loquor: audiat terra verba oris mei. Cum sit; quod hic Daemon ab initio creationis suæ in superbia elatus, fuit Deo omnipotenti Creatori suo rebellis; ob quam causam, iure, & merito præcipitauit eum Altissimum de Cœlo; & dedit eum in maledictionem aeternam, exemplumq; cunctarum creaturarū, & ab illa hora semper exultauit, & exultat in rebus pessimis, gloriatur in malis, & delectatur in animarum perditione; & quotidie (vt notum est cunctis) tanquam Leo infidiat bonis: Nunc quoque inuidia motus, hanc Dei creaturam inuadere, & molestare præsumpsit, & pluries coniuratus in nomine Sanctissimæ Trinitatis, totiusque Curiae coelestis, ac peremptoriè citatus ad relinquendam hanc Altissimi facturam; adhuc ut suum proprium est, in superbi, & obstinatione resistit: vnde finis condemnationis in eum superuenit. Ideo, ego N. indignus Sacerdos, & Minister Iesu Christi, per eius gratiam, ante Tribunal ipsum infinitæ Majestatis, in testimonium, inuoco Cœlum, & terram, & omnia, quæ in eis sunt, in nomine sanctæ Ecclesiæ, sententiam diffinituam aeternæ maledictionis; in quantum authoritas mea se extendit: contra te superbum, & rebellem, & contra omnes fautores tuos, meorumq; Dei nomine preceptorum transgressores tam absentes, quam præsentes pronuncio, & ad locum

locum vobis deputatum a Deo mitto, ac relego, vel in stagnum ignis, & sulphuris, & in omnibus eius penit atroci-ter concremandos, condemnno, & condénatós declaro: tra- doque te, ac eos Lucifero; ac omnibus furii infernalibus, & præcipue inimicis vestris, tanquam crudelibus Mini- stris iustitiae Dei, vt ad dictum locum vobis a Deo depu-tatum, vel in barathrum nunc, nunc, & sine mora deducat, ac crudeliter crucient, pro demeritis inobedientiæ vestre, secundum tamen beneplacitum diuina dispositionis, de qua tantum contentari debemus, & volumus. In nomine Patris, + & Filii, + & Spiritus + sancti. Et ita, ego Minister indignus pronuncio, & diffinituè sententio. Resp. Amen.

H I C E X O R C I S T A F A C I A T
tertiò iurare. Daemonem ad recedendum iuxta formam præscriptam, assignando ei signa realia, per Daemonem danda, in signum sui exitus: ac terminet horam, vel pun-ctum sui recefus: Deinde, adsint hic tres diuersæ Da-monum imagines: Quarum una, virgulæ oliuarum be-nedictis ab aliqua personarum infimiorum Astantium percutiatur: Alter ab alia, item simili acu perforetur, conspuatur, & calpestretur, Alijsque huiusmodi astibus contemnatur.

Tertia vero, ab alia itidem vili, & abiecta persona guttarum alicuius compositionis afficiatur. Adsitque alter Exorcista, qui in aure Daemoniaci submissa voce, ac distincte, & deuotè legat Exorcismos secretos, infra notatos: & haec omnia fiant perseveranter durantibus maledictionibus sequentibus, sine tamen strepitu, aut rumore aliquo. Et patati sint lapides tres, & cædeles plures accen-sæ gradatim projicienda cum Exorcista pronunciarerit verba illa Maledico, & Anathematizo. Cæteri vero oran-tes ante Sanctissimum Sacramentum, sine mora respon-deant. Amen. Sacerdoti, dicenti.

Ergo maledicti damnati, quia resistisis mandatis Dei per me indignum seruum suum vobis factis, accipite me-

ritum obstinationis, & inobedientiae vestre: vbi cunque ergo sitis, qui hanc creaturam Dei quouskmodo molesta te, vel illis fauere præsumpsitis coram Maiestate diuina Domini nostri Iesu Christi, vos condemnatos, in nomine sanctæ Ecclesiæ præcipio, ut eatis ad loca vobis deputata à Deo, vel in barathrum, ad beneplacitum diuinae voluntatis, & maledico, & anathematizo: & sitis à Deo maledicti. Sicut, qui coit cum iumento. Resp. Amen. Sicut, qui violat sacram Virginem: Resp. Amen. Sicut, qui moechatus fuerit cum vxore proximi sui. Resp. Amen. Sicut, qui cum Nouerca sua dormit. Resp. Amen. Sicut, qui scelus cum Nuru, & consanguinea perpetraverit. Respon. Amen. Sicut, qui transfert terminos proximi sui. Respon. Amen. Sicut, qui errare facit coecum in itinere. Resp. Amen. Sicut, qui munera, ut percutiat animam innocentem, accipit. Amen. Sicut, qui simplicitatem iusti deridet. Amen. Sicut, qui sifienti, non dat aquam, & esurienti subtrahit panem. Amen. Sicut, qui decipit, & iurat proximo suo malum. Amen. Sicut, qui pecuniam dat ad viuram. Amen. Sicut, qui nō habet timorem Domini, & consilium sapientis desplicet. Amen. Sicut, qui manum porrigit malignis. Amen. Sicut, qui peruersa semper loquitur. Amen. Sicut, qui amico habenti fiduciam malum molitur. Amen. Sicut, qui in rebus pessimis exultat, & in animarum perditione gloriatur. Amen. Sicut, qui prohibet beneficere, & semper à sinistris est. Amen. Sicut, qui comedit panem impietas, & vinum iniquitatis bibit. Amen. Sicut, qui conferuat diuitias in malum, & in pecunia confidit. Amen. Sicut, qui corde machinat cogitationes pessimas, & manus effundit innoxium sanguinem. Amen. Sicut, qui habet pedes veloces ad currendum in malum, & inter fratres seminat discordias. Amen. Sicut, qui iurgia semper querit, & dicit impio iutus es. Amen. Sicut, qui defraudat elemosynam pauperi, & illum exasperat in inopia, in contumeliaque superbissime illi respondit. Amen. Sicut habens cor durum, & nequam, & amans periculum. Amen. Sicut, qui ædificat Civitatem in sanguinibus, & præparat urbem in

iniquitate. Amen. Sicut, qui dat potum amico, immiscens Saluum, & inebrians, ut aspiciat nuditatem suam. Amen. Sicut, qui insidiatur Patri, & Matri, eorumque turpitudinem reuelat. Amen. Sicut, qui lèdit Viduas, Pupilos, & aduenas, & aduerterit eorum iudicium. Amen. Sicut, qui abscondit frumenta, & opprimit pauperem vñuris, & negat illi mercedem. Amen. Sicut, qui maledicit Principi iusto, & confidit in auro, & thesaurizat in argento. Amen. Sicut, qui per industriam occidit proximum, & affligit peregrinum. Amen. Sicut cadaueri in escam cunctis volatilibus Coeli, & beitiis terræ. Amen. Sicut peccator centum annorum, & hoino, qui confidit in homine. Amen. Sicut, qui à planta pedis vñque ad verticem capitis plenus est ulcere pessimæ, scabiesque, & prurigine, ita ut curari non possit. Amen. Sicut, qui percutitur amentia, & cæcitatem, ac furore mentis, & palpat in ininere, sicut palpare solet cæcus in tenebris, & non dirigit vias suas. Amen. Sicut, qui vendit in seruum, & non est qui redimat. Amen. Sicut, qui sustentatur pane tribulationis, & aqua angustiæ. Amen. Sicut, qui consumitur in egestate, & ardore, & in omni necessitate. Amen. Sicut, qui domū ædificat, & nō potest habitare in ea. Amen. Sicut, cuius bos immolatur coram se, & nō comedit ex eo. Amen. Sicut, cuius asinus rapitur, & non redditur sibi. Amen. Sicut, cuius filij, & filia traduntur alteri populo, Patre vidente, & nō est fortitudo, in manu sua. Amen. Sicut, qui multam semenitem iacet in terram, & non congregat, quia locustæ deuorât eam. Amen. Sicut, qui vineam plantat, & fodit, & vinum non bibit, nec colligit ex ea quippiam, vastata verminibus. Amen. Sicut, qui comedit, & nunquam saturatur, vel comedit carnem filiorum suorum fame, & penuria. Amen. Sicut, qui pauet, fugit, & cadit, nemine persequente: & valde timet, propter sonitum folij volantis. Amen. Sicut, qui incidit in languorem, prætristitia, & factus est in prouerbium, & fabulam omnibus populis. Amen. Sicut, qui nō permanet in sermonibus legis Dei, sed eius præcepta côteinnt. Amen. Sicut dolentes incensum Baal, Soli, & Lunæ, & duodecim signis. Amen. Sicut

Sicut dolosus qui de grege immolat vilius Domino. Amen. Sicut, qui scindit libros legis Dei, & eam comburit igne. Amen. Sicut, qui expugnat fidem, persecutur Ecclesiam sanctam, & cōtemnit Euangelium Iesu Christi. Amen. Sicut, qui immolant Diis, & adorant Deos alienos. Amen. Sicut, qui declinant ad Magos, & Hariolos, & fornicatus fuerit cum Idolis. Amen. Sicut, qui consult Phitones, & a mortuis querit veritatem. Amen. Sicut, qui facit conflatile in abominationem Domini. Amen. Sicut, qui adorat opus manuum suarum, & mutat gloriam Dei in Idolum. Amen. Sicut, qui dicit ligno, pater meus es tu; & lapidi, tu me genuisti. Amen. Sicut, qui immolat filios suos, consecrans Dæmonibus. Amen. Sicut, qui dicit falsum testimonium, iurans per nomen exterorum Deorum, & facit opus Domini fraudulenter. Amen. Sicut maledicentes, & polluentes Sabbathum, & nomen Domini nostri. Amen. Sicut externi ad Tabernaculum accedentes. Amen. Sicut Maleficus, & Incantator, & qui obseruat somnia, & auguria quæcunque. Amen. Sicut Incantator a serpente percussus, & insidiatus. Amen. Sicut maledicentes triumphatem Hierusalem. Amen. Sicut, qui in nouissimis diebus, in virtute, & signis, & prodigiis mendacibus, & in omni seductione iniquitates veniet. Amen.

O Maledicti damnati coram Maiestate Diuina, vos ejicio, & maledico, & anathematizo, & sitis a Deo maledicti, sicut Amadiani, & Basiliidiani. Amen. Sicut Chærinthiani, & Origæniani. Amen. Sicut Archontiaci, & Bonifiani. Amen. Sicut Caimani, & Simoniani. Amen. Sicut Anomiani, & Carpocratiani. Amen. Sicut Melandriani, & Valentiniiani. Amen. Sicut Apelitæ, & Melchisedechiani. Amen. Sicut Marchionistæ, & Seueriani. Amen. Sicut Apollinaristæ, & Sabelliani. Amen. Sicut Donatistæ, & Luciferiani. Amen. Sicut Anthroponcorphitæ, & Macedoniiani. Amen. Sicut Nicolaistæ, & Pelagiani. Amen. Sicut Cerdoniani, & Aquarij. Amen. Sicut Cathari, & Pauliani. Amen. Sicut Ophitæ, & Hermogeniani. Amen. Sicut Tertullianistæ, & Eudominiani. Amen. Sicut Priscillianistæ,

ac Patriciniani. Amen. Sicut Ebionitæ, & Fortiniani. Amen. Sicut Gnostici, & Neracliti. Amen. Sicut Tatiani, & Caianithæ. Amen. Sicut Sæthiani, & Alogij. Amen. Sicut Manichei, & Nouatiani. Amen. Sicut Iouanistæ, & Paterniani. Amen. Sicut Antidioco maritæ, & Noetani. Amen. Sicut Angelici, & Euthychiani. Amen. Sicut Apostolici, & Nestoriani. Amen. Sicut Artotertæ, & Acæphali. Amen. Sicut Metangismonitæ, & Æluidiani. Amen. Sicut Môtani, & Arriani. Amen. Sicut Arabici, & Theodosiani. Amen. Sicut Cataphrigij, & Ætiani. Amen. Sicut Circumcelliones, & Floriani. Amen. Sicut Tritheitæ, & Niætages. Amen. Sicut Colinthiani, & Gnoitæ. Amen. Sicut Luthehani, & Vglenothi. Amen. Sicut omnes Hæresiarchæ. Amen. Et sitis maledicti in omnibus hæresibus, fœdatis, & schismis, nunc, & semper, & in secula seculorum. Amen.

O Maledicti dannati, quia noluitis obedire mandatis, & præceptis Dei per me vobis factis, coram Maiestate diuina Domini nostri Iesu Christi, vos ejicio, & maledico, & sitis a Deo maledicti, sicut danti de semine suo Idolo Moloch. Amen. Sicut desperatio Caim. Amen. Sicut ultio Lamech. Amen. Sicut subuersio Sodomæ, & Gomorræ. Amen. Sicut iniquitas Canaan. Amen. Sicut induratio cordis Pharaonis. Amen. Sicut submersio Ægyptiorū. Amen. Sicut figura vmbra Ægypti. Amen. Sicut filius Saluith. Amen. Sicut deuoratio Dathan, & Abiron. Amen. Sicut montes Gelboe, res detestabiles Onæ. Amen. Sicut transgressio Achan. Amen. Sicut indignatio Regis Assueri, & Holopernis. Amen. Sicut superbia Chaldæorū, & Regis Antiochi. Amen. Sicut malitia Aman, & Regis Hai in patibulo sempiterno. Amen. Sicut terra Meroz, & habitatores eius. Amen. Sicut spes Hypocrita. Amen. Sicut proditio Iudæ, & laqueus. Amen. Sicut qui suscitauerit, & ædificauerit Ciuitatē Hierico. Amen. Sicut illudentes Eliseo. Amen. Sicut Giezi, & semen suum in sempiternum. Amen. Sicut, qui redificabat Phitones, Hariolos, figuræ Idolorū, immundicias, & abominationes. Amen. Sicut nolentes redificare Templum Dei in Hierusalem. Amen. Sicut, qui non habebat

habebat diem solemnum pro liberatione Israel ab iniqüitate Aman. Amen. Sicut, qui paratus est suscitare Leviathan. Amen. Sicut succensis in Templo Dagon. Amen. Sicut, qui Templum Dei nominare facit Iouis Olympici. Amen. Sicut, qui implet Templum luxuria, & altare illigitis. Amen. Sicut, qui plangit Adonidem. Amen. Sicut Bely, in manibus Danielis. Amen. Sicut, qui blasphemiam posuit in Deum Sidraach, Misaach, & Abdenago. Amen. Sicut, qui in viam Cain abierunt, & errore Balaam mercede effusi sunt, & in contradictione Choro steterunt, nunc, & semper, & in secula seculorum. Amen.

O Maledicti damni, coram Maiestate divina Domini nostri Iesu Christi vos eiicio, & maledico, & anathematizo, & sitis à Deo maledicti, sicut Astoroth, & Baal. Amen. Sicut Cozbi, & Dagon. Amen. Sicut Aseroth, & Baalim. Amen. Sicut Chamos, & Beelphégor. Amen. Sicut Asmodeus, & Bolæ. Amen. Sicut Nergel, & Melchom. Amen. Sicut Astharthem, & Bethagon. Amen. Sicut Phogor, & Moloc. Amen. Sicut Asima, & Bel. Amen. Sicut Nestoch, & Tartach. Amen. Sicut Acharon, & Belial. Amen. Sicut Nebahaz, & Merodach. Amen. Sicut Adonides, & Behemoth. Amen. Sicut Hierobaal, & Socotbenoth. Amen. Sicut Nergel, & Melchon. Amen. Sicut Beelzebub, & Leviathan. Amen. Sicut Lucifer, & Sathan. Amen. Sicut Mahomet, & Draco magius Babylonicus. Amen. Sicut omnes Diaboli, Simulacra, & Idola, nunc, & semper, & in secula seculorum. Amen.

O Maledicti damnati, quia noluistis obedire mandatis, & præceptis Dei, per me vobis factis, coram Maiestate Divina Domini nostri IESU CHRISTI, vos eiicio, & maledico, & anathematizo, & sitis à Deo maledicti in Oriente, & Occidente. Amen. In Septentrione, & in Meridie. Amen. In Imperiis, & Regnis. Amen. In cunctis Statibns, & Potentatibus. Amen. In Provinciis, & Insulis. Amen. In Ciuitatibus, & Castris. Amen. In omnibus Villis, & Oppidis. Amen. In omnibus sedificiis, & habitaculis. Amen. In Vallibus, & collibus. Amen. In Montibus, & planis. Amen.

In Campis, & in vineis. Amen. In pratis, & hortis. Amen. In desertis, & cauernis. Amen. In ruinis, & abyssis. Amen. In sepulchris, & statuis. Amen. In sylvis, & nemoribus. Amen. In speluncis, & solitudinibus. Amen. In lapidibus, & cunctis mineralibus. Amen. In arboribus, & herbis. Amen. In fructibus, & floribus. Amen. In gemmis, & gummis. Amen. In operariis, & tentoriis. Amen. In puluere, & luctu. Amen. In cinere, & cultura. Amen. In aere, & nube. Amen. In tonitruis, & fulminibus. Amen. In austro, & Zephyro. Amen. In Aphrico, & Aquilone. Amen. In Boreo, & in omnibus ventis, & eorum effectibus. Amen. Maledicti sitis in Maribus, & lacis. Amen. In stagnis, & Torrentibus. Amen. In Fluminibus, & riuiulis. Amen. In aestibus, & frætis. Amen. In Nauiliis, & putheis. Amen. In fontibus, & cisternis. Amen. In balneis, & fluctibus. Amen. In riuis, & vndis. Amen. In pluviis, & imbribus. Amen. In guttis, & spumis. Amen. In gradinibus, & gelu. Amen. In nube, & glacie. Amen. In rore, et pruina. Amen. In turbine, et procella. Amen. In omnibus aquis, eorumque finibus, et effectibus. Amen. Maledicti sitis in portu, et litore. Amen. In omnibus viis, et itineribus. Amen. In igne, et calore. Amen. In luce, et scintilla. Amen. In frigiditate, et humiditate. Amen. In siccitate, et combustione. Amen. In auribus, et pilicibus. Amen. In vermbus, et serpentibus. Amen. In cunctis bestiis, et animalibus. Amen. In omnibus momentis, et horis. Amen. In diebus, et noctibus. Amen. In omnibus hebdomadis, mensibus, et annis. Amen. In Vere, et Aestate. Amen. In Autumno, et Hyeme. Amen. In omnibus atatibus, seculis, et temporibus. Amen. Maledicti sitis in cibo, et potu, et vestitu. Amen. In omnibus eorum vasis, et ornamenti. Amen. In bellis, et armis. Amen. In triuphis, et spectaculis. Amen. In ponderi, et mensura. Amen. In omnibus signis, et vestigiis. Amen. Maledicti sitis in literis, et orationibus. Amen. In profis, et metris. Amen. In statutis, et constitutiōibus. Amen. In præceptis, et ordinationibus. Amen. In sententiis, et legibus. Amen. In editis, et historiis. Amen. In fabulis, et libris. Amen. In scriptis quibuscumque, et vbi cumque inuenitis. Amen.

Maledicti sitis in cantu, & sono. Amen. In tripudiatione, & ludo. Amen. In picturis, & colore. Amé. In omni materia, & forma. Amen. In locutione, & taciturnitate. Amé. In celeritate, & pigritia. Amen. In mora, & motu. Amé. In strepitu, & quiete. Amen. In differentia, & arte. Amen. In umbra, & tenebris. Amen. In finibus, & terminis. Amé. Maledicti sitis in amaritudine, & dulcedine. Amen. In gusto, & odorato. Amé. In mœrore, & lætitia. Amen. In cōfusione, & procella. Amé. In captiuitate, & abominatione. Amé. In laqueo, & formidine. Am. In altitudine, & profunditate. Amen. In longitudine, & latitudine. Amen. Maledicti sitis in substâlia vestra, & ratione. Amen. & intelligêua, & voluntate peruersa. Amen. In suggestione peccâdi, & cogitatione. Amen. In affectione, & delectatione. Amen. In consensu, & operatione. Amen. In cōsuetudine, & desperatio-
ne. Amen. In defensione peccati, & gloriatione. Amen. In damnatione, & omni operatione vestra maledicta. Amen.

O Maledicti dannati, coram Maiestate diuina Domini nostri Iesu Christi, vos eiicio, & maledico, & anathematizo, & sitis à Deo maledicti per glorioam Virginem Mariam. Amen. per Angelos, & Archangelos. Amen. per Thronos, & Dominationes. Amen. per Virtutes, Principatus, & Potestates. Amé. per Cherubim, & Seraphim. Amé. per septem Angelos stâtes ante Thronu Altissimi. Amen. per sanctos Angelos custodes nostros. Amen. Et maledicti sitis per sanctos Patriarchas, regnatores Ecclesiæ. Amen. per sanctos Prophetas, oracula Sancti Spiritus. Amen. per sanctos Apostolos piscatores hominu. Amen. per sanctos Evangelistas Cancellarios fidei. Amen. per sanctos Innocentes Martyru flores. Amen. per sanctos Martyres charitate feruidos. Amen. per sanctos Cōfessores bonos dispensatores. Amen. per sanctos Doctores, lucernas in candelabra. Amé. per sanctos Monachos, correctores carnis. Amé. per sanctos Heremitas, contemptores mundi. Amen. per sanctos Sacerdotes, sacra dantes. Amen. per sanctos Læuis, inutinales custodias. Amen. per sanctos Exorcistas, Daemonu persecutores. Amé. per sanctas Virgines, sponsas Chri-

Christi. Amen. per sanctas Viduas specula morum. Amen. O Maledicti dannati coram Maiestate diuina Domini nostri Iesu Christi vos eiicio, & maledico, & anathematizo, & sitis a Deo maledicti, per sanctum Baptismum, per quod abrenūciantes Sathanæ, & pompis eius, fideles efficiamur. Amen. per Sacramentum Poenitentia, per quod liberamur de potestate vestra. Amen. per sanctissimum Sacramentum Eucharistiæ, per quod reficimur, & vñimur Christo. Amen. per cætera Sacraenta, per quæ coniungi-
mūr Christo. Amen. Maledicti sitis per omnia sacrificia à principio mundi hucusque Deo oblata. Amen. per omnes Ecclesiæ Deo dicatas, & dicandas. Amen. per Calices, & alia vasa sacra ad sanctum mysterium confecta. Amen. per omnes solemnitates, in quibus fideles militatîs, & triumphatîs Ecclesiæ exultat. Amen. per sancta diuina officia, & orationes, quæ à fidelibus quotidie dicuntur. Amé. per duo Testamēta veteris, scilicet, & nouæ legis. Amen. per virtutes, & mysteria in ea contenta. Amen. per omnia verba sacra Scripturæ, quæ valent ad fugandu vos. Amen. per omnes Exorcismos Ecclesiæ, qui hucusque inuenti, inuenienti-
diqûe sunt. Amen. Maledicti sitis per plenariam potesta-
tem, ac dignitatem summi Pótificis. Amen. Cardinalium, & Patriarcharum. Amen. Archiepiscoporū, & Episcoporum. Amen. Sacerdotum, & aliarum dignitatum sanctæ Ecclesiæ. Amen. Maledicti sitis per fidem Domini nostri Iesu Christi. Amen. per spem animarum fidelium: per chari-
tatem, qua fruuntur Sancti in Coelis. Amen. per sanctam Iustitiam, & fortitudinem. Amen. per sanctâ prudentiam, & temperantiam. Amen. per sanctam humilitat , & man-
suetudinem. Amen. per sanctam paupertatem, & castitatem. Amen. per sanctam pacem, & eleemosynam. Amen. per sanctam veritatem, & misericordiam. Amen. per sanctam patientiam, & constantiam. Amen. per sanctam orationem, & pudicitiam. Amen. per sanctum Ieiunium, & omnes sanctas virtutes. Amen. Maledicti sitis per decem Pracepta Decalogi. Amen. per sanctâ legem Euâgelicam, & omnem legem sanctam. Amen. per opera misericordia-
tem-

temporalia, & spiritualia. Amen. per septem beatitudines, & doctrinā sanctam. Amen. per omnia sancta, quae dici, & excoxitari possunt. Amen. Maledicti sitis per sanctā Annunciationē, & Incarnationē Verbi eterni. Amen. per Humilem Natuitatem Christi. Amen. per Circumcisionē, & apparitionem Christi. Amen. per Baptismū, & sanctū Ierūnūm Christi. Amen. per sanctā in terris Conuersationem Christi. Amen. per sanctā Trāfigurationē Christi. Amen. per ineffabilem doctrinā Christi. Amen. per infinita eius miracula, in quibus semper estitutis superati. Amen. per Coenam benedictā, & ablutionem Discipulorū Christi. Amen. per Orationem in monte Oliueto, & sudorem sanguineum Christi. Amen. per columnam ad quam ligatus fuit Christus. Amen. per dura flagella, quae Christum lacerauerunt. Amen. per spineam coronam Christi. Amen. per opprobria, quibus affectus fuit Christus. Amē. per clausos, quibus affixus est Christus in Cruce. Amen. per spōgiam, in qua acetū, & fel datum est Christo. Amen. per lanceamq; quae aperuit latus Christi, & exiuit sanguis, & aqua. Amen. per verba, quae dixit Christus in Cruce. Pater ignosce illos, quia nesciunt quid faciunt. Amen. per sanctū testamentū, in quo discipulū Matri, & Matrem Discipulo cōmendauit. Amen. per cōuerzionem latronis existentis in Cruce. Amen. per vocem magnam Christi clamantis Ely Ely Lamazabatani. Amen. per sanctā inclinationem capitis, & emissionem spiritus. Amen. per sanctā & salutiferā Crucem Christi. Amen. per sanctū Sudarium, in quo involutum est corpus Christi. Amen. per sanctā sepulturā Christi. Amen. per descensionē Christi ad Inferos, & animarum recuperationem. Amen. per gloriosissimam Resurrectionē Christi. Amen. per sanctā discipulorū instrunctionem. Amen. per admirabilem Ascensionem Christi. Amen. per missionem Sancti Spiritus in discipulos. Amen. per adventum Christi in die tremendi iudicij. Amen. per omnia mirabilia, quae fecit, dixit, & compleuit Christus. Amen.

O maledicti damaati, coram Maiestate diuina Domini nostri Iesu Christi vos eiicio, & maledico, & anathematizo,

zo, & sitis à Deo maledicti, per eius sanctissima nomina. Agios, + Amen. Yschiros, + Amē. Otheos, + Amē. Athanatos, + Amē. Hel, + Amen. Emanuel, + Amen. Agla, + Amen. Heloa, + Amē. Iehoua, + Amē. Alpha, & Omega, + Amen. Adonay, + Amē. Saday, + Amē. Homousion, + Amen. Sabaoth, + Amē. Tethagrammaton, + Amē. Salvator, + Amen. Principium, & finis, + Amen. Sapiēta, + Amen. Messias, + Amē. Agnus, + Amē. Leo, + Amē. Prophet, + Amē. Misericors, + Amē. Primus, & nouissimus, + Amē. Creator, + Amē. Sacerdos, + Amē. Rex, + Amē. Iesu Christus, + Amen. Redemptor, + Amen. Ianua, + Amē. Charitas, + Amen. Mōs magnus, + Amē. Pater, + Filius, + & Spiritus + sanctus, unus Deus. Amē. Maledicti sitis per Paradisum, idest visionem Dei, in qua desideriāt Angeli beati inspicere. Amen. per gaudium, & charitatem sempiternam, quā habent Sancti in Cœlo. Amen. Et tandem maledicti sitis in qualibet parte huius corporis, & extra corpus; & vbi cūque futuri estis, & omnes poenas, & afflictiones amaras validè, quae dici, aut excoxitari, aut haberī possunt, in nomine Iesu Christi super vos irruant, & semper excrucient, donec exieritis. Et quia potētes estis, potentissima tormenta patiamini, vobis, vobis fortioribus fortior instat cruciatio, ed magis, quia nemine suggestente, peccatis, sed ex propria superbia, & iniuritate vestra in vinea Sabaoth fecistis, ingrati, labruscas: Et idē sublata sēpe, trado vos, in nomine Iesu cunctis Dæmonibus in conculationem, & consummationem.

E G R E D E R E, egredere maledicti Canis; Ecce; premunt te mala tua, & cūctæ maledictiones æterni Dei pretrescant foemur tuum, & tumens vterus tuus dirumpatur, ingrediantur aquæ maledictæ ventrem tuum, & vettigium operum tuorum non sit: & vita tua mētreo consumpta, pendens, & semper ante te. I maledictē cum sequacibus tuis in profundum: I miserrime in Barathrum. I purgatiſſime in infernum; descēdite omnes in igēm æternum, cum armis vestris, & sub capita vestra ponite gladios: quia vincit Leo Christus noster de Tribu Iuda, radix David, Alle-

luia, Alleluia, Alleluia. O Maledicēte, tu sistas in hoc corpore, maledictionibus circundaris: Si fugis à voce formidinis, cadis in foueam: Si te explicas de fouea, teneris laqueo: quia Catharactæ de excelsis apertæ sunt, et concutuntur fundamenta terræ: confractio cōfringeris; contritio contereris: commotione cōmoueberis; agitatio ne agitaberis, sicut ebrui, & non resurges. Misisti de alto lapidem, & super caput tuum cecidit: fousisti foueam, sed cecidisti in eam: posuisti laqueum aliis, & tu peribis in illo: fecisti nequissimum confilium, & super te volutum est, saturantur de te omnes Bestiæ terræ, implentur omnes colles insania tua: irrigatur terra foetore sanguinis tui super colles; nigrescunt Stelle deformitate tua, & Sol nubibus tegitur: Luna non dat lumen suum, & omnia lumina ria Coeli facta sunt lanceæ percutientes super te; Fuge scelerate, cum sequacibus tuis in inscrum: Fuge misericorde in Barathrum: Fuge maledicēte in profundum: Fugite omnes in ignem æternum, & ponite sub capita veltra gladios: Quidam vicit Leo Christus noster de Tribu Iuda, radix David. Alleluia, Alleluia, Alleluia.

Terrēt vos tonitrua resonantia; terræmotus formidabiles; rugitus Leonum; garritus Elephantium; incogniti sibili; vox impetus rotarū; vox flagell; sonus validus præcipitarum petrarum; famæ Samariæ; clamor Ægyptiorum; sonitus maris; obscura nox; imago tenebrarum; præcipitosa deserta; resonans de Altissimis incognita Echo, & memoria amara mortis æternæ: Confundant vos repugnantiae furorēs; nauææ deformitates; perfidiae; imbecillitatem; insolentiae; derisiones; susurrations; obscuritates; iuria; rixæ; perturbationes; ructus; perditiones; rusticitas; profanationes, & cunctæ scelera. Superueniant in vobis persecutio; rapina; confusio; asperitas; dolorum renouatio; ignominia; rebellio; immunditia; infelicitas; contaminatio; impietas; omnes gemitus; fetores; duritiae; inurbanitatem; repugnantiae; caligines; & culmen cunctarum iniquitatum. Disperdant vos calamitates; angustiae; con qualificationes; præssuræ; confictus; depopulationes; consummatio-

mationes; moerores; impietas; crudelitates; & cunctorum scelerum inundationes. Percutiant vos bella, & prælia magna; gladij micantes; fulgurantes hastæ; sagittæ acutæ; laquei fortes; secures incidentes; fulmina percutientia; rostra auium; lapides offensionis; petra scandali; impetus tempestatis; violentæ prædationes; dolores parturientis; incendia inextinguibilia; furor, & ira Domini. Egrederet uero, egredere maledicēte Canis, ut supra.

N O N E X E V N T I B V S D A M O-
nibus, figuræ illorum percutie, & schedulæ, vñâ cum
nomini bus Dæmonum diuersis, ut infra comburantur,
quaæ combustio duret usque in finem Exorcismi. Exor-
cista vero sequatur, ut infra.

MALEDICAT vos omnes triumphator Christus: ita ut in omni hora, & momento calumniam sustineatis, & violentia opprimamini, & comburat vos iustitia Dei, & ignis infernalis, sicut comburuntur nomina veltra in his schedulis. Aperiāt terra os suū, in nomine Iesu: & deglutiāt vos nunc, & quām primum. Maledico Ḧ vos, in nomine Iesu: cōburo Ḧ vos, in nomine Iesu: cremo Ḧ vos, in nomine Iesu: debello Ḧ vos, in nomine Iesu: dirupo Ḧ vos, in nomine Iesu: sternuo Ḧ vos, in nomine Iesu: continuado Ḧ vos, in nomine Iesu: dissipō Ḧ vos, in nomine Iesu: constringo Ḧ vos, in nomine Iesu: expello Ḧ vos, in nomine Iesu: confundo Ḧ vos, in nomine Iesu: flagello Ḧ vos, in nomine Iesu: deprimeo Ḧ vos, in nomine Iesu: prosterno Ḧ vos, in nomine Iesu: confingo Ḧ vos, in nomine Iesu: dispergo Ḧ vos, in nomine Iesu: comprimo Ḧ vos, in nomine Iesu: eneruo Ḧ vos, in nomine Iesu: contero Ḧ vos, in nomine Iesu: contorquo Ḧ vos, in nomine Iesu: dissipō Ḧ vos, in nomine Iesu: extermino Ḧ vos, in nomine Iesu: fugo Ḧ vos, in nomine Iesu: crucio Ḧ vos, in nomine Iesu: deltruō Ḧ vos, in nomine Iesu: annihilo Ḧ vos, in nomine Iesu: consumo Ḧ vos, in nomine Iesu: depopulo Ḧ vos, in nomine Iesu: diminuo Ḧ vos, in nomine Iesu: torqueo Ḧ vos,

in nomine Iesu: premo \ddagger vos, in nomine Iesu: capistro \ddagger vos, in nomine Iesu: carmino \ddagger vos, in nomine Iesu: obtuso \ddagger vos, in nomine Iesu: perturbo \ddagger vos, in nomine Iesu: dilapido \ddagger vos, in nomine Iesu: dolore conficio \ddagger vos, in nomine Iesu: contamino \ddagger vos, in nomine Iesu: lapido \ddagger vos, in nomine Iesu: obruo \ddagger vos, in nomine Iesu: præcipito \ddagger vos, in nomine Iesu: extirpo \ddagger vos, in nomine Iesu: debilito \ddagger vos, in nomine Iesu: elido \ddagger vos, in nomine Iesu: frio \ddagger vos, in nomine Iesu: fulmino \ddagger vos, in nomine Iesu: lacero \ddagger vos, in nomine Iesu: deturpo \ddagger vos, in nomine Iesu: irrumpo \ddagger vos, in nomine Iesu: cōspurco \ddagger vos, in nomine Iesu: stimulo \ddagger vos, in nomine Iesu: coapto \ddagger vos, in nomine Iesu: perturbo \ddagger vos, in nomine Iesu: dilanio \ddagger vos, in nomine Iesu: instillo \ddagger vos, in nomine Iesu: liquefacio \ddagger vos, in nomine Iesu: exedo \ddagger vos, in nomine Iesu: mulcto \ddagger vos, in nomine Iesu: infrango \ddagger vos, in nomine Iesu: decortito \ddagger vos, in nomine Iesu: rodo \ddagger vos, in nomine Iesu: resoluo \ddagger vos, in nomine Iesu: dispuero \ddagger vos, in nomine Iesu: impono \ddagger vobis ingum ferreum, in nomine Iesu: detrudo \ddagger vos, in culinā Inferni, in nomine Iesu: trado \ddagger vos lachrymis, & Iustitiae Dei, in nomine Iesu: Et tādem quasso \ddagger glaciem vestram, in nomine Iesu: Ita vt ad inuocationem nominis ipsius Domini nostri Iesu Christi: eatis omnes præcipites in bārathro; & maledicti sitis in Tartareo, in gehenna, in inferno, & omnis, qui inuenerit vos maledicat vobis, & qui vos maledixerit, benedictionibus repleatur: In nomine Patris, \ddagger & Filii, \ddagger & Spiritus \ddagger Sancti.

H I C E X O R C I S T A P O N A T
Tabernaculum cum Sanctissima Eucharistia, super caput Dæmoniaci, & astantes omnes brachiis extensis, & genibus flexis ad Sanctissimum Sacramentum clamentēr, pluriesque & toties, quoties ipsi videbitur.

Misericordia Signore.

Nullaque interposita mora tradat Dæmoniaco disposito cibum spirituale Sanctissimæ Eucharistie.

Quibus

Quibus omnibus peractis, statim Dæmonibus iam fugatis, vel ibidem adhuc existentibus, ita præcipiat, quod seruandum est, quotiescumque voluerit Exorcista coniurationi finem imponere.

O Vos Maledicti, qui more Aspidis surdi obturantes aures vestras noluistis preciosa Domini audire, sed tanquam porci videntes margaritas ante vos positas, confusi à facie Iesu fugam superati paraſtis: Ideo vbi cumque habitaculum recepitis, siue in Inferno, siue in aliqua parte huius machine mundialis, religo vos, vt tanquam ignari luctatores superati in nomine IESV, & confusi; inter homines erubescatis, nec huic, nullaque Dei creaturæ accedere, nec quoquis modo molestationem, nec corporis, nec animæ in futurum inferre valeatis. Imò, ibi tanquam in furca Infernali suspensos, cunctæ amaritudines, & asperitates dolorum, tormentorumque apprehendant vos; & substantia vestra, & facies inscriptæ sint cunctis maledictionibus, & atrocissimis doloribus, & ignominia, donec ad ipsius IESV CHRISTI Tribunal vltimi judicij veneritis, dolorum vestrorum renouationem recepturi. Vos vero, qui remansistis in hoc corpore, nolite gloriari in malitia, & obstinatione vestra, quia hoc, permisit Deus ad huic creaturæ suæ, suorumque fidelium gratiæ augmentum, & ad omnium vestrorum confusionem, & poenam.

Ergo omnes partes huius corporis, quas interdico vobis, liberas relinquentes, sine laſione, & sine minima molestia, anquam fulgor descendite præcipites in summitate vnguis mortiferæ digitis parui, pedis sinistri: Et ibi tanquam canes in sterquilinio sitis ligati: Ita vt huic creaturæ naturales actus impedire non possitis; sed liberam, vt eos exercere, & Creatori suo laudes, & gratias reddere possit, relinquatis; ascendereque nequaquam tentare præsumatis; sine mei licentia, vel alterius Exorcistæ, contra vos legitimè conflictum volentis; & non aliter, sub poena destructionis ab exitu vestro in loco cœnolento vestro, &

Z. 3. semper

semper nigra caligine obcæcato , per annos mille, illico incurrenda. Sicut ergo Dominus noster I E S U S C H R I S T U S voluntariè occisus,in triumpho sanctæ Crucis ligauit vos:Sic ego,in nomine sanctæ Ecclesiæ,ligo vos,in loco assignato ad beneplacitum meum, vel alterius Exorcista, prout supra : Ethoc totum vobis præcipio, per eum, qui in Cherubim appetat à terribilis; in Seraphim mirabilis , & in virtutibus ostenditur incomprehensibilis: Et per Passionem eius, qui sedet ad dexteram Dei Patris, vt credentium preces, & vota exaudiat: Et per merita Gloriosæ Virginis Marie, ac Sanctorum Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum,totiusque curiæ coelestis. In nomine Patris, + & Filii, + Spiritus + sancti. Amen.

E X O R C I S M V S S E C R E T V S
ab aliquo Exorcistarum, in aure Demoniaci,
submissa voce, ac distincte, tempore ma-
ledictionum, dicendum .

CVM Serpens esset callidior cunctis animantibus terre, quæ fecerat Dominus Deus, dixit ad mulierem, Cur præcepit vobis Deus, vt non comedeteris ex omni ligno Paradisi? Cui respondit mulier, De fructu lignorum, quæ sunt in Paradiso, vescimur: de fructu verò ligni, quod est in medio Paradisi, præcepit nobis Deus, ne comedemus, & ne tangeremus illud, ne forte moriamur. Dixit autem Serpens ad mulierem, Nequaquam morte moriemini. Scit enim Deus, quod in quocunque die comedetis ex eo, aperientur oculi vestri; & eritis sicut Diij, scientes bonum, & malum. Vedit igitur mulier, quod bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, & concupiscibile ad prudentiam comparandam: & tulit de fructu illius, & comedit, deditque viro suo, qui comedit. Et aperti sunt oculi amborum. Cumque cognovissent se esse nudos, consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata. Et cum audissent vocem Domini Dei deambulantis in

Para-

Paradiso ad auram, post meridiem, abscondit se Adam, & vxor eius à facie Domini Dei inter arbores Paradisi. Vocavitque Dominus Deos Adam, & dixit ei, Vbi es? Qui ait, Vocem tuam Domine audiui in Paradiso: & timui, eò quod nucus essem, & abscondi me. Cui dixit Dominus: Quis enim indicauit tibi, quod nucus essem, nisi quod ex ligno, de quo præceperam tibi, ne comederes, comedisti? Dixitque Adam, Mulier quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedì. Et dixit Dominus Deus ad mulierem. Quare hoc fecisti? Quæ respondit, Serpens decepit me, & comedì. Et ait Dominus Deus ad Serpentem, quia fecisti hoc, maledictus es inter omnia animantia, & bestias terræ: super pectus tuum gradieris, & terram comedes cunctis diebus vitæ tuae. Inimicitias ponam inter te, & mulierem, & semen tuum, & semen illius, ipsa cōteret caput tuum, & tu ihsidiaberis calcaneo eius. Quæ verba in corde tuo taliter fuerunt impressa; vt ne adimpleretur, quod tibi dictum fuerat à Domino, à cunctis malis, prout legitur in libro bellorum Dei, nunquam cefasti: Sed cum (vt ait Augustinus) per plerasque temporum ambientium rotas mundiale curriculum volueretur, neque quispiam mederetur, & ingrauescentibus culpis, ruinæ præcipitis iactu, & fremitu totius orbis membra puluerescerent; & nemo succurreret: Locuta est quædam Virgo Maria nomine, dicens. Eram in domo mea puella Iudæa, ex semine David Regis generata, & desponsata sum coniugi; & placui alteri non interueniente adulterio, sed intercedente Spiritu sancto desponsata sum homini Iudæo, & placui homini Deo: desponsauit me vir Iudeus, & amauit me Christus Deus. Nam ignaro Ioseph sponso meo venit ad me, quidam magnus Christi Paranyphus, non Patriarcha primus, aut Propheta egregius: sed Gabriel ille Archangelus facie rutilans, veste cornucans, ingressu mirabili, aspectu terribili visitauit, & perturbauit me; salutauit, & dixit mihi: Ave gratia plena, Dominus tecum: Benedicta tu in mulieribus: impleta es gratia, vt euacueretur culpa; Dominus tecum, ita est, vt habeas Deum

Z 4 in

in corde, in ventre, & in auxilio: & benedicta inter mulieres es, quia vitam viris, & mulieribus parturies, salutem geres, auctrix meriti eris, sanabis, & viuiscabis: Et dum tacita mentis altercatione configurerem, qualis esset ista salutatio, Nuncius coelestis subiunxit. Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud Deum: Ecce concipies in utero, & paries Filium, & vocabis nomen eius Iesum. Hic erit uiragnus, & Filius Altissimi vocabitur: Et dabit illi Dominus sedem David Patris eius, & regnabit in domo Jacob in aeternum, & Regni eius non erit finis. At ego responde: Quomodo fiet istud, vt ego grauescam impudico, & immundissimo Marito, quoniam viru penitus non cognosco, despontata sum homini iusto; si cum illo non conuenero, vnde erit quod generabo? Sed, si fieri potest, vt concipiam intacta, & generem clausa: indica modum, & paratum inuenies cor meum; Omnibus enim modis exopto ego ex Deo meo, vt habeam prolem, sed non amittam pudorem. Tunc Altissimi Nuncius Angelus Gabrielem mihi dixit: O Maria Virgo Dei, Sponsa Dei, Dilecta Dei, Famula Dei, Mater Dei, audi me, & ne perturberis: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi: Ideoque & quod nascetur ex te, Sanctu vocabitur, Filius Dei. Tunc dulcissima, & humiliissima Virgo Maria, Dei Sposa, & Mater, dixit: Ecce Ancilla Domini, fiat mihi secundum Verbum tuum: Et statim procedens Filius a Patre, tanquam sponsus de thalamo suo, nuptialem Thronum ingreditur: diuinitati sponsatur homo: Et premium accepit caro, quia Verbum caro factu est: In cuius sponsalibus gaudiis, gratiosum decretum condonauit: quia, quidquid eum offendat mundus, relaxauit: Dum vero quietum silentium tenerent omnia, & nox in suo cursu medium iter perageret apparuit benignitas, & humanitas Saluatoris nostri Dei, & deleuit iniquitatem terrae. O magnum mysterium: & admirabile Sacramentum, omnibus notum; Diabolo vero absconditum; origo peccati per genitricem Christi detruncatur; prosapia impietatis, per profapiam pietatis extirpatur: Stirps mortis, per stirpem vita percuntur:

Chri-

Christum Virgo peperit, mutatur natura; deletur & culpa; praeclsum est illud. Euæ in felicitatis eloquium: illa, lachrymas; ista, gaudium in ventre portauit: utroque miraculu, & sine corruptione grauida; & in partu Virgo puerpera. Sileat tortuoso Serpentis male suafibis sybilus: Plaudunt organa Mariæ, & inter veloces articulos tympana concrepant: Magnificat anima mea Dominum. Concinant letantes choi, & alternantibus modis dulci sona carmina misceantur: Musicum Maria inter iuuenculas melos exerceat: quia dulce verbum, plectris Sancti Spiritus modulantibus, parturuit: Extendat nunc fides splendentis uteri pulchra tentoria: obrum pet virtus: spiritus sybilet, naturali calore depulso: tenuis virginem aura refoueat, & fluente refrigerio spiramentis celestibus ventiletur, alius virginalis seris verecundie coronetur: flammeus ibi rose fulgor anhelet; albens lily candicet; mollis viola rutilat; purpurei spargantur flores; & vario nitore depictus Christi thalamus exornetur: cui parum fuit hominem fieri, vt nos Angelos faceret; parum, dico, fuit ei cluiri, vt nos resiceret; fitire, vt nobis vite aeternæ pocula ministraret: expolari, & ligari, vt nos tegeret, & absolueret; spinis coronari, vt gratia nos coronaret; percuti, vt nos securus redderet: selle & aceto potari, vt fontes mellifluos nobis aperiret: Et parum ei fuit occidi, vt nobis vitam donaret: Sed hoc parum non fuit, vt mortem Crucis, extremum, & pessimum genus mortis eligeret, vt nos de captiuitate tua tyrannide redimet: Captus enim es hamo Leviathan: Nam Christus tantum iunctuit Dæmonibus, quantum voluit, & tantum voluit, quantum oportuit: Nam cognoscetas, Maledicete, Dei filium esse venturum, sed venisse per infirmitatem corporis non putabas: visus miraculus quadam supplicatione coniecturabas eum esse Dei filium: Sed cum ieunio fatigatum eum videres, verum hominem intellexisti: Et quia tentando, non prævaluisti, utrum filius Dei esset, dubitasti: Attamen tradebas eum Iudeis crucifigendum, non penetrans latens mysterium ex eius morte faturum, scilicet, fructus redemptionis nostræ, & damnationis

tionis tuae tradebas eum Iudeis crucifigendum. O quam bene de tuo impetu, Diabole, percusisti; credulitas tua tibi exitium, nobis verò attulit commodum: Dum nulli parcis, te ipsum interimis: Per vnius delictum, omnes captiuali, per vnius iustitiam, omnes nihilominus amisi: Si illum, qui tibi confenserat, inuasisti, illum Iesum, in quo nihil inueneras, cur indebet occidisti? Effudisti innoxium sanguinem, reddidisti damnatum progeniem: Tu certè ille es, qui tibi diuinitatis similitudinem arrogabas elatus, nūc ab homine diuino prosterneris superatus: Et quid miram, si te, vt potè creaturam suam, virtus diuina viceret: Sed hoc est magnum, atque mirificum, vt de puluere assumaret, vnde tuam nequitiam prosterneret, atque contereret: vt qui supra sidera superbis erigebaris, nunc à carne supereris: Ille ergo sanguis, quem effudisti, te vicit, & nos redemit: Denique illum bibo, & veneni tui peccatiem saluat, ultra non timeo: præualuisti in Paradiso, sed vicitus es in patibulo: quid nobis circumiectam Paradiso igneam rhompheam opponis? ecce exaltati crucifixi profluens vnda, restrinxit voratilem flamman, & ad dexteram Dei Patris sedet: vt credentium preces, & vota exaudiatur: Qui cum eodem Patre, & Spiritu Sancto, viuit, & regnat in sæculorum. Amen.

H I C I N M O D V M C R V C I S , E T
pro quolibet signo **I** insufflet in aure Daemoniaci.

Precipito te, cum omnibus sequacibus tuis in barathru per **Iesum**, sub cuius pedibus subiecit omnia Deus Pater per **Iesum**, cuius sapientia erumperat Abyssi, & miracula eius inuestigari minime possunt: per **Iesum**, lapidem summum angularem probatum, electum, preciosum, qui repromisit diligentibus se coronam iustitiae, per **Iesum**, lucem magnam, quæ orta habitantibus in regione umbra mortis, quam, & viderunt ambulantes in tenebris: per **Iesum**, qui tantò melior Angelis effectus est, quanto differentius, præ illis nomen hæreditauit: per **Iesum**,

Iesum, refugium, & robur nostrum, scutum, & cornu salutis nostræ: per **Iesum**, qui ubique totus est, & factus est nobis via vocans nos peregrinos ad patriam: per **Iesum**, cuius misericordia non sub lege, sed sub gratia sumus: per **Iesum**, cuius redemptio gratis iustificat sumus, & cuius gratia liberabit nos de corpore mortis humilius, per **Iesum**, qui iustificat impium in eum credétem & nos recipit; quia membra eius sumus: per **Iesum**, qui superbis resistit, & humilibus dat gratiam: per **Iesum**, qui humiliatus est, vt nos redimeret: per **Iesum**, qui accipiens panem, ac benedicens, fregit, deditque Discipulis suis, & ait: Accipite, & comedite: Hoc est corpus meum: per **Iesum**, qui accipiens Calicem gratias egit, & dedit illis, dicens: Bibite ex hoc omnes: Hic est enim sanguis meus noui Testamenti, qui pro multis elliū detur in remissionem peccatorum: per **Iesum**, qui, vt nobis vitam æternam donaret, mortem suscepit; & sepultus est, vt sepulturam suorum benediceret: per **Iesum**, qui propria virtute resurrexit, vt nos iustificaret per **Iesum**, qui ascendit ad Patrem, vt Coelorum portam nobis aperiret, & sedet ad dexteram Dei Patris, vt hos cohæredes introducat, & recipiat; per **Iesum**, quem videbimus in sede maiestatis venientem, & bonis bona, & malis mala tribuentem. Qui in unitate perfecta viuit, & regnat in sæculorum.

Amen.
I

EXORCISMVS CONTRA
Tempestates.

CAMPANÆ, V T M O R I S E S T
pulsentur, & ab astantibus cantentur Litaniae:
Exorcista verò, contra tempestates, mo-
do sequenti coniuret.

D Eus ☩ in adiutorium meum intende.
Domine ☩ ad adiuuandum me festina.
Gloria Patri, & Filio, &c. Alleluia.
Domine exaudi orationem meam.
Et clamor meus ad te perueniat.
Dominus vobiscum.
Et cum spiritu tuo.

Oremus.

O Mnipotens æterne Deus, qui diuidis aquas ab aquis,
qui fontes abyssi rumpis, & cataractas cœli aperis,
qui pluuias, & tempestates, & tonitrua, & fulgura cadere
proper peccata nostra permittis: fontesq; claudis, & ca-
taractas cœli cohibus tempestates, & nubes, cunctaq; no-
bis aduersantia destruis: Subueni, quæsumus nobis filijs
tuis, & parce in remigando laboribus, pauperesque in
necessitate clamantes, respice: Da nobis Domine, da nobis
panem, ne fame pereamus: Exaudi, & præsta, vt in verbo
tuo, & misericordia rabies, & persecutio Dæmonum ad-
uersantium destruatur. Per eundem Dominum nostrum
Iesum Christum. Amen.

M O X E X T E N S I S M A N I B U S
contra nubes, dicat.

E Xorcizo ☩ vos nubes. Coniuro ☩ & vobis præci-
pio ☩ per eum, qui populu Israelem præcedebat ad
ottendendam viam, per diem in columna nubis: per eum,
cuius gloria sèpè apparuit in nubibus, montemque Sy-

pat

nai sex diebus nube texit, & Tabernaculum testimonij
opertum nube, impletum est gloria eius: per eum, qui in
vos posuit arcum foederis sui, & de vobis exiuit multoties
vox eius, dicens. Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi
bene complacui: suscepistiisque Iesum ab oculis Apo-
stolorum, ascendentem ad Cœlum; qui & in vos veniet ad
iudicandum, & rapientur in vobis nubibus cœli obuiam
Christo, Beati.

E R G O per eum, qui hæc, & alia mirabilia valde ope-
ratus est in nobis, præcipio, & coniuro: vt nequaquam tem-
pestates ad nocumentum nostrum paratas, retineatis; Sed
in unitate Sanctæ ☩ Crucis, quam contra vos facio, repen-
te à vobis, & à tota regione Christianorum auferatis, sine
lexione alicuius hominis, neque terræ, neque loci; neque
Nauis: Et in nomine Creatoris, & Redemptoris nostri nunc,
nunc in omni vi, & impetu vestro eas afferte, & præcipi-
tate in saxosis montibus, in cauernis, in locis aridis, & de-
fertis, & in Abyssis, in quibus non aratur, nec seminatur,
nec quippiam colligitur: nec nomen Iesu Christi inuoca-
tur, nec nominatur, vt Dæmones rabies maledictas ibidem
spumantes eos incendant fulgura de Cœlo; Imò, in virtute
eiusdem omnipotentis Dei, & Domini nostri Iesu Christi
impero, vt fugientes, relinquatis nobis imbre, & aquam
mellifluam benedictam, & sanctam, ad irrigandos agros,
& nemora, & viridaria, & vineas, & fyluas, & prata, & oli-
ueta nostra: vt habeant pauperes panem, vinum, & oleum,
omniumque generum fructus in abundantia, & saturitate.
Benedicat ergo vos nubes Deus ☩ Pater: benedicat vos
Filius: benedic vos Spiritus ☩ sanctus. Circundet
vos Deus ☩ Pater. Circundet vos ☩ Filius. Et circundet
vos Spiritus ☩ sanctus. Ante vos sit Deus ☩ Pater, ante vos
sit ☩ Filius, & ante vos sit Spiritus ☩ sanctus. Post vos sit
Deus ☩ Pater, post vos sit ☩ Filius, & post vos sit Spiritus
☐ sanctus. Sanctificet tandem vos Deus ☩ Pater.
Sanctificet vos ☩ Filius. Sanctificet vos & Spiritus
☐ sanctus. Amen.

C O N I V R A T I O A E R I S .

Exorcizo **H**e aer, coniuro **H** & præcipio **H** per eū, per quem purificatus extixi, dum in forma columbae super Iesum Christum descenderet; & dum ipsemet Iesus Christus in aera super lignum **H** Crucis leuaretur: per eum, per quem sanctificatus fuit: dum comitibus Angelorum exercitibus, & Beatorum ad Cœlos ascenderet: & per eos, per quos in te multoties apparentes præciosa Domini nunciauerunt. ERGO, per eum, &c. vt supra.

C O N I V R A T I O V E N T O R U M .

Exorcizo **H** vos venti fauorabiles. Coniuro **H** & præcipio **H** per eum, qui producit ventum de thesauris suis: per eum, qui locutas per te leuant in Ægypto: per eum, qui stante vento vehementi, & vrēte tota nocte, verit mare in siccum: per eum, qui fecit, quasi ventum roris flantem in medio fornacis, & libertauit Azariam, & socios suos: per eum, cui obediunt mare, & venti: per eū, qui cum ascendisset in nauiculam, cessauit ventus cōtrarius, & facta est tranquillitas magna. E R G O per eum, &c. vt supra.

C O N I V R A T I O C O N T R A
Dæmones, & tempestates.

O Angeli Tartari, qui in hac caliginosa aere habitatis, detrusi, vbi repercuesso radiorum Solis pertingere non potest: Sed in continua obscuritate poenantes, tonitrua, grandines, niues, fulgura, pruinam, & tempestates diversas mouetis: In nomine Sanctissimæ Trinitatis Patris, **H** & Filii, **H** & Spiritus **H** sancti, vos coniuro, **H** fugo, **H** & præcipio, Ut Rabies vestras maledictas, & tempestates hæs, siue per maleficorum incantationes sint, siue à sola vestra iniuritate, & inuidia, sine alicuius rei nocimento a nobis, & à tota regione Christianorum auferatis, sicut puluis,

puluis, & folia ante faciem venti, & sicut lanugo, & stipula, quæ à vento rapitur: & eo modo, quo ascendeante Iesu ad Cœlos, confusi præcipites fugitiis: & eas præcipitetis in faxosis montibus, in cauernis, & locis aridis, & desertis, & in abyssis, in quibus non aratur, nec seminatur, nec quipiam colligitur, nec nomen Iesu Christi invocatur, nec nominatur, vt rabies vestras maledictas ibidem spumantes, vos incendant fulgura de Cœlo: Imò, in virtute eiusdem omnipotentis Dei, & Domini N. Iesu Christi impero, vt fugientes relinquatis nobis imbretem, & aquam mellifluam benedictam, & sanctam ad irrigādos agros, & nemora, & vitidaria, & vineas, & sylvas, & prata, & olius, & aqua nostra; vt habeant pauperes panem, vinum, & oleum, omniumque generum fructus in abundantia, & saturitate, & hoc totum præcipio strictissime, in virtute sancte obedientiæ, ac excommunicationis maioris poena latæ sententiæ, ac sub poena annorum centum mille de poena accidentalí, illicò incurrenda, casu inobedientiæ.

D E I N D E S E Q V A T V R .

Fugite ergo Nam impero vobis, per unitatem essentiae Dei, **H** per æqualitatem personarum Dei, **H** per immensitatem Dei, **H** per incommutabilitatem Dei, **H** per incomprehensibilitatem Dei, **H** per infinitatem Dei, **H** per immutabilitatem Dei, **H** per simplicitatem Dei, **H** per excellentiam Dei, **H** per bonitatem Dei, **H** per notitiam Dei, **H** per ineffabilitatem Dei, **H** per clementiam Dei, **H** per charitatem Dei, **H** per amorem Dei, **H** per potentiam Dei, **H** per sapientiam Dei, **H** per virtutem miraculorum Dei, **H** per scientiam Dei, **H** per voluntatem Dei, **H** per iustitiam Dei, **H** per misericordiam Dei, **H** per splendorem Dei, **H** & per Majestatem Dei, **H** ut rabies vestras, &c. vt supra.

Coniuro **H** vos Angeli nigerrimi, & fugo **H** per incarnationem Domini nostri Iesu Christi **H** per Aduersum eius, **H** per Nativitatem eius, **H** per Baptismum eius, **H** per san-

Etum Ieianiū eius, si per prædicationes, & mīracula eius, \ddag per columnam, ad quā fuit ligatus, & flagellatus, \ddag per spineam coronam, clausos, & lāceam eius, \ddag per Crucem, & acerbissimā passionem eius, \ddag per testamentū, in quo Discipulum Matri, & Matrem Discipulo commēdauit, \ddag per emissionem sp̄ritus eius, \ddag per sepulturā eius, \ddag per descensionem eius ad Inferos, & spoliationem Inferni, \ddag per Resurrectionem sanctissimam eius, \ddag per admirabilē Ascensionem eius, \ddag per missionem Spiritus sancti in Discipulos, \ddag per Aduentum eius in die Iudicij, \ddag vt rabies vestras, &c. vt supra.

Coniuro vos Angeli præcipitati, & fugo, \ddag per annunciationem, & conceptionem Beatae Virginis Marie, \ddag per Natuitatem, & Præsentationē eius, \ddag per Assumptionem eius super Choros Angelorum, \ddag per Cœlestem Hierarchiam superiorem, medium, & inferiorem, \ddag per Cherubim, considerantes Dei bonitatem, in quibus Deus amat, vt charitas, \ddag per Seraphim, considerantes Dei veritatem, in quibus Deus noscit, vt veritas, \ddag per Thronos, cōfidentes Dei equitatem, in quibus Deus sedet, vt equitas, \ddag per Dominationes Angelorū officia regentes, in quibus Deus dominatur, vt Maiestas, \ddag per Principatus populorū capitibus preſidentes, in quibus Deus agit, vt Principatus, \ddag per Potestates vires Dēmonum coercentes in quibus, Deus tuetur, vt salus, \ddag per virtutes, quibus miraculorum operatio pertinet, in quibus Deus operatur, vt virtus, \ddag per Arcangeli maiorum negotiorum operatores, in quibus, Deus reuelat, vt lux, \ddag per Angelos humanae cūtodię ſollicitos, in quib⁹ Deus mittit, vt inspirās, \ddag per Apoſtolorū ſonum, quod in vniuersū ad conuerſionem gentium exiuit, \ddag per conſtantiam Martyrum, & per eorum ſanguinem in acerbissimā paſſioneſ fuſum, de quo ornata est sancta Hierusalem; \ddag per fidem, hospitalitatem, benignitatem, sobrietatem, sanctitatem, & continentiam Sanctorum Confessorum, \ddag per Sāctas Virgines, qua ſecum oleum habentes, intrauerunt cum Sponſo ſuo Chriſto ad nuptias cœleſtes, \ddag per omnes Sanctos Dei, quarum vite cursus,

cursus, nihil aliud fuit, quam vnuſ cum vigili hoste conflictus, qui gubernaculam fidei viriliter, & ſeruū timoris Dei infatigabiliter tenuerunt; ita vt, anchora ſpe naue plenam cœleſtibus diuiniis, & aeternis mercibus, in optato litore collocauerunt. Vt RABIES veſtrās, &c. vt ſupra.

HIS PER ACTIS, CRUCEM CONTRA tempeſtates tenens, dicat.

F Vgo vos, per hoc ſignum ſancte \ddag Crucis: In nomine Dei Patris. \ddag Extermino vos, per crucem admirabile ſignum: In nomine Dei Filii. \ddag Dispergo vos, per Crucem ſignum aeternæ confuſionis veſtræ: In nomine Dei Spiritus \ddag ſancti. Dispergo vos, per Crucem, in quo fides noſtra coſtituit: In nomine Patris. \ddag Destruo vos; per Crucem, torcular, quo ſanguis Chriſti exprimitur: In nomine Filii. \ddag Annihilo vos, per Crucem triumphum redēptionis noſtræ: In nomine Spiritus \ddag ſancti. Cenſumo vos, per Crucem, clauem Paradifi in nomine Patris. \ddag Confundō vos, per Crucem, in qua, pretium noſtrum pendit, & Regnum: In nomine Filii. \ddag Irrumpo vos, per Crucem, morbum Sathanæ, & Angelorum eius: In nomine Spiritus ſancti. \ddag Liquefacio vos, per Crucem, perpetuum ſcutum Christianorum: In nomine Patris. \ddag Persequor vos, per Crucem fugatricem Diabolorum: In nomine Filii. \ddag Resoluo vos, in aquam, per Crucem maleſicorum perditionem: In nomine Spiritus ſancti. \ddag

S I A D H V C P E R S E V E R A V E R I T ,
repete vt ſupra ibi: O Angeli
Tartarei, &c.
Prosequendo donec fugam
parauerint.

P R A E C E P T A C E N T V M E F F I C A -
cissima, ad arctandum Dæmonem, ut obe-
dientiam præstet, secundum urgen-
tes necessitates.

Adiutorium ♫ nostrum in nomine Domini.
Qui fecit Cœlum, & terram.

O R E M V S .

IN te Domine Deus omnem spem, & refugium meum, in te omnem tribulationem, & angustiam meam constituo: quia me totum infirmum, & ignarum cognosco: Non enim suis astutis decipient me aduersari maledicti, licet multi sint, si tu clementissime Deus adfisteres, iuuare, confortare, consolare, instruere, & custodire digneris me. Ergo potentissime Domine constringe hos ostinatos rebelles in sancto conspectu tuo, ad parentum praceptis nostris. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

E X P R O B A T I O .

O Maledicte, subiicientes nos suæ sanctissimæ servituti, inuenimus suauissimam Sancti Spiritus consolationem, conseqüimur magnam cordis latitudinem, efficiemur liberi, & sancti, redditus æquales Angelis, & Dæmonibus terribilis: Et tandem amplectimur optatum seruitum, promeremur summum bonum, & acquirimus gaudium sine fine mansurum. O serue nequam, erubesc, nam pro bono incommutabili, pro præmio inæstimabili, pro summo honore, & gloria interminabili, nec aliquantulum fatigasti: sed pro acquirenda damnatione, per longam viam fatigatus, fudasti. Nam è cœlo cæcidisti Lucifer in terram: non te confirmasti cum remuneratore omnium bonorum, & ad infernum detrahesis.

P R A E -

P R A E C E P T A .

Präcipio tibi Maledicte, per unum Altissimum, & Creatorem omnium omnipotentem, & Regem potentem, & metuendum nimis, sedentem super Thronum suum, & dominantem Deum.

Præcipio tibi viriliter per Deum, cui omnia unum sunt, & omnia in uno videt, & facit nos unum secum in charitate perpetua: Et qui protegit humilem, & liberat, & dilit, & consolatur: Et qui humili se inclinat, largitur suam gratiam, sua secreta reuelat, ad se dulciter trahit, invitat, & levat ad gloriam.

Præcipio tibi fortius, per illum, cuius Regnum est pax, & gaudium in Spiritu sancto, cuius Regis frequens visita, dulcis sermocinatio, grata consolatio, multa pax, familiaritas stupenda nimis: Et omnis eius gloria, & decor est cum homine interno.

Præcipio tibi distictius, per Deum meum, qui omnia bona mea est, qui solus bonus est, Iustus, & Sanctus, qui omnia potest, omnia præstat, omnia implet; Solum peccatorem inanem, & obstinatum relinquens, qui implet corda hominum gratia sua; quia non vult vacua esse opera sua; qui tuerit coram se ambulantes in veritate ab incursis malis, & liberat eos à seductoribus, & detractionibus impiorum. Cuius veritas nos docet: Ipsa nos custodit, & que ad salutarem finem nos conductit: Ipsa nos liberat ab omni affectione mala, & inordinata dilectione: Ipsa veritas nos docet, quæ recta sunt, & placita coram se, vt amabilemus secum in magna cordis libertate.

Impero tibi strictissime, per Deum benedictum, cuius nobilitas, & infinita bonitas, nunquam cessat benefacere indignis, ingratibus, & longè à se aueris: Cōuerit tamen ad se nos peccatores, vt simus grati, humiles, & deuoti; quia salus, virtus, & fortitudo nostra ipse est, qui, & finis nostra est, supremus, & ultimus, & beatitudine; quia ipse est, qui omnia dedit, & tanquam à summo bono manat, & ad eum

A a z tan-

tanquam suam originem cuncta sunt reducenda: Nam ex eo pusillus, magnus, pauper, dives, sanus, & ægrotus tanquam ex fonte viuo aquam auertunt viuam, & gratiam pro gratia accipiunt.

Constringo te viriliter, per Deum, qui ultra omnem spem fecit nobis seruis suis misericordiam suam, & ultra omne meritum gratiam, & amicitiam exhibuit: Nam magnum, & admirabile est, quod non solum Coelum, & terram, quæ in ministerium hominis creauit Deus, præsto sunt, sed quod tam pauperem, & indignum dignatus est in seruum recipere, & dilectis seruis suis adunare; quin etiam Angelos in ministerium hominis creauit, & ordinauit: Transcendit autem hæc, quia ipse Deus seruire homini dignatus est, & seipsum dedit ei, & daturum promisit. Verè ipse Deus solus dignus est omni seruitio, omni honore, & laude æterna. Verè Dominus noster est, & totis viribus temerari illi soli seruire, nec in laudibus suis debemus fastidire; & quidquid nobis deest, ipse dignatur supplere.

Dominus vobiscum.

Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Domine Deus, qui cognitor es omnium secretorum, Index iustus, fortis, & patiens; scrutans corda, & renes, qui hominum noscis fragilitatem, & Dæmonum malitiam, & insidias; Esto robur meum, & tota fiducia mea: Adesto huic iudicio, nec permittas me à Patre mendaciorum decipi, sed in virtute Passionis Filij tui astringe eos ad obedientiam præstandam: Fac ut fideliter, & charitatiè laborem in vinea tua: Expecto Domine, ut videam celerem finem horum malorum, veniat, & acceleret hora, qua cesset & superbia, & malitia, & astutia, & mendacia huius Maledicti. Per quinque plagas Filii tui Iesu Christi; Qui tecum viuit, & regnat in sæcula saeculorum. Amen.

E X P R O B A T I O.

Time iudicia Dei, expauesce iram omnipotens, perscrutare iniquitates tuas, in quantis deliquisti, & quomodo verum bonum neglexisti: Esto obediens mandatis nostris.

P R A E C E P T A:

Impero tibi validè, per Deum omnipotentem, & Altissimum, qui cuncta creauit ex nihilo, qui vt tuā superbiam sua humilitate vinceret factus est omniū humillimus, & infimus: Disce ergo humiliare te, & in nomine suo, sub pedibus nostris incurvare, qui toties Infernum meruisti, & in dies mereris, vt discas obtempore te voluntati diuinæ.

Impero tibi districtissimè, per Deum fortissimum Israel, zelatorem animarum fidelium, qui respicit huius suæ creaturæ laborem, & dolorem, qui afflitto illi in omnibus ad quæcumque pergit, qui roborat nos coelesti fortitudine a laqueis inimici, vt sub sancta disciplina ipsius Dei viventis, studeamus diuinam dulcedinem, & suavitatem, & internam virtutis amaritatem gustare, & videre.

Constringo te viriliter, per Deum æternum, & immensum, infiniteque potentiam, qui facit magna solus, & inscrutabilia in Cœlo, & in terra, nec est inuestigatio mirabilium opérum eius: Et per manum validam ipsius diuinæ misericordie præcipio, quæ genus humana auxilio perditio gracie diuinæ per peccatum soluit: Nam homo factus nauis fracto gubernaculo illuc ducebatur, ubi tempestas voluebat: Sed facta est tranquillitas magna, & hominem ad gloriam reduxit.

Præcipio tibi cù Imperio, per Deum, qui memoria Regi multorum, & Ducū superborum, & eorum, qui Civitates cōstruxerit, & gentes multas seruiti subiecerunt ad nihil, redigit: ita quod neque ex auditu: neque ex nomine sunt amplius cogniti, & eorum memoria, & potentia, & impietas, & superbia evanuit, sicut sumus raptus à vento.

Impero tibi, per Deum Patrem potentissimum, sapientissimum, & optimum, qui dicitur Pater æternæ generatione, quia ab æterno Filium sibi æqualem genuit, cui diuinitatis sua æsentiam communicauit, qui dicitur Pater prædestinatione, quia prædestinavit nos in adoptionem filiorum: Qui dicitur Pater creatione; quia fecit nos secundum corpus, creauit secundum animam, & possedit secundum vitrumque, qui dicitur Pater redempcione, quia filius sibi æqualis humanatus suo preciosissimo sanguine, & sacramentali regeneratione, & fidei instructione à tyrannida potestate Luciferi redemit.

Dominus vobiscum.

Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Domine obsecro, ut inueniamus gratiam in oculis tuis. Nam tentati, vexati, tribulati nimis non decipiunt nos Pater mendaciorum; Si vobiscum fuerit gratia tua, quia ipsa est fortitudo, ipsa consilium confert, & auxilium, illuminatque intellectum. Cunctis hostibus potentior est, & sapientior vniuersis sapientibus. Magistra est veritatis, lumen cordis, solamen praesuræ, fugatrix falsitatis, & tristitiae. Tua ergo nos Domine gratia semper præueniat, & sequatur, ac à fallaciis, & infestationibus Dæmonum iugiter præterit nos esse intentos, & liberatos. Per Dominum nostrum Iesum Christum, qui tecum vivit, & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

E X P R O B A T I O.

Quàm aridus, & durus es, superbe, insipiens, & vanus, quia sine Iesu es: Nam esse sine Iesu, grauis est infernus: Et qui perdit Iesum, perdit nimis multum, & plus, quàm totum mundum. Pauperimus, & infelicissimus es, quia vanis sine Iesu: ad quem fugies, & quem quereres amicum, quia effugasti, & perdidisti Iesum, & ideo tristis, & nimis desolatus es: & præcipitasti in barathrum, ideo cum impetu astringo te, per potentiam, & purum amorem Iesu Christi, quo nihil fortius, nihil altius, nihil iucun-

iucundius, nihil dulcior, nihil plenius, nihil melius in Coelio, & in terra: quia in uno summo super omnia quiescit: ex quo omne bonum fluit, & procedit. Et qui una hora sine dolore Passionis non fuit, quandiu in hoc mundo vivit. Oportebat autem Christum pati, & resurgere à mortuis, & ita intrare in gloriam suam.

P R A E C E P T A.

Cum imperio astringo te, per Iesum Christum, qui laudatur in omnibus Sanctis suis, & qui super omnina benedicatur, & honoratur in singulis; quos sic gloriosè magnificauit, & prædestinavit, sine ullis præcedentibus propriis meritis, & de Coelo clamat. Ego sum, qui cunctos condidi Sanctos, donauit gratiam, præstavi gloriam, noui singulorum merita, præueni eos in benedictionibus meis, præscui dilectos ante secula, elegi de mundo, vacuai per gratiam, attraxi per misericordiam, perduxi eos per tentationes varias, infundi consolationes magnificas, dedi perseverantiam, coronaui eorum patientia, primum, & nouissimum agnosco, & omnes inestimabili dilectione amplector.

Strictissime præcipio, ita ut coactus sis obedire per Iesum Christum, qui verba vita habet, quæ corda ascendunt; mentes illuminant, inducunt compunctionem, veram ingerunt consolationem, docet mortificationem vitiorum, & ad verum, & unum principium,ducit. Ego sum, ait Dominus, qui doceo hominem scientiam, & clariorem intelligentiam parvulis tribuo; cui ego loquor, citè sapiens erit, & multum in spiritu proficiet. Ego sum, ait Iesus, qui in puncto elevo mentem, ut plures æternæ veritatis capiant rationes. Ipse docet, sine strepitu veborum, sine fauore honoris: fine pugnatione argumentorum: Ipse docet, æterna querere, & sapere: omnem spem in eum ponere, & super omnia ardenter eum intimè amare, ut discat quis diuina, & loquatur mirabilia. Nam ipse Christus est Doctor veritatis, cordis scrutator, cogitationum intellector,

actionum promotor, distribuens singulis, sicut dignum iudicauerit.

Constringo te ad obedientiam, per Iesum Christum, aeternam requiem Sanctorum, qui dat animabus nostris in seipsum super omnem creaturam requiescere; & super omnem salutem, & pulchritudinem, & gloriam, & honorem, & potentiam, & dignitatem: & super omnem scientiam, & subtilitatem, & latitudinem, & exultationem; super omnem famam, & laudem, & suavitatem, & consolacionem, & meritum, & desiderium, & spem, & promissio-
nem, & gaudium, & consolationem: & super omnia dona, & munera; quae potest dare, & infundere, & mens nostra capere, & sentire: & tandem per ipsum Christum impero, qui dat requiem animabus nostris super omnes Angelos, & Archangelos; & super omnem exercitum Coeli; super omnia visibilia, & invisibilia.

Impero tibi fortius, per Iesum Christum, qui hominem incarceratum, & compedibus gravatum Luce, presentie sua reficit, libertatem donat, vultumque amicabilem demonstrat: quia ipse est spes nostra, & salus aeterna; qui facit bonitatem cum seruis suis secundum multitudinem misericordiarum suarum; Cui non est similis in cunctis mirabilibus Coeli, & terrae; Iustitia vera, & prouidentia sua reguntur universa, & quem cuncta simul creata laudant, & glorificant in sacula saeculorum. Amen.

Fortius, ac districtius impero tibi, per Iesum Christum, qui est splendor aeternae gloriae, solamen peregrinantes animae, qui, non tardat venire, vocatus, & mittit manum suam, ut miseris eripiatur ab omni angustia: In cuius Iesu, manus est via hominis, & suum est dare, & consolari, quando vult, & quantum vult, & cui vult; Sicut sibi placuerit, & non amplius.

Dominus vobiscum.

Et cum spiritu tuo.

Oremus.

E Sto nobis propitius, Iesu bone, dulcis, & benigne, & Nobis pauperibus mendicis concede quod petimus: Infinita est autem misericordia tua, & gratiam desiderata-

tam potes praestare: fides ergo conualescat, spes proficiat, & charitas in nobis accedat. Majestas tua, & hic Daemon, nostris praceptis obediatur, & confusus tandem, in nomine Sancto tuo recedat: Qui vivis, & regnas cum Deo Patre, & Spiritu sancto in sacula saeculorum. Amen.

E X P R O B A T I O.

O Maledicte, qui inter creaturas fuisti primogenitus, & fortudo; prior in donis, & maior in Imperio creauerat te Deus; Sed quia superbe maculasti statu, dum ascendere volebas cubile Patris tui, & Creatoris Dei, dicens. Simul ero Altissimo. Ideo merito effusus es, sicut aqua, & deuoluta est in vos maledictionis calumnia nostra, & orbatu estis gratia.

P R A E C E P T A:

V T obedientiam ergo praestes, in nomine Iesu praeticio ubi strictissime, per ipsummet Iesum, qui est Deus meus, & super omnia solus optimus, & potentissimus; solus sufficiens; & plenissimus; solus est suauissimus, & solariofissimus; solus pulcherrimus, & amantisimus; solus est nobilissimus, & gloriofissimus super omnia, in quo cuncta bona simili per te sunt, fuerint, & erunt.

Constringo te ad obedientiam, per Iesum, qui vult solus super omnia amari; dilectio Iesu fidelis, & perseverabilis; & qui amplectitur Iesum, firmabitur in eum: Nam diligentes Iesum, non derelinquit, nec patietur in fine perire; quia ipse solus potest nos iuuare, & in corde diligenter solus vult sedere tanquam Rex in proprio Throno: Nam querentes Iesum, innueniunt quoque Iesum.

Impero tibi districtius, ut obedias praceptis nostris, per Dominum Deum excelsum possestorem Coeli, & terrae: per virtutem illam radiantem ab oculis, & a facie Christi, quae nemine resistente, lucra Scribarum, & Pharisaeorum destruxit, & ad unius flagelli verbera totam mul-

multitudinem plures eiecit de Templo.

Stricissime præcipio tibi, per illud unum, & simplex Dei Verbum, quod per humanationem compositum, & visibile ad nos pertinet, & per vallem humilitatis, & pinguinem charitatis mortem pro nobis subiit & ad se nostram societatem benigne peragens spiritualium bonorum distributorum nos participes fecit.

Astringo te, ita ut coactus sis obedire, per diuinam generationem Verbi æterni, de qua Esaias, generatione eius, quis enarrabit: & per eius ineffabilem generationem humanam: cum Deus ex mulieri nasci dignatus sit, & habere progenitores David, & Abraham; duos generis auctores elegit, unum, qui cognatione populorum promissum accepit. Alterum, qui de generatione Christi oraculum consecutus est.

Dominus vobiscum.

Et cum spiritu tuo. Oremus.

O Bone Iesu, nos quidem laboramus in sudore vultus nostri, torquemur dolore cordis, oneramur peccatis, inquietamur tentationibus, impiccamur malis passionibus: non est qui nos adiuuet, qui liberet, qui defendat a fallaciis, & praefluris horum dæmonum, nisi tu bone Deus: Tibi ergo salutaris noster, causam, & omnia nostra, ut custodias, & ducas secundum tuam misericordiam, commitimus. Qui cum Patre, & Spiritu sancto viuis, & regnas Deus in tæcula sæculorum. Amen.

E X P R O B A T I O.

O Maledicte, non habuisti proprietatem boni filij, vt ad domum curreres Dei Patris Creatoris tui, vt illi honorem redderes, vt imitator sui es: Ideo absorbeat terra, consummate ignis, corripiaris a Dæmonibus tuis inimicis, & poena grauiori ab eis puniaris: quia retribuisti Creatori tuo mala, pro bonis.

P R A E C E P T A.

A Stringo te ad obedientiam, authoritate, qua fungor, Per Christum, qui docet nos baptizare, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti: vt quorum est una diuinitas, sit una largitio, nomenque Trinitatis unus Deus, ex quibus colligitur, quam indiuisa sit substantia Trinitatis, & Patrem verè Filij esse Patrem, & Filium verè Patris Filium, & Spiritum sanctum verè Patris, & Filij esse Spiritum. Quid enim in hoc Sacramento salutis humanæ non cõtinetur plena sunt omnia, vt à pleno, & perfecto prolatæ. Habet enim naturæ sue nomen in Pater, sed Pater tantum est: Non enim humano modo habet aliunde, quod Pater est, ipse ingenitus æternus habens in se semper, vt semper sit sol filio notus. Filius autem est progenies ingeniti, unus ex uno, unus à uno, perfectus à perfecto, virtutis virtus, sapientiæ sapientia, gloriæ gloria; imago inuisibilis Dei; forma Patris ingeniti. Spiritus autem sanctus, non potest à confessione Patris, & Filij separari, & quidem ubique non deest hoc expectationis nostræ solatium. Hic in donorum operationibus futuræ spes pignus est, hic mentium lumen, hic splendor animarum est.

Constringo te stricissime ad obedientiam, per eum, per quem Regum multorum, & Ducum victoriae silentur, & multi, qui Ciuitates construxerunt, & gentes multas seruiti subegerunt, neque ex auditu, neque ex nomine sunt cogniti: Sed quia, Magdalena oleum effudit in dono leprosi duodecim viris praesentibus; hoc omnes concinunt per orbem terrarum, & licet tempus pertranseat, memoria, tamen eius non est tabefacta.

Impero tibi fortius, per ineffabilem dulcedinem contemplationis diuinæ, quam largitur Deus amantibus se per dulcedinem charitatis suæ, quam ostendit nobis: quia, cum non essemus, fecit nos, & cum errauissemus longe a se, reducit nos, vt fernaremus sibi, & perpetuaremus in dilectione, & in fonte ipsius charitatis, & amoris.

Impero iterum tibi districtus, per ardensem affectum animae, qui clamat in auribus Dei Sabaoth, dicens. Deus meus, amor meus, tu totus meus. & ego tuus: dilata me in amore, ut discam interiora cordis ore degustare: quoniam suave sit amare, & in amore tuo liquefieri, & natare, tenear amore saliens supra me pre nimio furore, & stupore. Cantem amoris canticum, sequar te dilectum meum, in altum deficiat anima mea, in laude tua iubilans ex amore praegustans amorem, & charitatem Patriæ coelestis.

Dominus vobiscum.

Et cum spiritu tuo.

Oremus.

O Dulcissime Domine Iesu, per misericordiem illam inenarrabilem, quam animæ deuotæ tecum epulante ieiunio tuo infundis, vbi ei non aliis cibus manducandus proponitur, nisi tu unicus dilectus eius super omnia desideria cordis eius desiderabilis, quæsumus, ut hunc superbum obedientiarum nostrarum humiliare digneris: Qui vivis, & regnas cum Deo Patre, & Spiritu sancto in secula saeculorum. Amen.

E X P R O B A T I O .

O Ingrate, non fuisti de electis, & confirmatis inter Angelos, sicut Iudas inter Apostolos: Nam tu, sicut & ille, qui manducabat panem cum Christo, qui ab eo erat nutritus, & in sua mensa communicatus, qui infinitis potitus erat bonis; tamen, tu maledicere, & ille in contrarium remunerastis benefactorem.

P R A E C E P T A .

Precipio tibi, ac astringo te ad obedientiam, per alitudinem mysterij, quo sub speciebus panis, & vini carnem, & sanguinem suum tradidit Christus, & deinceps sumendum instituit, ut fides haberet meritum: ut nullus horror crinoris sit: ut mysterium pacis, ac unitatis nostræ in sua mensa consecraret, & ut illam maledictionem auferret,

ferret, qua maledicta fuerat terra propter peccatum primi parentis.

Principio tibi strictissime obedientiam, per Iesum, qui fuit conuicia, & conuicuum, ipse comedens, & qui comeditur sub specie cibi, & potus, ut esurientes, & sitientes iuflitiam, his mysteriis doceret esse recieandos: & per virtutem illam, qua Christus manducatus viuit, & integer manet totus in Cœlo, & totus in corde nostro; & occisus pro virtute resurrexit.

Principio tibi fortius obedientiam, per virtutem, qua sermo Coelestis operatus est in creatione mundi, & operatur in Coelestibus Sacramentis, vnde ex pane corpus fit Christi: & vinum fit sanguis consecratione Verbi Coelestis.

Principio tibi distictius obedientiam, per Verbum Dei lux animæ nostræ, & Sacramentum panis vite, quod nobis infirmis ad refectionem mentis, & corporis dedit æternus Pater, & posuit lucernam pedibus nostris verbum suum, quod nos in terris adoramus in fide, & Angeli in Cœlo in specie sine velamine; & quod Beati facie ad faciem gloriam eius speculantes, & de claritate in claritatem abyfalis deitatis transformati gustant carnem factum, heut fuit ab initio, & manet in aeternum.

Principio tibi validè obedientiam, per eum, qui ad declarandam toti mundo charitatem suam, eccliam parauit magnâ, in qua, non Agnum typicum, sed suum sacratissimum corpus, & sanguinem propositum manducandum, & bibendum, iustificans omnes fideles coniunctio sacro, & calice inebrians salutem, in quo sunt omnes deliciae Paradisi, & epulantur nobiscum Angeli Sancti, sed suavitate feliori.

Principio tibi strictissime obedientiam, per virtutem, & charitatem Christi, dicentes. Quod facturus es, fac citius: Nam prouocat aduersarium ad pugnam, & proditorem ad subministrandum dispensationem, quæ erat futura salubris seculo, quâ nō amplius tardari, nec protrahi, sed pro posse, maturari volebat, ut ad salutem fidelium festinaret.

Dominus vobiscum.

Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Bone

BOne Iesu, ecce committo hanc creaturam à Diabolo
Oppressam misericordia tua, refugio ea, in nomine
sanctæ Ecclesiæ, in manibus tuis. Age secundum secundum
bonitatem tuam, non secundum iniuriam tuam: Grata
sit tibi Domine oratio mea, & trado hunc serpentem ve-
nenosum in manibus meis; ut ad meliora, & optatum fi-
nem causam nostram perducas. Qui viuis, & regnas Deus
in sœcula sœculorum. Amen.

EXPROBATIO.

O Maledicte sicut coecus, licet sit, vbi Sol est, nō tamen
ipse est cum Luce: Sic, & tu miser, licet sis, vbi est
Christus, qui vbique est, tamen non es cū illo; Elle enim
cum illo magnum bonum est, qui est fons virtutis; de quo
omnibus resurgentibus vita fluit.

PRACTICA.

Ergo astringo te ad obedientiam, per Iesum, qui terram
inanem, & vacuam, scilicet, conscientiam nostram il-
luminat, & clarificat, claritate eterni luminis, & educit de-
habitaculo cordis nostri tenebras vniuersas: pugnat forti-
ter pro nobis, & expugnat malas bestias; Imperat vētis, &
temperatibus; Imperat mari, ut quiescat, & Aquiloni ne
flauerit, & fit tranquillitas magna; ut sit pax, & abundan-
tia laudis resonet in Aula sancta conscientia pura.

Impero tibi obedientiam, per Sanctum Eucharistia sacramentum, quod licet homo haberet puritatem angelicam, & Sancti Iohannis Baptista sanctitatem, non esset dignus illud accipere, nec tractare, quia non meritis debetur hominum; Tamen, o grande mysterium, o magna dignitas Sacerdotum, quibus datum est, quod Angelis non est concessum.

Impero tibi strictissimè obedientiam, per voluntatem
Dei Patris, qui volunt, ut biberint calicis in Discipulos, ex
Christo transire fortitudo, quia non solum, per Christum
vinci

Vinci Diabolum, quām etiam per eius Discipulos opor-
tebat: Nam quis mundi odia, quis tentationum turbines
quis potest persecutorum superare terrores, nisi Christus
in omnibus, & pro omnibus pati diceret Patri, fiat volun-
tas tua. Quæ vox omnes fideles instruit, omnes Confesso-
res accendit, & omnes Martyres coronauit.

Constringo te ad obedientiam, per eum, qui passus Di-
scipuli omnem in se corporis nostri infirmitatem assu-
mis, Crucifixè secum vniuersa, quibus infirmatur, affixit: &
ideo transire ab eo calix non potest, nisi illum bibat, quia
pati, nisi ex eius passione, non possumus.

Præcipio tibi strictissimè, ut obedias præceptis nostris,
per eum, qui tribus vicibus oravit, ut nos à peccatis pre-
teritis veniam, à præsentibus malis tutelam, & futuris peri-
culis cautelam oremus: & ut omnem orationem ad Patrem,
& ad Filium, & ad Spiritum sanctum dirigamus, & ut in-
teger spiritus noster, & anima, & corpus seruetur: Nam bibēs
transiit in nos calicem infirmitatem corporis nostri, &
timoris sollicitudinem, & ipsum dolorē mortis absorbut

Dominus vobiscum.

Et cum spiritu tuo.

Oremus.

O Sancte Sanctorum Deus Iesu Christe, qui es cibus
coelestis, panis Angelorum, qui de Cœlo descendisti,
& das salutem mundo, licet ego sim sordes peccato-
rum, tamen tu inclinas te ad nos, ut necessitatibus nostris
subuenias: Quiescimus, ut per merita tua sanctissimæ pas-
sionis venias ad nos tua sancta gratia, & nobiscum sit in
hoc prælio sancto tuo, & hunc rusticum Tartareum foeti-
dum, ad obedientiam arctare digneris: ut tibi sit laus, &
gloria, vna cum Patre, & Spiritu sancto in sœcula sœculo-
rum. Amen.

EXPROBATIO.

O Maledicte, tu Lupus rapax, rapiens prædam tu au-
rus es, seftans lucra; tu in muneribus iudicas, in mer-
cede

cede falsa doces; & in pecunia diuinatas; tu munēribus extēcias oculos sapientum, & mutas verba iūstorum; tu merita personarum, & non causarum attendis; non vitam, sed munera; non iustitiam, sed pecuniam; non quod ratio dīstat, sed quid voluntas, & malitia affectat; non quod lex sentit, sed quod mēs cupit: Et semper aliquid admiscis fermenti, quo totam maslam corrumpis: tu causas pauperum negligis, & illis rigorem ostendis, negligenter audis, & hæc, clamet pauper non exaudis, sed despicias, & cōculas: Tamen iudicium eterni Dei, apud quem non est acceptio personarum, non fugies: Tu maledicēt oscularis, & insidiaris, amicum fingis, cum proditoris.

P R A E C E P T A.

ERGO humiliare te sub manu Altissimi, & præsta obedientiam nobis seruis suis, præcipientibus per eum, quem Iudas vendidit, quem Iudas emisit, quem Christianus acquisivit; qui in se dedit furentibus Iudeis licentiam faciēndi, ne dilatio gloriose Crucis triumpho, & damnatio diabolica fieret longior, & captiuitas humana diuturnior.

Precipio tibi obedientiam per eam virtutē, qua Christus tangens auriculam Malco sanavit eum: & per eam virtutem, quæ eruit nos de potestate tenebrarum, & transfiguravit in Regnum filij charitatis sue.

Astringo te ad obedientiam, per Iesum traditum militibus verberandum, cuius Sanctissimum Corpus, peccatus Dei capax flagellis fævierunt: Contemplare maledicē, quomodo Dominus aptatus est ad vulnera, cœsus, rupit sanctam cutem violentia flagellarum, repetitis icibus crudelia verbera scapularum terga conscientiū. Suscepit hic omnes corporis nostri infirmitates: In clamyde coccinea, opera gentium cruenta sustentat; in corona spinea, maledictum soluit antiquum: In calamo venenata occidit animalia.

Impero tibi viriliter obedientiam, per illam virtutem,
quam

quam cognouisti in Christū, vnde fatagebas per Pilatum, ipsum Christum absoluendum, & dimittendum fore, ne crucifigeretur: Volebas enim Maledicē, mortem Christi diuertere, sed non valuisti, inanes tuæ artes factæ sunt, quia Christus adimplens diuinam, & paternam voluntatem ipse in humeris portauit Crucis victoriae signum ad montem Calvarium, ubi Adam mortuus est, & sepultus, vt in loco, ubi mors regnauit, illic, & Iesus tropheum statuit.

Dominus vobiscum.

Et cum spiritu tuo.

Oremus.

O Saluator sanctissime, quamquam hæc creatura, & nos astantes indigni, non liceat hauirire de plenitude fontis gratiæ tua, nec ad satietatem potare: Fac tamen, quæsumus, vt apponamus os nostrum ad foramen Coelestis fistulæ, vt guttulam modicam, saltem capiamus, misericordia tua ad resocillandam sitim nostram salutis animæ, & corporis, vt confusus hic Maledicētus, hæc tua creatura liberetur, & laudet te vnâ cum Patre, & Spiritu sancto in sæcula sæculorum. Amen.

E X P R O B A T I O.

O Superbe, statim creatus, & promotus ad honorem, ambitiosus factus es, in superbiam extulisti, & iætantiam, nec curabas prodesse, sed gloriabar præesse, præsumens te meliorem, quia creauerat te Altissimus in superiorē: Et dedignaberis cæteros Angelos habere in amicos, & contempsti confocios tuos: cervicem erigebas, faustum ostendebas, grandia loquebaris, sublimia meditabas, subfæste diuinę voluntati non patiebas; præesse molte baris, eras infestuosus, onerosus, gloriösus, arrogans, grauius, & importunus: Tandem cecidisti de Cælo, præcipitauit te Deus, humiliavit, & in seruum cunctis creaturis constituit.

P R A E C E P T A.

A Stringo te ad obedientiam, per eum, qui expansis in Cruce manibus, & nudo corpore, pro peccatis nostris, Deo Patri sponte, se totum obtulit: Ita ut in eum nihil remaneret, quin totum in sacrificium diuinæ placationis transfierit.

Präcipio tibi, vt obedias præceptis nostris, per eum, qui, vt statim crucifixus est, sensisti, Maledicte, virtutem crucis, & intellectu tuas vires fractas esse. Et ideo procurabas, vt de cruce Christus descéderet: Sed Dominus scies tuas iufidias, permanit iu patibulo, vt te Diabolum defrueret: Nam non simpliciter homo erat, qui crucifixus est, sed, & despicer deitatem habebat.

Impero tibi obedientiam, per sacrosanctū Christi corpus, quod indiuisibile cōstat: Nam, & si diuidatur per singulos sanctiū vniuersiūque animam simul, & corpus: Integrē tamē, & indiuisibiliter cōsistit in omnibus.

Astringo te, vt obedias, per Christum, qui de cruce testabatur; & inter Matrem, atque Discipulum diuidebat pietatis officia. Condebat Dominus, & publicum, & domesticum Testamentum, non pecuniae, sed vitae æternæ, non attramento scriptum, sed spiritus Dei viui.

Dominus vobiscum.

Et cum spiritu tuo.

Oremus.

O bone Iesu, loquere tu solus nobis, & nos tibi, sicut sollet dilectus, ad dilectum loqui, & amicus cum amico coniuari: Et tu in nos, & nos in te, per gratiam in vnum permanere, concede. Qui viuis, & regnas cum Deo Patre in secula seculorum. Amen.

E X P R O B A T I O.

O Superbe, nonne superbia Turrem euertit, & linguam confudit, prostravit Goliam, & suspendit Aman, interfecit Nichanorem, & peremit Antiochum, submersit Pharaonem, & Sennacherib interemit; caput amputauit Holophernis: Superborum Ducum sedes destruxit Deus,

&

Pars Tertia.

387

& radices gentium superbarum arefecit; & te vñā cum ipsis in Infernum, in barathrum præcipitauit in æternum. Peribit enim totum, quod non est ex Deo ortum.

P R A E C E P T A.

I Deo Maledicte, astringo te ad obedientiam per mystrium, quo terigit Moyses petram, & petra vndam maximam fudit. Petra autem erat Christus: & unus de militibus lancea tetigit latus Christi, & de latere eius aqua fluuit, & sanguis: aqua, vt mundaret; sanguis, vt redimeret.

Impero tibi strictissime obedientiam, per virtutem, qua velū Templi scissum est in duas partes; & terra mota est, quia capax huius mortui esse non poterat, & petra scissa sunt, quia enim valida, & fortia penetrans Dei verbum; & potestas æternæ virtutis irruperat, & monumenta aperte sunt, & multa corpora Sanctorum surrexerunt.

Cum imperio præcipio tibi ad intimata, per eum, in cuius iudicio vniuersalis quanta erit speranda, & timenda potestas, si apparuit tanta morientis.

Cum furore astringo te valde ad obedientiam, per eum, qui in acerbissimis cruciatibus fructiferæ passionis patiebatur illa omnia, qui apparebat homo, & ipse idem disponebat hæc omnia qui latebat Deus.

Dominus vobiscum.

Et cum spiritu tuo.

Oremus.

O Bone Iesu, ad te venio, vt bene sit nobis ex munere tuo, quod parasti in dulcedine tua pauperi, quia in tē tota est spes nostra, salus, fortitudo, decus, & gloria: Tu solus lætitia vera, & corona mea: Tu gaudium meum, & honor meus, dic verbum, & præstabit obedientiam intimus. Lætifica hanc creaturam tuam à Dæmonio oppresam, & libera eam à vexationibus his: trade te sibi, & sufficiet nobis. Qui viuis, & regnas cum Deo Patre, & Spiritu sancto in secula seculorum. Amen.

EXPROBATIO.

O Superbe, vt magnificus videaris apud mulierculas, & negromanticos satagis vestiri duplicitibus, & ornari preciosis, sed sicut sepulchrum foris dealbatum tu es; intus autem plenus es spuria, & dolo, & falsitate; Quid ergo superbe filacteria dilatas, & magnificas fimbrias? cu sepultus sis in Inferno: Decalcabit Dominus cervicem tuam, & abstulit omne ornamentum tuum: pro zona, funiculum, pro crispante crine, caluitum, & pro suavi odo re, fetorem dedit Dominus, & putrefcis in stercore igneo, & sulphureo. Ergo maledicte Spiritus obediens praeceptis nostris.

PRACTA.

Impero tibi viriliter, per virtutem illius lanceæ, que clavis officio functa est, dum Christi latus aperuit: vt illic quodammodo vita ostium panderetur unde Sacra menta Ecclesiæ manauerunt, sine quibus ad vitam, quæ verè vita est, non intratur; Pronunciabas enim, quod Noe in latere Arche ostium facere iussus est, quo intrarent animalia, quæ non erant Diluvio peritura, quibus prefigurabat Ecclesia; propter hoc prima Mulier facta est de viri latere dormientis; Et hic secundus Adam, inclinato capite in Cruce dormiuit; vt inde formaretur ei coniux, per id, quod de latere dormientis, effluxit.

Præcipio tibi strictissimè obedientiam, per eum, qui pendens in Cruce, & expirans incliuauit caput, quod fuit signum amoris; quia, cum ultra voce non posset, per inclinationem capitis vocauit gentes ad se venire.

Astringo te ad obedientiam, per virtutem illam, quæ insignis est: vt clausam Virginem reliquerit post partum, & de sepulchro clauso, exierit Christus cum corpore.

Præcipio tibi distictius, per Iesum Christum, quo sur gente liquidem morte pereunte terrenis redditur coeleste com-

commercium, & mulieri, cui fuerat cum Diabolo lethale consilium, cum Angelo colloquium fit vitale.

Cum imperio astringo te ad obedientiam, per illam virtutem, qua mutantur est ordo rerum: Nam sepulchrum mortem, non mortuum Christum deuorat, dominus mortis mansio fit vitalis vteri noua forma mortuum recipit, sed reddit viuum.

Iterum præcipio tibi distictius, vt obedias præceptis nostris, per mysterium Angelis sedentis supra petram monumenti Iesu Christi, quo superato mortis auctore, sedem Regni iam concendisse perpetui, & claustra Inferorum ipsum sua virtute deiecit, doceret.

Impero tibi fortius, per eum, cui data est omnis potestas in Cœlo, & in terra, qui paulò ante fuerat crucifixus, & sepultus in tumulo, qui postea propria virtute surrexit.

Constringo te ad obedientiam, per Christum, qui firma petra est, in cuius latere, & manuum, & pedum, posuit nidum, vt ibi sit omnis nostra spes, & refugium, ne à Miluo percuriamur.

Dominus vobiscum.

Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Domine Deus offero tibi omnia peccata nostra, super placibili Altari tuo, vt incendas, & comburas ignis charitatis tuae; & conscientias nostras ab omni delicto emundes, & restituas nobis gratiam tuam, quam peccando amisimus, omnia nobis plenariè indulgendo, & in osculum pacis nos misericorditer assumendo: Et ne hi Maledicti suis astutis decipient me, humiliter deprecor, vt exaudiias me propitium, vbi alto coram te Deus meus, & fallacias inimici in caput suū retorquere digneris. Per Iesum Christum filium tuum Dominum nostrum. Amen.

EXPROBATIO.

O Superbe inter omnes vitiosos, tu semper es primus, & ultimus: Nam omne peccatum te accedēte com-

mititur. Scriptum est enim, initium omnis peccati, est superbia. Ipse erexit te contra Creatorem; Sed ipse Deus te absque mora deiecit: Quoniam in veritate non stetisti ab innocentia in peccatum, à delitus in miseras, à Celo Em-pyreo in aerem caliginosum. Idco superbe humiliare te sub potenti manu eterni Dei.

P R A E C E P T A.

A Stringo te ad obedientiam, per mysterium visum ab Angelo Gabriele, in annunciatione Virginis: Nam vidi abyssum diuinæ misericordiæ, naturæ leges solutas, & eum, qui erat omnibus superiori ad hominem, qui erat omnibus inferiori, descendisse.

Vim facio tibi validè, vt obedias, per sanctissimum nomen Iesu, quo duæ substantiæ, diuinitatis, scilicet, & humanitatis, in una persona Domini nostri Iesu Christi designantur; Quia, qui ante omnia sæcula ineffabiliter genitus est à Deo Patre, idem ipse, in fine temporum factus est. **E M A N V E L**, idest, nobiscum Deus ex Virgine Mater, idest, factus est passibilis, mortal is, & per omnia nostra similiis, absque peccato: substantia enim nostra fragilitatis, quam afflumpfit substantiæ suæ diuinitatis in unitate personæ coniunxit.

Præcipio tibi fortius obedientiam, per virtutem illam, qua ducebatur populus Israeliticus in columna nubis per mare rubrum, & desertum, & qua Magi per Stellam peruenierunt in Bethleem ad Christum.

Præcipio tibi distictius obedientiam, per eum, in cuius voluntate vniuersa sunt posita, & non est, qui possit resistere voluntari sue: qui fecit omnia, Cœlum, & terram, & vniuersa, quæ Cœli ambitu continentur: Dominus vniuersorum ipse est: cuius Regnum, Regnum est omnium sæculorum, & dominatio sua in omni generatione, & progenie in æternum.

Præcipio tibi strictissimè obedientiam, per illam virtutem, qua non potuisti, per Herodem Magos, nec blasphematis

tis flectere, nec nimis terrere, nec auro corrūpere: vt consentient in interfectionem Regis futuri: Et per illam virtutem, quæ in occisione Innocentium Christum saluavit.

Constringo te obedire, per virtutem illius vocis. Hoç est corpus meum, quæ semel quidem dicta est à Christo; Sed per omnes mensas Ecclesiæ, vsque in hodiernū diem, & vsque ad eius aduentum præstat sacrificio firmitatem.

Astringo te, ita vt coætus sis obediens, per potentiam sanguinis Christi, quæ felix ebrietas est, satietas salutaris, quæ, quanto copiosius sumitur, tanto sobrietatem mentis donare dignetur.

Dominus vobiscum.

Et cum spiritu tuo.

Oremus.

N E patiaris, bone Iesu, nos desolatos recedere, sed operare nobiscum misericorditer; Sicut sapientius operatus es cum Sanctis tuis mirabiliter. Qui viuis, & regnas cum Deo Patre, & Spiritu sancto in sæcula sæculorum. Amen.

E X P R O B A T I O.

O Diabole, nonnè frustra fudasti, & hamo captus extixisti dum itabas supra brachium crucis Christi, donec expiraret, quarens, si quid peccati in ipso inuenires: sed videns te confusum recessisti, & descendens ad Tartarea inuenisti ibi animam Christi portas, & seras confirmantem, & iustorum animas inde educentem.

P R A E C E P T A.

A Stringo te ad obedientiam, per clamorem illum validum, & vocem Christi formatam virtute diuina, scilicet, Consummatum est, quæ non solum Cœlum, & terram, sed & infernum tremere fecit; & Luciferum cum suis sequacibus terruit, & prostrauit; Nam Christus apostheca est omnium aromatum, & quibus fuerunt confecta preciosissima vnguenta adj sananda vulnera peccatorum, & tantæ virtutis fuit eius odor, quod Sancti Patres veteres

ris Testamenti iam per quorum mille annos ante eius aduentum odorem illum senserunt suauissimum.

Impero tibi viriliter, per virtutem, qua Moyses, aliquando in Aegypto perfidis clauserat diem, & qua Christus adueniens, le dentibus in tenebris reddidit lucem.

Impero tibi strictissimè obedientiam, per mysterium plenum gratia, per ineffabile Sacramentum diuini amoris, & per solemnitatem omnium honorandam Paschæ solemnitatem, in qua, ut seruos Deus redimeret mortali bus, & præbuit occidendum: quæ vtique beata mors, mortis nodos resolut, potestatem Diaboli præcipitauit, Tartarea Inferni vincula resoluit: Chyrographum antiquæ prævaricationis extinxit. Vnde sensit le Tartareus Princeps attriti, & nos de profundis labe educti: ad Coeleste Regnum consendisse, gratulamur.

Præcipio tibi fortius, vt obedias præceptis nostris, per Spiritum sanctum, qui principiis nascens Ecclesie, cunctis gentibus imbuendis, & deitatis scientiam indidit, & loquela in diuersitate donoru mirabilis operat or vnitatis, variarumque gratiarum distributor, idem & fidei viuis effectu, & prædicantium dispensator ipse linguarum.

Constringo te ad obedientiam, per Spiritem sanctum, per quem dispersio linguarum, que dudum per superbiam in confusione facta fuerat, adunatur; & per quem de Coelis repente sonum audientes Apostoli: vius fidei Symbolum excepereunt; & linguis variis Euangelij Iesu Christi gloriam cunctis gentibus tradiderunt.

Astringo te viriliter obedire præceptis meis, per æternum Deum, qui sui nominis agnitionem, & suæ potentiae gloriam; nobis in coetera lana sapientia feuclare dignatus est; vt suam confitentes Majestatem, & suis inhærentes mandatis secum vitam habeamus æternam.

Arcto te potenter ad obedientiam, per æternum Deum, qui vnâ cum vnigenito Filio suo, & Spiritu sancto vñus est Deus, vñus est Dominus. Non in vñius singularitate personæ; Sed in vñius Trinitate substantiæ.

Præcipio tibi, per æternum Deum, qui ab Ecclesia sua quid-

quidquid est noxiū, sua virtute depellit, & quod salutare est, eidem largitur: fidelibusque suis contra vos superbos spiritus humilitatem tribuit rationabilem, & gratiam suam semper impedit: Nec nos humani incertos auxilijs derelinquit: Sed sua, quæ non potest falli gubernatione conseruat.

Dominus vobiscum.

Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Domine Iesu, non sum dignus minima consolatione tua, nec aliqua gratia, nec spiritali visitatione, quia sapè, & grauiter Majestatem tuam offendii, & in multis valde deliqui: Et ideo iustè in eum agis, quando me defolatum, & tribulatum reliquis: Sed, quia tu solus clemens, & misericors, qui non vis perire opera tua ad ostendendas diuitias bonitatis tuae, in vasa misericordiae tuae dignare consolare serum tuum, & hunc Daemonem, tua potentia arctare ad obedientiam, in conspeculu gentium, vt tibi sit omnis honor, & gloria in secula seculorum. Amen.

EXPROBATIO.

O Maledicte, nonne Dominus in Angelis suis reperit prauitatem, quibus non pepercit, ceciderunt enim Stellæ de Cœlo; Quorum enim opera videbantur laudabilia, ceciderunt ad infima, & videntur siliquis delectari porcorum; Nulla ergo propria custodia, nulla sapientia, nulla fortitudo, nulla secura castitas, nulla sanctitas, si Dominus manum suam retrahit; humiliare? submitte te sub abyssalibus iudiciis Dei, vbi nihil aliud te esse inuenio, quam nihil, & nihil: Vbi nihil aliud de te reperio, quam in toto nihil. Responde miserrime? Vbi est ergo latebra gloriae tuæ? Vbi confidencia de gloria propria tua concepta? Absorpta est omnis gloria vana in profunditate iudiciorum, & proiecit te Dominus à se in æternum; delevit te de libro vita, & deficit cum sonitu verborum superbia tua, veritas autem Domini manet in æternum.

P R A E C E P T A.

Precipio tibi strictissimè obedientiam, per Christum Dominum nostrum, qui eminentiam potestatis tradidit Ecclesie : quam, & reginam constituit, & sponsam, & cuius sublimitati vniuersa subiecit; ad cuius iudicium sentire iussit è Cœlo.

Impero tibi validissimè, in nomine sancte Ecclesie, quæ est omnium viuentium Mater, sublimior facta filiorum numero, quæ procreat quotidie filios Deo per Spiritum sanctum, cuius palmitibus impletus est mundus vniuersus, pro qua Dei vngenitus Filius Crucem pertulit, & aduersarium vicit.

Astringo te obedire mandatis nostris, per clementissimum Deum, qui compatiens miseræ, & indigentæ Adæ, & totius posteritatis eius, promisit ei mittere filium suum in carnem : qui eum ab omni miseria, & captivitate redimeret, & sibi reconciliaret, & in patriam amissam, & fœlicitatem reduceret.

Constringo te validissimè ad obedientiam, per Ecclesiam sanctam, que petit Christum Sponsum suum, ut osculetur eam osculo oris sui, scilicet, osculo incarnationis, osculo Euangelice doctrinæ, & familiaris conuersationis ; osculo mystica incorporationis, & redemptionis, & osculo glorificationis.

Impero tibi distictius, per Iesum Christum, quem Deus Pater constituit mediatorem, & auxiliatorem, & iustificatorem omnium hominum, qui venit, & attraxit omnia ad seipsum, per odorem vnguentorum suorum Euangelicorum.

Precipio tibi viriliter obedientiam, per Deum Patrem, qui constituit Filium suum Christum Deum, & hominem, ut esset metrum, & mensura, & causa effectiva omnium bonorum gratiæ, & glorie, & omnium meritorum, & præmiorum, & omnium virtutum, & actuum meritorum ; in quem omnes homines deberent inspicere, tanquam in exem-

exemplar, & speculum omnium virtutum, & tanquam Ducem, & directorem in via virtutum, & quem omnes Iusti debebant sequi quocumque ierit.

Præcipio tibi cum Imperio, per Iesum Christum, qui cœlum latifidat, & inmundum conseruat vniuersum : qui omnem intellectum superat, & deuotorum corda trahit, & attendit effectum ; in quo tota spes saluandorum consistit, & meritum.

Astringo te ad obedientiam, per Iesum Christum, qui dilectus hospes est; inuidus socius; fidelis amicus; speciosus, & nobilis sponsus animarum nostrarum, præ omnibus dilectus. & super omnia desiderabilia amandus: à quo Cœlum, & terra sunt, & omnis ornatus eorum: Quoniam quidquid laudis habent, aut decoris ex dignatione largitatis sue est.

Impero tibi distictius obedientiam, per Iesum Christum, qui in uno breui momento dat quod lungo negauit tempore; qui dat poscentibus misericordiam suam, & indulgentibus gratiam, ad cuius ianuam cordis, cum effemis aridi gementes, pullantes, nec desistentes, meremur micam, aut guttam gratiæ salutaris accipere.

Dominus vobilcum.

Et cum spiritu tuo.

Oremus.

O piissime Iesu, quanta reverentia, & gratiarum actio, cum perpetua laude proximia bonitate tua, pietate, & charitate à nobis debetur; quam nullus hominum potens, valet explicare: per ipsam ergo infinitam bonitatem tuam adesto, quas sumus supplicationibus nostris, & hunc Serpentem tortuosum, superbum, & rebellem ad obedientiam arctare digneris, & creaturam ab eo agitatem refoue in finu diuinæ charitatis tuaæ. Qui vivis, & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

E X P R O B A T I O.

O Maledicte, nonne dies Domini exercitu super omnem superbū, & excelsum, & super omnē arrogantem,

tem, & super omnes cedros Libani, & sublimes, & eretos, & super omnes Quercus Basan, & super omnes montes excelsos, & super omnes colles eleuatos, & super omnem turrem excelsam. Propterea dilatauit Infernus animam suam, & aperuit os suum absque ullo termino; Et descendent sublimes, glorioſique eius ad eum, Dominus exercituum cogitauit hoc, ut detraheret superbiam omnis gloriae eius. Nonne dicit Job. Si ascenderit usque ad Cœlum superbia, & caput eius nobes terigerit, quasi sterquilinum in fine perdetur: Nam Domini est terra, & plenitudo eius orbis terræ, & vniuersi, qui habitant in eo. Inter vos superbos semper sunt iurgia: Et ubi fuerit superbia, ibi & contumelia.

P R A E C E P T A.

DRÆCIPIO tibi strictissimè, ut obedias præceptis meis, per misericordiam Iesu Christi, quæ non solum est infinita in virtute intensiue, & extensiue, sed etiam est infinita in duratione, & successione. Christus enim voluit induere carnem nostram infirmam, tanquam cilicium penale, ut in ea ageret pro nobis poenitentiam. Nam assumpsit illam carnem cum spinis penalitatum, cum fame, siti, frigore, dolore, nuditate, & mortalitate, præter concupiscentiam, & peccatum, ut essent instrumenta ad merendum pro nobis, & patientium, quæ continuè pugnabant animum Christi, memorando ipse peccatum Adæ, & omnium nostrum.

Præcipio tibi validissimè, per Iesum Christum, qui dicitur Verbum Dei, qui est de tota substantia, & essentia Patris: Et sic explicat totam eius essentiam; quia est primus, & æternus, conceptus Patris, quo intelligit se Pater, & in quo sunt omnes diuine perfectiones, & ideæ æternæ.

Præcipio tibi distictius obedientiam, per Iesum Christum, qui dicitur nomen Dei Patris, in quantum nobis notificauit, post Incarnationem, omnipotentiam ipsius Patris in miraculorum operatione, quædo expoliauit Infernum,

& resurrexit, ac ascendit in Cœlum; notificauit sapientiam Patris, in datione legis; notificauit misericordiam in sua acerbissima Passione; notificasit iudiciarum potestatem in sua Ascensione, qua magis ostendetur in generali Iudicio.

Impero tibi, per Iesum Christum obedientiam, in cuius aduentu eiecit Diabolum ab animabus hominum per Baptismum, & Poenitentiam, in virtute tamē suæ Passonis; eiecit pariter eum à corporibus obsecris, & à toto populo Genili, in quo habitabat per Idolatriam.

Astringo te obedire Præceptis meis, per Iesum Christum, qui in quantum est Verbum Patris, prima veritas, idest, metrum, & mensura, & causa omnis veritatis, & per consequens ipse est prima Iustitia, & causa omnis Iustitiae, & prima sanctitas, & causa omnis sanctitatis: Et sic dicitur veritas verificans, & Iustitia iustificans, & sanctitas sanctificans, quia docuit omnem veritatem.

Impero tibi viriliter, per Iesum Christum, qui non mortuus est, causa recuperandi immortalitatem professe, sed pro suis membris: Nam si voluisset, absque morte, & Passione fuisset factus immortalis, & impennisibilis: Sed oportuit ipsum mori, ut hæc hereditatem, & immortalitatem ex membris suæ Passonis posset membris suis comunicare: In instanti enim suæ conceptionis habuit Christus plenitudinem gratiae, & sapientiae, & potestatis, & firmi propostici nos redimendi per suæ Passiōnem, & plenitudinem meritorum.

Constringo te ad obedientiam, per Iesum Christum, qui est Dominus totius orbis terrarū; quia, ut Deus creauit vniuersa, & ut sponsus, & caput regenerauit, & recreauit Ecclesiam, ac fundauit supra maria, & aquas baptismales, & super flumina aquarum sapientiae, à qua Ecclesia fluunt flumina aquæ viuæ, salientis in vitam æternam: Tunc, quia solus iustus, & innocens est, Nam Christus tanquam Dominus, & triumphator confregit Infernum, & expoliavit Lymbum, & Purgatorium, & tanquam Rex, & Dominus Angelorum; & omnium creaturarum cum triumpho intravit in Cœlum, reportans cæptiuitatem antiquam.

Præcipio tibi obedientiam, per Passionem Christi, quæ fuit

fuit tantæ efficacitæ, & virtutis, quod redemit totum genus humanum, & deleuit omnino peccatum; Et per Deum te astringo, qui ostendit suam omnipotentiam, sapientiam, clementiam, dona gratiarum, & cæteras perfectiones, quas communicavit Sanctis suis, & omnibus electis, à quibus tandem in patria laudatur in se, eò quod vident omnia in eo. Imò ipsummet per essentiam.

Astringo te validissimè obedientiam præceptis meis, per maximum miraculum Iesu Christi, & hoc est, quod iustificauit impium à morte peccati, destruxit ipsum peccatum, removit obicem, mutauit eius voluntatem, posuit eius sanguinem, creavit gratiam nouam: ita quod, qui persequebantur Christum, postea morerentur pro Christo: Et qui erant sub potestate Diaboli, ipsi in nomine Iesu fugarent Dæmones à corporibus obsessis, & ab animabus per Sacraenta Ecclesiæ.

Domine exaudi orationem meam.

Et clamor meus ad te perueniat.

O R E M V S.

Domine Deus, tu es spes mea, & fiducia mea, & consolator meus fidelissimus in omnibus, qui salutem nostram, & profectum nostrum solummodo prætendis, & omnia in bonū cōuertis: Et qui in ille modis dilectos tuos probare cōsueisti: Et in necessitatibus auxiliaris opportunis. Succurre nobis in hac necessitate nostra, & sicut tua potentia Asina Balaam locuta est veritatem, ac Angelo obedientiam præstigit; Sic Deus meus arctare digneris hanc bestiam, & Leonem rugientem ad obedientiam nostram: ut consolati dé tua misericordia, tibi gratias referamus æternas. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

E X P R O B A T I O.

Nonne Christus ejecit te Diabolum in suo aduentu ab animabus hominum per Sacraenta, in virtute fux

sue passonis: & ejecit à corporibus obsessis in verbo proprio, & à toto populo Gentili, in quo regnabas furtive, & fraudolenter: Princeps huius mundi eiicietur fotas, & præcipitauit mortem in æternum. Memorare Maledictæ nouissima mala tua. Nam super te Aspidem, & Basiliscum ambulat Christus, & concilcat te Leonem, & Draconem: Et in fine præcipitabit te in barathrum, ut crucieris in pœnis infernalibus perpetuò.

Considera, ut confundaris Sanctorum in celo coronas perpetuas: Et quanta nunc exultant gloria, qui huic mundo olim contemptibiles, & quasi vita ipsa indigni putabantur: Ecce quomodo gaudent, & consolantur, & requiescent: Et sine fine in Regno Dei permanent cum Christo Magistro suo, & sequuntur eum quoquaque ierit: Nam Christus, qui est lux perpetua, cuncta creata transcendentis lumina, penetrauit omnia intima cordis, & purificauit; Latificauit, clarificauit, viuificabit spiritum eorum cum suis potentis ad inhærendum sibi iubilosis excelsibus.

P R A E C E P T A.

Præcipio tibi strictissimè, ut obedias præceptis nostris per Iesum Christum, qui madefaciendo pedes, manus, & corpus preciosissimo sanguine suo lauit, & mundauit manus, pedes, & totum corpus Ecclesiæ ab omni forde peccati: Et hoc, quia lauit peccata, & affectiones, & conscientias omnium fidelium: Et quando miles crudeli lancea eius aperuit latum, tunc apertum est ostium in Cœlo, per quod ingreditur, & egreditur in cubile Ecclesiæ: vifaque est Arca Testamenti.

Impero tibi validissimè, per Iesum Christum, qui duxit in hac vita peregrinus, cum spôsa sua Ecclesia loquebatur facie ad faciem familiariter: Sed post Ascensionem locutus est ei per sanctos Angelos amicos suos: At in nouissimo die post Iudicium, introduceat eam ad nuptias ultimas gloriae, & loquetur cum dilecta sua verba laudis, gaudij, & consolationis; quia liberata à miseriis huius seculi;

culi, absque ullo medio fruetur sponso suo Christo, in
secula seculorum.

Arcto te ad obedientiam, per Iesum Christum, per
quem Delubra, & Tempa Gentilium, quæ erat prius cu-
bilia Draconum, Serpentum, & Dæmonum, facta sunt
Tempa Dei in laudem, & gloriæ ipsius Domini no-
stri Iesu Christi, qui dicitur Deus Deorum; quia est ve-
rus Deus per essentiam, & est primus, ac verus Iudex
vniuersi, cuius virtute diuina, & sonitu resurgent omnes
mortui ad Iudicium.

Astringo te viriliter ad obedientiam, per mirabilia my-
steria, & incomprehensibilia, quæ fecit Deus Pater in vir-
tute nominis IESV CHRISTI, scilicet, per myste-
rium Incarnationis, Passionis, Resurrectionis, &c. Alcen-
tionis. Item mysterium operationis miraculorum, quia
suscitauit mortuos, sanauit leprosos, & infirmos, impera-
uit ventis, & mari, ac Dæmonibus. Item operatus est
mysterium electionis: Nam, quos Pater voluit, & præ-
destinavit, hos Filii vocauit.

Constringo te obedire, per Filium Dei, qui est Verbum
Patris, ipsi soli notum ab æterno: Et in quo Pater se nouit
ab æterno, qui est conceptus Patris diffinitius, quo se dif-
finit secundum plenitudinem sui diuinitatis: Et per quod
creata sunt omnia, & carne induita per eum locutus est no-
bis Deus Pater, & manifestauit mundo voluntatem suam,
& veritatem legis, & Prophetarum, de cuius plenitudine,
& gratiæ, & sapientiæ accepimus omnes: quod Verbum
est sanctum per essentiam, quia Deus est: est sapiens per
essentiam, quia per ipsum omnia gubernantur, & dispo-
nuntur: Et iustum, quia per ipsum omnia iustificantur;
Est bonum, quia est suminus misericordos, & finis omnium.

Impero tibi districtius, per Christum, cuius Regni
gloria, & letitia tota consistit, sed quod desiderium, & pe-
nitentiam suam compleuit Deus Pater, (In omnibus enim
fuit exauditus Christus pro sua reverentia) operando no-
stram redemptionem; suam, & nostram resurrectionem,
& gloriam animarum.

Impero tibi validius obedientiam, per Iesum Chri-
stum, cuius resurrectio fuit causa nostræ victoriae, & vita,
& nostræ fidei firmitatis. Et secum resurrexit Lex Euan-
gelica, quæ erat sepulta in veteri Testamento, quæ deinceps
fuit arma potentissima, & validissima, qui Apostoli
subiecerant Reges, & Imperatores potentes, & totum
mundum iugo Iesu Christi.

Principio tibi strictissime obedientiam, per Iesum
Christum, qui, vt Deus est ubique; & omnia penetrat, &
attinet usque ad insimum, & summum; qui est lux, & il-
labitur mentibus, & cordibus hominum: à quo proce-
dunt omnia: præteritavè, præsentia, & futura; uno men-
tis iœu cernit; quia Deus in cognoscendo seipsum causat
omnia, quæ sunt, quæ fuerunt, & quæ erunt; cum à suo
esse dependeant.

Impero tibi, ita vt astrictus sis obedire, per omnipo-
tentem Deum, qui recordatus misericordie suæ, misit
Verbum suum ad tollendum diluvium turbulentissimum
damnationis nostræ; quæ ascendit equum humanitatis
in quadrigam Ecclesias, quæ à quatuor equis Euangeli-
cis, super firmam petram fertur; Et equitatio hæc, &
quadriga erit saluatio totius generis humani, contra pec-
atum, & Diabolum.

Constringo te obedire præceptis meis, per mysterium
Sanctissimæ Trinitatis, quod Angeli, Cherubim, & Ser-
aphim, ac omnes Beati, in patria volentes dare gloriam
DEO explicant, dicentes. Sanctus, Sanctus, Sanctus;
quasi dicant Sanctus Pater, qui à nullo, sed à seipso: San-
ctus Filius, qui à Patre: Sanctus Spiritus sanctus, qui ab
ytrio: Et quia in hac Tribitate personarum, vnum fo-
lum Deum, & Dominum cognoscunt, cui debetur una
sola gloria, æqualiter laus, & beatitudo, & adoratio.
Ideo concludunt dicentes, Dominus Deus Sabaoth
Id est unus honor, laus, & gloria sit Patri, & Filio, &
Spiritui sancto. Amen.

Astringo te, principio, ac impero tibi validissime obe-
dientiam, per eum, qui venit de Edom, tinctis vesti-
bus

bus de Bosra, formosus in stella sua, & gradiens in multitudine fortitudinis sua: Cuius rubrum est indumentum, & vestimenta sicut calcantium in torculari: Et qui torcular calcauit solus: Ut vos Maledictos calcaret in furore suo, & conculcaret in ira sua.

ORATIO ATTRIBUTA SANCTO
Cypriano, per Autborem à dñis er-
roribus expurgata, & angu-
mentata.

Quotidie legat Exorcista orationem infrascriptam super Maleficatam, genuflectentem ante Altare, ac manibus tenentem cereum benedictum accensum.

IN nomine Sanctissimæ, ac indiuidea Trinitatis, Patris, Filij, & Spiritus Sancti. Amen. Ego Minister Exorcista sanctæ Ecclesiæ Apostolicæ Romanæ, per auctoritatem fundatam in Passione, & Cruce Domini nostri Iesu Christi mihi concessam super Serpentes, & Scorpiones, super Aspides, & Basiliscos, & super Leonem, & draconem, termino omnia maleficia, incantationes, ligationes, signaturas, facturas, tumores, infestationes, inquietudines, perturbationes, dolores, & tormenta quæcumque, & qualitercumque, & quomodocumque huic seruæ Dei, arte Diabolica sibi facta: Et sicut æternus Deus constitut homini terminos dierum, & mensium, quos præteriri non poterunt; Sic terminum, & finem impongo omnibus operibus Sathanæ, Ne de cætero hanc N. creaturam Dei inquietare, molestare, nec perturbare possint, nec valeant, per eum, qui circundedit aquis terminum, quem non transgredientur; per eum, qui fecit omnes terminos terræ, & posuit terminos à mari vique ad mare, & à deserto usque ad desertum; per eum, qui terminauit, ac sine clausit terram Chanaan; per eum, qui terminauit

uit omnem locū à deserto, & à Libano, à flumine magno Euphrate, usque ad mare Occidentale, & terminauit oēm terram trans Jordanem: Et sicut omnipotens Deus in creatione viuerti terminauit lucem à tenebris, & aquas, quæ erant sub firmamento ab his, quæ erant super firmamentum; & terminauit aquas, quæ sub Coelo sunt in locum vnu, & herbam, & lignum, vt faceret fructū, & semen secundum speciem suam: Et sicut terminauit luminare maius, vt præcesset diei, & luminare minus, vt præcesset nocti, & Stellas in firmamento Cœli, & omnem animam viuentem in aquis in species suas, & omne volatile, secundum genus suum, & iumenta, & reptilia, & bestias terræ, secundum species suas, & sicut hæc omnia creata terminauit Omnipotens, sub hominis potestate, quem creauerat ad imaginem, & similitudinem suā, sic in virtute ipsius Dei, & per virtutem, qua omnia terminata sunt, definio, actermino omnia maleficia, incantationes, ligationes, signaturas, facturas, fascinationes, tumores, infestationes, inquietudines, perturbationes, dolores, & tormenta cuncta Diabolica super hanc N. creaturā Dei facta: Et sicut Deus benedix illi, sic hæc creaturam N. vt ab his cruciatibus dannorum liberetur; benedicat Deus, & ego in nomine sancto suo termino omnia maleficia; & benedico te, vt sis nuc, & semper benedicta; sicut Deus benedixit diei septimo, & sanctificauit eū: Sicut benedixit Noe, & filii suis: Sicut benedixit Abraham, & magnificauit nomen suū inter Sanctos: Sicut benedixit Melchisedech offerenti panem, & vinum: Benedic te Deus, & corroboret te benedictione sancta sua contra infestationes diabolicas, prout termino omnia maleficia, & benedico te Deo excelso, quo protegente hostes in manibus tuis sint. Benedic te Deus, vt viuas in æternū, & video bona coelestis Hierusalē; sicut benedixit Isaac, qui habitabat iuxta puteū viuentis, & videntis: Sicut benedixit Iacob post lotam factam usque mane in Phanuel, vt terminetur, & eradicentur à te maleficia, & video Deū facie ad faciem, & salua sit anima tua, & liberaris ab omnibus maleficiis, incantationibus, ligationibus,

signaturis, & facturis, infestationibus Sathanæ ; Quæ omnia maleficia, incantationes, ligaturas, signaturas, facturas, tumores, infestationes, inquietitudines, perturbationes, do lores, & tormenta cuncta per me terminata soluo, destruo, annihilo, dissipo, & eradicò à cunctis membris tuis. Benedicat te Deus noster ex Syon. Benedicat te Deus per singulos dies in omni opere manuum tuarum. Benedicat tibi Deus, & custodiatur te, ostendat Dominus faciem suā tibi, & milereatur tui : Conuertat Dominus vultum suum ad te, & osculetur te osculo sanctæ pacis. Benedicat te in omni benedictione Cœlesti, vt inter benedictos, benedicta sis. Inuoco nomen sanctum suum super te, quem de summis syllicibus video, & de collibus considero : Et moriatur anima tua, morte Iustorum, & fiant nouissima tua eorū similia : Dominus Deus in te sit, & clāgor victoriæ Regis in te : Sis, vt leana cōsurgens, & quasi Leo erigens ad fugādum serpenteum antiquum, & destruendum omne maleficium. Benedico te, vt Deus sit adiutor tuus, & Omnipotens benedicat tibi benedictionibus Cœli desuper. Appareat gloria Domini, & extendat manum suam omnipotens ad te, & benedicat tibi, qui tulisti primogenita, & surri puisti benedictionem horum Maledictorum te vexantium : Sit benedictio Dei super te, sicut super montem Garizim, & sicut super Obededom, & omnem domū eius ; Sit hæc benedictio terminus contra Aquilonem, vr nullus te terreat ; sed auferat omnipotens malas has belicias à te, & gladius maleficij nō trāseat terminos hos, sed per has benedictiones celestes cadant inimici tui gladio in cōspectu nostro, & eradicentur à te cum omnibus maleficiis, incantationibus, ligationibus, signaturis, & facturis ; Et tu D E V S custodi seruam tuam N. sanguine Filij tui redemptam ab omnibus infestationibus Damohum, propter nomen sanctum tuum laudabile, & benedictum, magnum, & glorificatum in Cœlo, & in terra : Et per Emanuel, qui est interpretatus nobiscum Deus, & per virtutem, qua petra aquam sudit, & biberunt filii Israel, & liberavit eos de terra Egypti, & de manu Pharaonis per Moysen, & Aaron

ser-

seruos tuos. Pone D E V S omnipotens dexteram tuam plenam larga benedictione super famulam tuam, & reple eam æternis benedictionibus, sicut à principio posuisti Adam in Páradiso, à quo manare fecisti magnum flumen, & de quo diuisi quatuor flumina, scilicet, Phison, Geon, Tygrim, & Eusfratem, quibus totum mundum rigare præcipisti, & sicut nemo potuit, nec potest tuæ contradicere voluntati, sic non permittas aliquem per maleficia molestare famulam tuam N. à qua hodie, in virtute, & per virtutem tuam elongetur omne malum, & periculum, & virtutes, & infidie Diaboli, nec ultra valeant eam molestare, sed Diabolus cum maleficiis suis sit maledictus maledictione pessima, & excommunicatus, & anathematizatus irreparabiliter, per merita, & deprecationes, & perfectiones omnium Sanctorum, & Sanctorum Dei. Absoluo te creatura Dei N. ab omnibus maleficiis, incantationibus, ligationibus, signaturis, & facturis arte diabolica tibi factis, quæ omnia diabolica, destruo, annihilo, extirpo, & eradicò ab omnibus membris tuis, vnâ cùm omnibus infestationibus, molestiis, perturbationibus, doloribus passionibus, & vexatione quomodocumque, & qualitercumque tibi factis ; & recedat maledictus ipse confusus, fine lesione animæ tuæ, nec corporis, vel alterius, per sacrificium Abel, per custodiam Angelorum, per fortitudinem Michaelis Archangeli, per annunciationes Gabrielis, & per Medicinam Raphaelis, per oblationem Enoch, per liberationem Noe, per oblationem Isaac, quem redemit Deus per Angelum, per oblationem Melchisedech, & sacrificia Sacerdotum, per castitatem, vincula, & pulchritudinem Iosephi, per patientiam Job, per dilectionem, & humilitatem Moysi, per religionem Aaron, per orationes, mysteria, & virtutes Psalmorum Dauid, per lamentationes Ieremias, per orationem Zachariae, per eum, qui vidit Moyse facie ad faciem, per omnes Sanctos, & Sanctas incessibili voce Deum laudantes, & per voces Angelorum.

rum canentium, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth. Pleni sunt Cœli, & terra gloria tua, qui fuit, qui est, & qui vocaturus est ad iudicandum viuos, & mortuos, per claritatem Deitatis, & per splendorem corporis Christi, & luminum coelestium, per sermones Apostolorum, per linguas Euangelistarum, per sanguinem, & constantiam Martyrum, per orationes & ieiunia Confessorum omnium, & Monachorum, & Virginum, per nativitatem D. N. Iesu Christi, per Baptismum eius, per vocem auditam a Pare de Cœlis tonantem, & super eū dicétem. Hie est Filius meus dilectus, in quo mihi bene cōplacui, ipsum audire, & per ieiunium Christi, & virtutē miraculorū eius, & per eum, qui conuertit aquā in vinū in Cana Galileæ, & per eum, qui multiplicauit panes, & pisces, & satiauit quinque milia hominēs in deserto, & per eū qui resurrexit Lazarum quatriduanum, & per eū, qui fecit, tranquilitatem in mari, & fecit ventos ceſare, & ambulauit, & fecit ambulare Petrum super aquas, & per eum, qui fuit cōcifitus, & sepultus, & resurrexit tercia die, & per ascensionem eius, & Angelorum millia millionum, qui cū eo ascenderūt in Cœlum, & per Spiritus sancti missionem super Apóstolos, & per omnia quæ Christus dixit, fecit, & adimplenit. Absoluo te creatura Dei N. ab omnibus maleficiis, incantationibus, ligationibus, signaturis, & facturis. & ab eorum effectibus: quæ omnia termino, expello, confingo, diripo, destruo, extirpo, & eradico, ne de cætero te infestare valeat: & destrua te omnia Deus, sicut aquis diluuij destruxit omnem substantiam de superficie terre; Sicut destruxit Pharaonem, & Ægyptum plagiis maximis, & involuit in mediis fluctibus; Sicut Dathan, & Abiron, & vniuersam subtatiam eorum; Sicut destruxit Reges Amorrhaorum; Sicut Sodomam, & Gomorrhā, Adama, & Seboym; Sicut mūrū Get, Cananæi, & Azot; Sicut Sisaram, Holopherne, Jeſabel, Philistiim, & Prophetas Baal; Sicut destruxit viros accusantes Danielem, & Dæmones in porcos existentes. Absoluat te Dominus ab omni vinculo factura, & maleficij, per virtutes, & potentias spirituum malignorum

rum tibi factō; siue sit in aere, aut plumbo, aut in argento, aut in auro, aut in aliquo filato bombacino, vel firico, vel lineo, vel laneo, vel in ossibus hominum mortuorum, vel viuentium, vel animalium terrestrium, vel volatilium, vel aqueum: Et si est in libro, vel in carta etiam virginæ, vel in aliquo ligno, vel in aliquibus verbis, vel in herbis, vel in lapidibus, vel in capillis, plumis, lanis, vel palleis, vel in quibusvis creaturis, & si est in sepulchro Hebreorum, Paganorum, Hereticorum, vel Christianorū, & si est in agro, vel vinea, vel pratis, vel nemoribus, aut in montibus, vel vallibus, vel cauenis, vel in fontibus, vel extra: & si est ab Oriente, vel Occidente, vel Septentrione, vel Meridie: Et si est in vestimentis, vel in centuris, vel in triuio, aut in domo, vel in paue, vel in thoro, aut desuper, aut desupre in rebus domes, vel domorum, aut in arbore, aut in fouea, aut in puteo, vel cisterna, aut in profundo, vel abysso, aut in Sylia, vel spelunca solitaria, aut in deserto, vel in diuisionibus marium, vel fluminum, vel in statua, vel in clausura ferrea, vel lignea, vel in coniunctura membrorum, vel consumpta per ignem, vel potatione, vel cōmissione, vel tactu, vel visu, vel odoratu, vel auditu, vel quocumque loco sit, & quomodo cumque factū sit etiam ad mortem, & sub quibusvis verbis, & rebus, quorum hæc omnia terminentur, disoluuntur, & annihilentur, & eradicetur ab hac creatura Dei N. & tu Domine, solue, & libera eam ab omnibus malis, & tentationibus Demonum, & malignis spiritibus, & à Phantasmatore, & ab omni factura, & tépestate diabolica, & ab omni vinculo maleficij, & ab omnibus periculis animæ, & corporis. Amen. Per nomen Dei, qui est Deus Abrahā, Deus Isaac, Deus Iacob, Rex magnus, glorificatus, & adoratus, viuificus in Cœlo, & in terra. Terminetur, dissoluetur, & annihiletur ab ista famula Dei N. omnes factura, & omnia opera Sathanæ. Amen. Et aperiatur ei Deus ianuam dilectionis suæ coram omnibus sanctis Angelis suis, videlicet: Michaelē, Gabriele, Raphaële, Cherubim, Seraphim, omnibus Angelis, & Archangelis, Thronis, & Dominationibus, Principatibus, & Potestatibus,

bas, & virtutibus Cœlorum, & beatōrum Spirituum, & per Sanctūm Ioannem Baptistam, & per omnes Patriarchas, & Prophetas, & orationes, & meritā Iacobi, Philippi, Bartholomēi, Matthæi, Simonis, & Thadæi, Barnabæ, Marci, Luce, & Ioannis; & per orationes omnium Sanctorum Martyrum Stéphani, Vincentij, Clementis, Sixti, Cornelij, Cypriani, Laurentij, Hyppoliti, Leonis, Gregorij, Theodori, Chrispini, Cristophori, Dionysij cum locis suis; & per orationes omnium sanctorum Virginum, beatæ Mariæ semper Virginis, Mariæ Magdalena, Mariæ Salome, Mariæ Ægyptiacæ, Anna, Perpetua, Felicitatis, Agnetis, Agata, Lucia, Cecilia, Martha, Catherina, Constantia, Anastasia, Eulalia, Eugenia, Scolastica, Reparata, Barbaræ, Helene, Venerabilis, Margarita, Iulie, Tecla, Brigidæ, Veronica, & Susanna: & per orationes omnium Sanctorum Confessorum Sylvestri, Martini, Hilarij, Britij, Matroniani, Columbani, Augustini, Ambrosij, Hieronymi, Gregorij, Nicolai, Benedicti, Alberti, Mauriti, Leonardi, Blati, Gaij, Antonij, Pauli, Ludonici, Eliæ, Iuliani, Cosmæ, & Damiani, & omnium sanctorum cœlestium virtutum, & per crucifixum sanctum Viatorem, & Victorem, & per eum, qui liberavit genus humanum à potestate tenebrarum, & per hec sancta nomina, & per orationes, quæ in hoc libro scriptæ sunt: disoluantur aduersam famulam Dei N. omnia vincula, & potestates Diaboli, & à virtute Sathanæ liberetur, per Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum. Amen.

Coniuro vos, maligni spiritus, per nomen Dei viui, & per virtutem eius, qui principium nō habet, neque finem, qui super nubes ambulat, & super pennas ventorum, & qui ferebatur super aquas; & per Angelos qui coram edstant, quorum facies aperta sunt, vt videant splendorem maiestatis Altissimi Dei viui, vt recedatis cum omnibus maleficiis, incantationibus, ligationibus, signaturis, & facturis, amplius nō reuersuri. Quæ omnia maleficia, incantationes, ligationes, signaturas, & facturas, termino, dissoluo, destruo, annihilo, extirpo, & eradicò ab hac creatura

Dei

Dei N. per vim, & virtutem, & potentiam Dei viui, & veri; qui est Deus Deorum, Dominus dominorum, & Rex regum.

Coniuro vos per nomen Dei viui, vt non habeatis protestatem super famulam istam nocendi; nec in die, nec in nocte, neque orando, neque vigilando, neque dormiendo, nec sedendo, neque stando, neque comedendo, aut bibendo, nec sua naturalia exercendo, nec in noua, nec in veteri, nec in illa hora diei, neque noctis, neque habeatis potestatem intrandi domum lux habitationis, nec in villa figura appareatis, per Laudes Angelorum glorificatorum, & per vocem tonitruorum, quæ sunt in monte Synai, qui mons illuminatus est à sancto lumine: & per Dominum Magnum Deum Deorum, qui liberauit filios Israel de servitute Aegypti, & per virtutes, atque dominationes Cœlorum, & per orationes trium puerorum Anania, Azaria, Mîael, qui positi fuerunt in camino ignis ardantis, & non est combultus ex eis pilus, & non nocuit flamma ignis, quia Dominus Deus descendit in medio eorum, & resoluti vincula eorum in medio camini ignis: ita persoluantur à famula tua N. omnia vincula maleficiorum, & facturarum, & omne malum, per omnes sanctos, & sanctas Deis, & per officium, & sacrificium, quæ quotidie celebratur in Ecclesiis ad Dominum Deum nostrum, & per sanguinem Domini nostri Iesu Christi, qui effusus fuit super lignum crucis in Golgotha, per coronam spineam, & flagella, & opprobria illata Christo, & per crucem sanctam Iesu Christi, per fidem Ioannis Baptista, & omnium Sanctorum, & sanctorum Dei, & per thronum altissimi Dei, & per duodecim Apostolos, & per quattuor Evangelistas: Absoluo istam famulam Dei N. ab omni vinculo seruitutis Sathanæ, & ab omni factura, & maleficio. Amen. Aperiatis ei Dominus ianuas misericordia sue, & det ei sanitatem animæ, & corporis, & dilectionem cum omnibus sanctis suis, & discedant omnes maligni spiritus cum maleficiis, incantationibus, ligationibus, signaturis, & facturis, & non habeant potestatem

ma-

maligni nocendi, neque contristandi famulam Dei N. per absolutionem, qua ego hodie, eam absolui, & per vocem Dei, dicentis, Adam, Adam, vbi es: absolu ista famulam Dei N. ab omni factura, & ab omni vinculo Diaboli, & à maligno oculo. Amen. Et per virtutem, qua diuinitus Deus mare rubrum, & ambulauerunt filii Israel in medio eius, & per virtutem, qua vocauit Lazarum, veni foras, & per virtutem, qua erexit languidum, dicens: Surge, tolle gravatum tuum, & vade in domum tuam, & amplius noli pecare, quia in infirmitatem passus fuit annis trigesita octo, & per virtutem, qua liberavit omnes Dæmoniacos, & per eum, qui dedit pluviam super faciem terræ, & terra dedit fructum suum, & per eum, qui descendit de Cælo, & soluit vincula humani generis ipsum reconcilians Deo Patri, ita sit, absolutio in hac famula Dei N. Amen. Qui vero mala verba dixerint contra famulam Dei N. per invocaciones Diabolorum dextruant illos, & illas Deus, sicut destruxit Madiam, & Sisaram in torrente Cison, Omnes vero facturæ, & omnia vincula maleficiorum, incantationum, ligationum, signaturarum, quæ facta sunt, vel facta fuerint contra famulam Dei N. terminantur, dextruantur, eradicantur, in fumum reducantur, per potestatē altissimi Dei, & per sua sancta noīa, Agios, ☧ Otheos, ☧ Athanatos, ☧ Sother, ☧ Sabaoth, ☧ Adonay, ☧ Emanuel, ☧ Eloym, ☧ Homousion, ☧ Iehoua, ☧ Thetragrammaton, ☧ Iesu Christus, ☧ Principium, & finis, ☧ Virtus, ☧ Sapientia, ☧ Messias, ☧ Omnipotens, ☧ Redemptor, ☧ Salvator, ☧ Imago Patis, ☧ Fons viuus, ☧ Panis cœlestis. ☧ Hec nomina altissimi Dei viui sint in adiutorium famula Dei N. ad defensionem, & liberationem eius ab omnibus malis, atque periculis, & ab omnibus facturis, & ab omnibus adulteratibus, & periculis Sathanæ, & ministrorum eius, nec habeat potestatem nocendi, molestandi, perturbandi, nec contradicendi ei Diabolus, per orationes omnipotens Sanctorum, & Sanctorum Dei, & per Beatam Virginem Mariam, Matrem Domini nostri Iesu Christi, & virtutem sanctissimæ sua passionis; Quicunq; Deo Patre, & Spiritu san-

sanco visit, & regnat, per omnia secula seculorum. Amen. Si ergo me queritis, finite hos abire; Ego sum Alpha, & Omega, Principium, & finis.

C B E D I E N T I A P R E S T A N D A
cum iuramento per Demonem Ministro
Christi, ad quam arctare eam te-
netur Exorcisti in principio
causæ.

Nonne serpens antique promittis, ac iuras obedientiam Omnipotentis Deo Patri, ac Filio, Spirituique sancto, omnibusve spiritibus beatis, principiū Michaeli Archangelo, ac Sancto Angelo custodi huius creaturæ vexate, Curia que cœlesti, & specialiter Virginis Mariae, Sanctisvè aduocatis nostris, quorum merita, & orationes ad te expellendam interpellant in auribus Dei Sabaoth. Pariterque promittis, & iuras obedientiam realem, veram, sine aliqua fictione, dolo, fallacia, vel fraude, mihi Sacerdoti Exorcista, ac quibusvis alis exorcistis communionem habentibus cum sancta Ecclesia Apostolica Romana: Et eandem obedientiam, ut supra, promittis, & iuras pro omnibus tuis sequacibus, vel consocijs, ac pro aliis quibusvis spiritibus maleficis, siue superioribus, siue inferioribus cuiuscunque conditioni, gradus, naturæ, officij, superioritatibus, præminentibus, & ordinis, hanc Dei creaturam, sanguine Iesu Christi redemptam, siue ab intra, siue ab extra infestantibus, siue sitis aquei, aut terrestres, aut ignei, aut aerei: siue eam infesteris per maleficia, ligationes, signaturas, facturas, incantationes, invocations, adorationes, precatiores expressas, veltacitas per maleficiorum professarum, vel non professarum; & sub quibusvis verbis, & rebus sacris, vel non sacris, siue ingressus sis, & vel tenearis quacunque via, forma, ordine, con-

conditione, vinculo, modo, ligatura, vel quomodocunque, vel qualitercunque. Quae omnia supradicta cum omnibus, ac debitis circumstantiis, clausulis, & conditionibus annexis, & connexis, & dependentibus appositis, vel non appositis, &c. acceptas, promittis, & iuras.

R E S P O N D E A T D Ä M O N A F F I R M A-
tiue, positis manibus supra Euangelium, vel Cru-
cem, nec dimittat eum Exorcista, donec
iurauerit obedientiam, Deinde
sequatur.

ET casu inobedientiae, nec vis incurrere illico poenam annorum centum mille, & alias maledictiones arbitrio meo, vel aliorum Exorcistarum, & vt supra, & hoc roties, quoties non obedieris preceptis nostris: Pariter ne vis, vt haec obedientia prestita, & iurata, & poena, vt supra, exarentur in libro stilo ferreo, & plumbi lamina, & in sylice, per sanctos Euangelistas, cancellarios fideles Curiae coelestis ante Tribunal aeterni Dei Patris, & Filij, & Spiritus sancti ad gloriam sua diuinam Maiestatis, salutem huius creaturae, & confusionem vestram, & poenam.

R E S P O N D E A T I T E R V M D Ä M O N
affirmatiue, & vt supra, deinde dicat
Exorcista.

ERGO Maledicte, humiliare sub manu potenti aeterni Dei, & casu inobedientiae nunc, pro tunc tradote tortoribus Infernalibus Ministris diuinæ Injustitiae, & precipue inimicis tuis, vt te crucient, & torqueant, & poenam exigant in hoc corpore, vel extra ad benepacitum voluntatis diuinæ.

R E S P O N D E A N T A S T A N T E S,
Fiat. Amen. Amen. Subiungat,
Exorcista.

Sicut Dominus Deus ordinavit, ac constituit Reges, Principes, Decuriones super populos, & milites, vt regerent eos, ac illis imperarent; sic in nomine Iesu Christi, authornate, qua fangor sanctæ Romanæ Ecclesiæ constituto te, qui iurasti obedientiam, in Principem super omnes spiritus existentes in hoc corpore huius creaturae Dei N. & super ceteros vobis auxilium praestantes, siue ab intra sint, siue ab extra, & cetera, vt tibi obedientiam praestent, ita quod in unum conueniatis ad Dei gloriam, & salutem animæ, & corporis huius creaturae vexatae; & ad obedientium preceptis meis, & vt supra. In nomine Patris, **P** & Filii, **F** & Spiritus sancti. **S** Amen.

T R O M I S S I O , E T R A T I F I C A T I O
juranda per Demonem, dum promittit
se velle recedere.

O Maledicte, ne promittis, ac iuras Deo Patri, qui totum mundum creauit, Filioque Iesu Christo, qui mundum redemit, ac Spiritu sancto, qui omnem doctrinam adimpleuit, mihique Sacerdoti Exorcista, super hoc signum sanctæ crucis **P** te velle exire ab hac creatura Dei N. circa horam N. vel ad meum beneplacitum, cum sequacibus, siue consociis tuis, si qui sunt, siue superioribus, siue inferioribus cuiuscumque conditionibus, gradus, naturæ, superioritatibus, officijs, & ordinis sint: Cum omnibus pariter maleficiis, incantationibus, ligationibus, signaturis, & facturis, & operibus Diabolis quibuscumque fibi factis, fine lesionæ animæ, nec corporis, huius Dei creaturae N. nec alterius; ita quod realiter,

liter, ac verè dato signo, vel pluribus signis, per metibi imponendis, sine fallacia, mendacio, fraude, dolo, nec mora exibis, & vt supra. Nec ultra reuerteris, nec alij reuertentur ad infestandam istam creaturam Dei N. nec alios spiritus tuo, vel vestro loco supponere, nec introducere valebitis, quæ omnia promitis, ac iuras, cum terminis, clausulis, conditionibus, & pactis necessariis pro apposita, & expressa acceptas. Renuncians, &c.

R E S P O N D E A T DÆ M O N A F F I R M A-
tiuè, tenens manus super Crucem: Exorcista vero
in patientia, & fide precipiat, donec Male-
dictus ille promiserit: Quo facto,
sequatur.

NE inuocas, casu inobedientiæ iustitiam æterni Dei contra te, sine vos; totamque Curiam coelestem, & præcipue Angelum Dei, custodem huius creaturæ Dei N. & Michaelem Archangelum, qui in nomine eiusdem Omnipotenti præcipitanit te de Cœlo, & Aduocatos nostros, quos habes inimicos, vt eorum in meritis, & orationibus torqueant, affligant, & eliciant te, siue vos ab hoc corpore, in Barathrum perpetuè cruciando.

R E S P O N D E A N T D E N V O
Dæmon, affirmatiuè.

PAriter casu, inobedientiæ, ne inuocas contra te, & se-
quaces tuos, vel consocios, & fautores, & cetera, in
omni furore, & impetu potestias Infernales aereas, aquæas,
& terrestres; Et præcipue inimicos tuos, divine Iustitiae Mi-
nistrorum, vt te, siue vos crucient, & affligant, & in Barathrum
in momento deducant: Et super te, siue vos, sint cunctæ
confusiones, dolorum asperitates, & eorum renouationes,
culmen caniculæ iniquitatum, & tormentorum inundationes,
calamitates, angustiæ, sagittæ acutæ, laquei for-
tes, incendia inextinguibilia, ignis, sulphur, furor, & ira
Dei:

Dei: Et vis cruciari in hoc corpore, ac si realiter, & substantialiter esses in Barathro. Assentisque, vt hæc tua pro-
missio iurata scribatur per Sanctos Cancellarios Christi,
in libro, ferreo stilo, & plumbi lamina, & sylice, vt saltem,
in die iudicij nulla sit tibi excusatio.

Respondeat quoque Dæmon affirmatiuè; Quo facto
Exorcista intimet ei primum Peremptorium, vt supra.
Et addat Exorcismum validum.

R A T I F I C A T I O , Q V A E D E B E T
fieri in die sui exitus, coram Sanctissimo Sa-
cramento, vt supra, post lungam
Exorcizationem.

OMaledicte, nonnè ante diuinam Maiestatem ratifi-
cas promissionem iuratam Sanctissimæ Trinitati,
Patri, & Filio, & Spiritui Sancto, & mihi Ministro Christi,
de recedendo ab hac creatura Dei N. die N. & circa ho-
ram N. & prout supra, vñâ cum sociis tuis, & sequacibus,
& maleficis, incantationibus, ligationibus, signaturis, &
facturis, & vt supra, sine tamen læsione ipsius Dei creatu-
ræ, vel alterius, & dabis signum, vel plura signa per me ti-
bi imponenda. Et inuocas, casu inobedientiæ, iram Dei, &
omnes inimicos tuos contra te, & penas iam iuratas: Es-
tandum omnia, & singula in dicta promissione iurata, &
contenta acceptas, & ratificas, cum clausulis, conditioni-
bus debitibus, & necessariis ad hoc, vt obedias promissis.
&c.

R E S P O N D E A T D Æ M O N A F F I R M A T E
uè: deinde sit parata fumigatio foetida, & affligat Exorcista Maledictum, ac interroget hoc modo.

Quæ heri eum iuramento promisisti Deo, ac mihi: & nunc ea ratificasti coram Maiestate diuina, de certitudine tui exitus, cum cæteris conditionibus, pacitis, & promissionibus in dicta iurata promissione contentis, sunt vera, & realia? Et es offeruaturus ea sine falcia, dolo, nec fraude?

RESPONDEAT DÆMON.

Quo factò, Exorcista, faciat secundum Peremptorium, ut supra, & affligat statim eum aliquo Exorcismo.

R A T I F I C A T I O , Q V Æ D E B E T
fieri secunda die ante Sanctissimum Sa-
cramentum à Damone, positis
manibus super Taber-
naculum.

Quæsuperbe, hic adest Deus noster, hic Pater, hic Filius, hic Spiritus sanctus, Trinus, & unus, cuius poten-
tia cuncta creata sunt, nec est, qui sua possit resistere poten-
tia; Cum ipse solus Dominus sit Exercitum, potens in
prælio, facies mirabilia magna solus, qui est scrutator cor-
dium, & cui nullum latet secretum; Ergo hic coram Maie-
state tua diuina Dæmon ratificas cum iuramento omnia
promissa pluries iurata, scilicet, quod hodie hora, nūc, nūc
tibi per me assignanda, exhibis ab hoc corpore cum sequa-
cibus tuis; &c. ut supra. Sub poenis tibi impositis, & ac-
ceptatis; Et inuocas itam Dei contra te, casu inobedien-
tiae,

rīæ, & omnia in dictis præceptis, & iuramentis con-
tencta, &c.

S I R E S P O N D E R I T D Æ M O N
affirmatiuè, Exorcista tertium intimabit Perempto-
rium, vt sup. Deinde benedicat creaturam vexatam: et
det signa Dæmoni, in signum sui exitus danda, ac ter-
minet illi horam, sive punctum sui exitus, Sequatur
postea maledictiones, & alia suo loco assignata.

Si te certificare volueris, An spiritus habitet in aliquo
corpore, præter figura, in quarta Doctrina, Pars
Prima, descripta, haec obseruato.

P R A E C E P T U M P R I M U M .

DE mandato Dei omnipotentis, qui cuncta creauit
ex nihilo, præcipio tibi strictissime, dæmon, si
addas in corpore huius creature N. vt discas, in nomine
sancto suo sub pedibus nostris incurvare, & obtemperare
te voluntati diuinæ. Ergo sicut misericors Deus deambulæs in Paradiso ad auram, post Meridiem citavit Adam
post peccatum (te sugerente) commissum; Qui respon-
dit; vocem tuam Domine audiui in Paradiso, & timui, eo
quod nudus essem. Sic per eandem virtutem, qua cita-
tus est Adam, & respondit; Ego authoritate ipsius Imper-
atoris, pro primo peremptorio, cito te ad comparendum
realiter, ac personaliter ad pedem finistrum huius crea-
ture N. & ibi, omni mora postposita, dolo, & fraude re-
pondeas per signum verum, & reale tuæ præsentie.

H I C E X O R C I S T A I M P O N A T

quodquod maluerit signum, deinde sequatur.

Et hoc præcipio tibi sub poena indignationis beatō-
rum Apostolorum Petri, & Pauli, & maledictionis
æternæ, detrusiōnis in stagnum, & ignis, & sulphuris,
casu inobedientiæ, per annos decem milles, Ita in abxi-
tu tuo: & pro termino affingo tibi orationem Domini-

D d calem.

calem. Tunc ergo iudicia Dei Maledicte, expauescē iram Omnipotens, qui, vt tuam superbiam sua humilitate superaret, misit Filium suum, qui factus est omnium humilius, & infimus, & obediens Patri usque ad mortem Crucis. Pater noster, &c.

PRÆCEPTVM SECUNDVM.

DE mandato Dei omnipotens, qui facit mirabilia magna solus, qui percutit omne primogenitum Aegypti; qui Pharaonem, & Exercitum eius inuoluit in mediis fluētibus; qui percutit Seon Regem Amorrahōrum, & Og Regem Basan, cum populis suis; qui destruxit Dagon, & Prophetas Baal, præcipio strictissimè tibi, o Dæmon, si in hoc corpore addes, vt paras te ad obedientiam. Ergo, sicut magnus Deus citauit Caym, dicens. Caym, ubi est Abel frater tuus, vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra: At ille respondit: Sic per eandem virtutem, qua citatus est Caym, & respondit, ego auctoritate ipsius Imperatoris Cœli, & terræ, cito te per secundo peremptorio, ad comparendum realiter, ac personaliter ad pedem finistrum huius creaturæ N. & ibi omni mora postposita, dolo, & fraude respondeas, dans signum tibi impositum, quod sit verum, & reale tuæ præsentia, & hoc præcipio tibi sub poena indignationis beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, ac maledictionis æternæ, necnon destrucionis in Infernum per annos decem mille, statim ab exitu tuo, casu inobedientiæ; & pro termino assigno tibi salutationem Angelicam. Vade immunde spiritus ad obedientiam: erubescē miser. Durum est tibi Christo velle resistere; Durum est tibi contra stimulum calcitrare; Non habebis in hac creatura partem villam; Sed Iesus, secum erit tanquam bellator fortis, & tu stabbis confusus.

Ave Maria gratia plena, &c.

PRÆ-

PRÆCEPTVM TERTIVM.

DE mandato æterni Dei, infinitæque potentia, qui facit magna solus, & inscrutabilia in Cœlo, & in terra; nec est investigatio mirabilium operum eius, præcipio tibi strictissimè, o Dæmon, si addes in corpore huius creature N. scias Verbum diuinum in ligno sanctæ Crucis, genus humanum de potestate diabolica liberalisse. Ergo sicut Iesus Christus citauit Phariseos, & milites eum comprehendere volentes, dicens: Quem queritis? At illi respondentes Iesum Nazarenum, abiurunt retrorsum, & ceciderunt in terram. Quia ego sum: Sic, per eandem virtutem, qua citati fuerunt, & respondentes ceciderunt, ac resurrexerunt, cito te diffinitiuè pro tertio, & ultimo peremptorio ad comparendum realiter, & personaliter ad pedem finistrum huius creaturæ Dei N. & ibi omni mora postposita, dolo, & fraude respondeas per signum tibi impositum, quod verum sit, & reale tuæ præsentia, sub poena indignationis beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, & maledictionis æternæ, destrucionisque in Infernum, casu inobedientiæ per annos decem mille, statim ab exitu tuo; & pro termino diffinitiuo, & ultimo assigno tibi Symbolum Apostolorum, quid non obedieris his præceptis tibi factis nunc, protunc declaro te incurrisse ipsas poenas, & trado te omnibus inimicis tuis, ministris Iustitiæ Dei, vt te crucient. Humiliare ergo superbe Altissimo: nam priorem in donis, & maiorem in Imperio creauerat te Deus. Sed quia superbe, maculasti stratum, dum ascendere volebas cubile Patris tui, & creaturæ Dei, dicens: Similis ero Altissimo, Ideo merito effusus es, sicut aqua. Ad obedientiam ergo, descendere ad pedem, & da signum tibi impositum, quia ad ultimum terminum deuenio.

Credo in Deum Patrem omnipotentem, &c.

Dd 2 PSAL.

P S A L M I P RÆ CÆ T E R I S
v&itati ab Exorcismis.

Domi est terra, & plenitudo eius, orbis terrarum:
 & vniuersi qui habitant in eo.
 Quia ipse super maria fundauit eum: & super flumina
 præparauit eum.
 quis ascendet in montem Domini: aut quis stabit in lo-
 co sancto eius?

Innocens manibus, & mundo corde: qui non accepit in
 vano animam suam, nec iurauit in dolo proximo suo.
 Hic accipiet benedictionem à Domino: & misericordiam
 à Deo salutari suo.

Hæc est generatio quærentium eum: quærentium faciem
 Dei Iacob.

Attollite portas Principes vestras: & eleuamini portæ
 æternales, & introibit Rex glorie.

Quis est iste Rex gloriae? Dominus fortis, & potens: Do-
 minus potens in prælio.

Attollite portas Principes vestras: & eleuamini portæ
 æternales, & introibit Rex glorie.

Quis est iste Rex gloriae? Dominus virtutum: ipse est
 Rex glorie.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio, &c.

Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius: & fugiantur
 qui oderunt eum à facie eius.

Sicut deficit fumus deficiantur: sicut fluit cæra à facie ignis,
 sic pereant peccatores à facie Dei.

Et iusti epulentur, & exultent in conspectu Dei: & de-
 lecentur in lætitia.

Cantate Deo, Psalmum dicite nomini eius: iter facite ei,
 qui ascendit super Occulum: Dominus nomen illi.

Exultate in conspectu eius, turbabuntur à facie eius: Pa-

tris

tris orphanorum, & Iudicis viduarum.
 Deus in loco sancto suo: Deus qui inhabitare facit vniuersi
 moris in domo.

Qui eduxit victus in fortitudine, similiter eos, qui exaspera-
 rant: qui habitant in sepulchris.

Deus cum egredereris in conspectu populi tui: cum per-
 transires in deserto.

Terra mota est, etenim Cœli distillauerunt à facie Dei
 Synai, à facie Dei Israel.

Pluuiam voluntariam segregabis Deus hæreditati tuae, &
 infirma est: tu vero perfecisti eam.

Animalia tua habitabunt in ea: parasti in dulcedine tua
 pauperi Deus.

Dominus dabit verbum Euangelizantibus virtute multis.
 Rex virtutum dilecti dilecti: & speciei domus diuidere
 spolia.

Si dormiatis inter medios Cleros: pennæ columbae dear-
 gentatae, & posteriora dorsi eius in pallore auri.

Dum discernit cœlestis Reges super eum, niue dealba-
 buntur in Selmon, mons, mons Dei pinguis.

Mons coagulatus, mons pinguis: ut quid suspicamini
 montes coagulatos?

Mons, in quo beneplacitum est Deo habitare in eo: Ete-
 nim Dominus habitabit in finem.

Gurus Dei decem milibus multiplex, millia lœtantium:
 Dominus in eis in Synai in sancto.

Ascendisti in altum, cepisti capititatem: acceperisti do-
 na in hominibus: Etenim non credentes inhabitare
 Dominum Deum.

Benedictus Dominus die quotidie: prosperum iter faciet
 nobis, Deus salutarium nostrorum.

Deus noster, Deus saluos faciendo: & Domini Domini
 exitus mortis.

Veruntamen Deus confringet capita inimicorum suorum:
 verticem capilli perambulantum in delictis suis.

Dixit Dominus ex Basan conuertam: conuertam in pro-
 fundum mari.

422. Complementum Artis Exorcisticae

Vt intingatur pes tuus in sanguine: Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso.

Viderunt ingressus tuos Deus, ingressus Dei mei: qui est in sancto.

Præunerunt Principes coniuncti psallentibus in medio iuuenicularum tympanistriarum.

In Ecclesiis benedicite Deo: Domino de fontibus Israel. Ibi Beniamin adolescentulus in mentis excessu.

Princeps Lucia Duces eorum; Principes Zabulon, & Principes Nephtali.

Manda Deus virtutitum: confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis.

A templo tuo in Hierusalem: tibi offerent Reges munera. Increpa feras arundinis, congregatio taurorum in Vaccis populorum, vt excludant eos, qui probati sunt argento.

Dissipa gentes, quæ bella volunt, venient legati ex Aegypto: Æthiophia præueniet manus eius Deo.

Regna terræ cantate Deo: spallite Dominum.

Psallite Deo: qui ascendit super Cœlum cœli, ad Orientem.

Ecce dabit voci suæ vocem virtutis.

Date gloriam Deo super Israel magnificentia eius: & virtus eius in nubibus.

Mirabilis Deus in sanctis suis, Deus Israel ipse dabit virtutem, & fortitudinem plebi suæ: benedictus Deus.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

D Omine Deus noster quām admirabile est nomen tuum in vniuersa terra?

Quoniam eleuata est magnificentia tua super Cœlos.

Ex ore infantium, & lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos: vt destruas inimicum, & vtorem.

Quoniam videbo Cœlos tuos, opera dicatorum tuorum: Lunam, & Stellas, quæ tu fundasti.

Quid

Pars Tertia.

423

Quid est homo, quod memor es eius: aut filius hominis, quoniam visitas eum?

Minuisti eum paulominus ab Angelis: gloria, & honore coronaisti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum.

Omnia subiecisti sub pedibus eius: oves, & boues vniuersas insuper, & pecora Campi.

Volucres Cœli, & pisces maris: qui perambulant semi-tas maris.

Domine Dominus noster, quām admirabile est nomen tuum in vniuersa terra.

Gloria Patti, & Filio, & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

CHRISTVM Regem crucifixum Dominum, vnite adoremus.

V Enite exultemus Domino, iubilemus Deo salutari nostro, præoccupemus faciem eius in confessione, & in Psalmis iubilemus ei.

CHRISTVM Regem crucifixum Dominum, vnite adoremus.

Q uoniam Deus magnus Dominus, & Rex magnus super omnes Deos: quoniam non repellit Dominus plebem suam: quia in manu eius sunt omnes fines terræ, & altitudines montium ipse conspicit.

CHRISTVM Regem crucifixum Dominum, vnite adoremus.

Q uoniam ipsius est mare, & ipse fecit illud, & aridam fundauerunt manus eius, venite adoremus, & precidamus ante Deum: ploremus coram Domino, qui fecit nos, quia ipse est Dominus Deus noster: nos autem populus eius, & oves pascaæ eius.

CHRISTVM Regem crucifixum Dominum, vnite adoremus.

Dd 4 Ho-

424. Complementum Artis Exorcisticae

Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdutare cor da vestra, sicut in exacerbatione, secundum diem tentationis in deserto: ubi tentauerunt me patres vestri, approbauerunt, & viderunt opera mea.

C H R I S T V M Regem crucifixum Dominum, ve-
nientem ad nos, nite adoremus.

Quadraginta annis proximi fui generationi huic: & dixi, semper hi errant corde: ipsi verò non cognoverunt vias meas, quibus iuraui in ira mea, si introibunt in requiem meam.

C H R I S T V M Regem crucifixum Dominum, ve-
nientem ad nos, nite adoremus.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto.
Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in secula seculorum. Amen.

Qui habitat in adiutorio Altissimi: in protectione Dei cœli commorabitur.

Dicit Domino, susceptor meus es tu: & refugium meum, Deus meus sperabo in eum.

Quoniam ipse liberabit me de laqueo venantium, & à verbo aspero.

Scapulis suis obumbrabit tibi: & sub pennis eius sperabis. Scuto circundabit te veritas eius: non timebis à timore nocturno.

A sagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris: ab incursu, & Dæmonio meridiano.

Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis: in dñe autem non appropinquabit.

Veruntamen oculis tuis considerabis: & retributionem peccatorum videbis.

Quoniam tu es Domine spes mea: altissimum posuisti refugium tuum.

Non accederet ad te malum: & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.

Quo-

Pars Tertia:

425

Quoniam Angelis suis mandauit de te: ut custodiant te in omnibus viis tuis.

In manibus portabunt te: ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

Super aspidem, et basiliscum ambulabis: et conculcabis Leonem, et draconem.

Quoniam in me sperauit: liberabo eum, protegam eum, quoniam cognoui nomen meum.

Clamauit ad me, et ego exaudiui eum: cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, et glorificabo eum.

Longitudine dierum replebo eum: et ostendam illi salutem meum.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui sancto.
Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in secula seculorum. Amen.

Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniuitate? Tota die iniuitiam cogitauit lingua tua: sicut nobacula acuta fecisti dolum.

Dilexisti malitiam super benignitatem: iniuitatem magis, quam loqui aquitatem.

Dilexisti omnia verba præcipitationis: lingua dolosa. Propterea Deus destruet te, in finem euellet te, et emigrabit te de taberuculo tuo: et radicem tuam de terra viventium.

Videbunt iusti, et timebunt: et super eum ridebunt, et dicent.

Ecce homo, qui non posuit Deum adiutorem suum, sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum: et preualuit in vanitate sua.

Ego autem sicut oliva fructifera in domo Dei: spetaui in misericordia Dei in æternum, et in seculum seculi.

Confitebor tibi in seculum, quia fecisti, et expectabo monum tuum: quoniam bonum est in conspectu Sanctorum tuorum.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui sancto.
Sicut erat in principio, &c.

Qm-

Q Vicimque vult saluus esse , ante omnia opus est : vt teneat catholicam fidem .

Quam , nisi quisque integrum : iniulatamque seruauerit , absque dubio in æternum peribit .

Fides autem catholica hæc est : vt vnum Deum in Trinitate , & Trinitatem in unitate veneremur .

Neque confundentes personas : neque substantiam separantes .

Alia est enim persona Patris , alia Filij : alia Spiritus Sancti . Sed Patris , & Filij , & Spiritus sancti , una est diuinitas : æqualis gloria , coæterna maiestas .

Qualis Pater , talis Filius : talis Spiritus sanctus .

Increatus Pater , increatus Filius : increatus Spiritus Sanctus .

Immensus Pater , immensus Filius : immensus Spiritus Sanctus .

Æternus Pater , æternus Filius : æternus Spiritus Sanctus .

Et tamen non tres æterni : sed unus æternus .

Sicut non tres increati , nec tres immensi : sed unus increatus , & unus immensus .

Similiter , omnipotens Pater , omnipotens Filius : omnipotens Spiritus Sanctus .

Et tamen non tres omnipotentes : sed unus omnipotens .

Ita Deus Pater , Deus Filius : Deus Spiritus Sanctus .

Et tamen non tres Dii : sed unus est Deus .

Ita Dominus Pater , Dominus Filius : Dominus Spiritus Sanctus .

Et tamen non tres Domini : sed unus est Dominus .

Quia sicut singillatim vnamquamque personam Deum , ac Dominum confiteri Christiana veritate compelli- mur : Ita tres Deos , aut Dominos dicere catholica re- gione prohibemur .

Pater à nullo est factus , nec creatus : nec genitus .

Filius à Patre solo est , non factus : nec creatus , sed genitus .

Spiritus sanctus à Patre , & Filio : non factus , nec creatus , nec genitus , sed procedens .

Vnus ergo Pater , non tres Patres : Vnus Filius , non tres Filii ,

Filij , vñus Spiritus sanctus : non tres Spiritus sancti . Et in hac Trinitate nihil prius , aut posterius , nihil maius aut minus : sed totæ tres personæ coæternæ sibi sunt , & coæquales .

Ita , vt per omnia sicut iam supra dictum est : Et unitas in Trinitate , & Trinitas in unitate , veneranda sit .

Qui vult ergo saluus esse : ita de Trinitate sentiat . Sed necessarium est ad æternâ salutem : vt Incarnationem quoque Domini nostri Iesu Christi fideliter credat .

Est ergo fides recta , vt credamus , & confiteamur : quia Dominus noster Iesus Christus Dei filius ; Deus , & homo est .

Deus est ex substantia Patris ante secula genitus : & homo est ex substantia Matris , in seculo natus .

Perfectus Deus , perfectus homo : ex anima rationali , & humana carne subsistens .

Æqualis Patri , secundum diuinitatem : minor Patre , secundum humanitatem .

Qui licet Deus sit , & homo : non duo tamen , sed unus est Christus .

Vnus autem non conuersione diuinitatis in carnem : sed assumptione humanitatis in Deum .

Vnus omnino , non confusione substantiae : sed unitate personæ .

Nam , sicut anima rationalis , & caro unus est homo : Ita Deus , & homo unus est Christus .

Qui passus est pro salute nostra : descendit ad Inferos , ter- tia die resurrexit à mortuis .

Ascendit ad Cœlos , sedet ad dexteram Dei Patris omnipotens : Inde venturus est iudicare viuos , & mortuos .

Ad cuius aduentum omnes homines refurgere habent cum corporibus suis : & reddituri sunt de factis propriis rationem .

Et qui bona egerunt , ibunt in vitam æternam : qui vero mala in ignem æternum .

Hæc est fides catholica , quam nisi quisque fideliter , firmiterque crediderit , saluus esse non poterit .

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in saecula saeculorum. Amen.

Iudica Domine nocentes me: expugna impugnantes me.

Apprehende arma, & scutum: & exurge in adiutorium mihi.

Effunde frameam, & conclude aduersus eos, qui persequuntur me: dic animæ meæ, salus tua ego sum.

Confundantur, & reuereantur querentes animam meam.

Auertantur retrosum: & confundantur cogitantes mihi mala.

Fiant tanquam puluis ante faciem venti: & Angelus Domini coartans eos.

Fiant via illorum tenebrae, & lubricum: & Angelus Domini persequens eos.

Quoniam gratis abscondenterunt mihi interitum laquei sui: superuacuè exprobrauerunt animam meam.

Veniat illi laqueus, quem ignorat, & captio, quæ abscondit, apprehendat eum: & in laqueum cadat in ipsum.

Anima autem mea exultabit in Domino: et delectabitur super salutari suo.

Omnia ossa mea dicent: Domine quis similis tibi?

Eripiens inopem de manu fortiorum eius: egenum, et pauperem a deripientibus eum.

Sargentes testes iniqui, quæ ignorabam: interrogabat me.

Retribuebant mihi mala pro bonis: sterilitatem animæ meæ.

Ego autem cum mihi molesti essent: induabar cilicio.

Humiliabant in ieiunio animam meam: et oratio mea insinu conuertetur.

Quasi proximum, et quasi fratrem nostrum: sic complacabant: quasi lugens, et contristatus sic humiliabar.

Et aduersi me latenti sunt, et conuenerunt: congregata sunt super me flagella, et ignoraui.

Dissipati sunt, nec compunctione tentauerunt me, subsannauerunt

uerunt me, subsannatione: frenduerunt super me dentibus suis.

Domine, quando respicies restitu animam meam à malignitate eorum, à Leonibus unicam meam.

Confitebor tibi in Ecclesia magna: in populo graui laudabo te.

Non supergaudeant mihi, qui aduersantur mihi inique: qui oderunt me gratis, & annunti oculis.

Quoniam mihi quidem pacificè loquebantur: & in iracundia terra loquentes, dolos cogitabant.

Et dilatauerunt super me os suum: dixerunt, Euge, Euge, viderunt oculi nostri.

Vidisti Domine, ne fileas: Domine ne discedas à me.

Exurge, & intende iudicio meo: Deus meus, & Dominus meus in causam meam.

Iudica me secundum iustitiam tuam Domine Deus meus: & non supergaudeant mihi.

Non dicant in cordibus suis: Euge, euge animæ nostræ: nec dicant deuorabimus eum.

Erubescant, & reuertantur simul: qui gratulantur malis meis.

Induantur confusione, & reuerentia: qui magna loquuntur super me.

Exultent, & latentur, qui volunt iustitiam meam: & dicant semper magnificetur Dominus, qui volunt pacem serui eius.

Et lingua mea meditabitur iustitiam tuam, tota die laudem tuam.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio, &c.

VSquequo Domine obliuisceris me in finem, vsquequo auertis faciem tuam à me.

Quamdiu ponam consilia in anima mea: dolorem in corde meo per diem.

Vsquequo exaltabitur inimicus meus super me: respice, & exaudi me Domine Deus meus.

430 Complementum Artis Exorcisticae

Illumina oculos meos, ne vnuquam obdormiam in morte:
ne quando dicat inimicus meus preualui aduersus eum.
Quatribulant me, exultabunt si motus fuerit. Ego autem
in misericordia tua sperauit.
Exultabit cor meum in salutari tuo, cantabo Domino: qui
bona tribuit mihi, & psallam nomini Domini altissimi.
Gloria Patri, & Filio, & Spiritu sancto, &c.

G R A T I A R V M A C T I O N E S
pro Dæmoniaco liberato.

C V M LIBERATVS FVERIT DÆMO-
niacus ante Sanctissimum Sacramentum Eu-
charistiax, primo cantetur.

TE Deum laudamus: te Dominum confitemur.
Te æternum Patrem: omnis terra veneratur.
Tibi omnes Angeli: tibi Cœli, & vniuersæ potesta-
tes.
Tibi Cherubim, & Seraphim incessibili voce procla-
mant.
Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth.
Pleni sunt cœli, & terra: maiestatis gloria tuæ.
Te gloriosus Apostolorum Chorus.
Te Prophetarum laudabilis numerus.
Te Martyrum candidatus laudat Exercitus.
Te per orbem terrarum sancta confitetur Ecclesia.
Parrem immensa maiestatis.
Venerandum tuum verum, & vnicum filium.
Sanctum quoque paracletum Spiritum.
Tu Rex gloriæ Christe.
Tu Patris semperturnus es Filius.
Tu ad liberandum suscepturus hominem: non horruisti
virginis vterum.
Tu deuicto mortis aculeo: aperuisti credentibus Regna
Cœlorum.

Tu

Pars Tertia.

431

Tu ad dexteram Dei sedes in gloria Patris.
Iudex crederis esse venturus.

Te ergo quæsumus, tuis famulis subueni: quos preciosq
sanguine redemisti.

Æterna fac cum Sanctis tuis: gloria munerari.
Saluum fac populum tuum Domine: & benedic hæredi-
tati tuæ.

Et rege eos: & extolle illos usque in æternum.
Per singulos dies benedicimus te.

Et laudamus nomen tuum in sæculum: & in sæculum
sæculi.

Dignare Domine die isto: sine peccato nos custodire.
Miserere nostri Domine: miserere nostri.

Fiat misericordia tua Domine super nos: quemadmodum
sperauimus in te.

In te Domine sperauit: non confundar in æternum.

Q V O P E R A C T O C A N T E N T V R
Antiphona, & Psalmi infra scripti, sicut
fit in officio duplici.

Antiphona.

IN contrarium est Angelorum Sathanæ versa sententias,
Alleluia. Quia Christus noster, splendore misericor-
dæ suæ, tenebras fugavit, Alleluia. & creaturam istam:
de dentibus leonum redemit, Alleluia. Osanna in excel-
sis, Alleluia, Alleluia, Alleluia.

Cantemus Domino: gloriose enim magnificatus est:
equum, & assefforem proiecit in mare, &c.

Antiphona.

Misericors Deus, in cuius alarum protectione spe-
nimus, titulum gloriæ, in sæculo, & victoria signum
posuit in Inferno, Alleluia. Et laqueos superborum de-
struxit fortissimos, in quibus habebant fiduciam. Osanna
in excelsis, Alleluia, Alleluia, Alleluia.

Bene-

Benedicite omnia opera Domini Domino, laudate, & superexaltate eum in saecula, &c.

Antiphona.

DAUDIS inclita proles exaudiuit gementem, & coronauit sperantem. Alleluia; terribilosque Inferni Diabolos, hanc creaturam cruciantes debellare dignatus est, Alleluia: tibi Domine gloria, laus, & honor sit in saeculorum saecula, Alleluia: Osanna in Excelsis, Alleluia, Alleluia, Alleluia.

Laudate Dominum de celis: laudate eum in excelsis, &c.

C A P I T U L U M.

BENEDICTUS Deus, & Pater Domini nostri Iesu Christi: Pater misericordiarum, et Deus totius consolationis; qui consolatur nos in omni tribulatione nostra.

Deo Gratias.

H Y M N U S.

TRANSIT dolor corporalis,
Stat Charitas unitatis;
Nam Draconem teterimum
Vicit Leo Christus noster.
Cuius pia clementia
Dat vera cordis gaudia;
Nihil canitur suauius,
Quam Iesus Dei filius.
Clementia cuius splendor,
Iocundum lumen reddidit,
Spiritus caligine cecos,
Fugavit nigra Dæmones.

Heu hen, confusus nos
Clamat subuertit Dominus;
Sub nostris, quoque tormentis
Suspírantem soluit Iesus.
Laus, honor, et gloria;

Deo

Deo Patri, & Filio,

Sancto simul paraclito:

In saeculorum saecula. Amen.

Vers. Fugavit Dominus aciem maledictam. Alleluia.

Resp. Et creaturam istam ab eius manibus eripuit. Alleluia.

Pater noster, &c.

Et ne nos inducas in temptationem.

Resp. Sed libera nos à malo.

Confirmata hoc Deus; quod operatus es in nobis.

A templo sancto tuo, quod est in Hierusalem.

Nihil proficiat ultra Dæmon in ea.

Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.

Gratias tibi agimus pro uniuersis beneficiis tuis.

Qui secundum misericordiam retribuisti nobis.

Tibi omnis laus sit, honor, & gloria.

In saecula saeculorum.

Domine exaudi orationem meam.

Et clamor meus ad te perueniat.

Dominus vobiscum.

Et cum spiritu tuo.

Oremus.

OUNIPOTENS æterne Deus, qui huic creaturæ vulnera in fontibus mellifluis misericordia tua curasti, & de fauibus Draconum eam liberare dignatus es, pro gratiæ tuae beneficio, tibi toto corde gratias agimus; ac quæsumus clementiam tuam, ut nullus terror, nec molestatio serpentis confusi eam ultra inuadere possit: Sed benedicere, & sanctificare, & in tua gratia confirmare digneris; ut in gratiarum actione permanens, in gaudio, & cordis letitia tibi Creatori suo seruat; Et quæ tibi sunt placita, perficiat: ac denique ad æternæ vitæ pœnula peruenire mereatur. Qui in uinitate perfecta vivis, & regnas in saecula saeculorum. Amen.

Oremus.

DULcis virgo Maria, & vos omnes supernorum ciues, quorum precibus osculum pacis huic creaturæ non negauit Dominus, pro uniuersis beneficiis acceptis gratias agétes deprecamur: Ut Dæmon prostrato in alarum

E vestra-

vestrum protectione sit nunc, & semper. Per eum, qui
vivit, & regnat in secula seculorum. Amen.

B E N E D I C A T C R E A T U R A M
liberatam, cum manus impositione, dicens.

Benedic † te Sanctissima Trinitas, Pater, † & Filius, † & Spiritus † Sanctus: benedicat † te dulcissima Virgo Maria aduocata nostra: Benedicant † te omnes spiritus beati prelatorum fortissimi: Benedicant † te Apostoli intercessores gratissimi: Benedicant † te Martyres certatores victoriosi: Benedicat † te Virgines, de victoriis psallentes: Benedicat † te turba magna, quam dinumerare nemo potest, ex omnibus gentibus, stantes ante Thronum Dei. Amen.

Beatæ † sit anima tua: vt audiat Dominum ad se loquenter, & accipiat de ore eius verbum consolatorium: Beatæ † aures tuæ, vt venias diuini suspirii suscipiant, & interiori auscultent veritatem loquentem, & docentem: Beati † oculi, vt exterioribus clausi, interioribus vero aperti sint. Benedicte † manus, & pedes tui ad operandum in vinea Sabaoth. Benedico † te, vt interna penetres, & ad capienda arcana cœlestia magis, ac magis per quotidiana exercitia studeas te præparare. Benedico † te, ò anima sancta, vt claudas sensualitatis tuæ ostia, vt audias quid loquatur Dominus Deus in te; Nam ipse dilectus tuus loquitur tibi, dicens. Salus tua ego sum, pax, & vita; vt veram valeas apprehendere beatitudinem. Loquere Domine ad seruum tuum, & conforta eum ad ambulandum in vineam, salutis instrue, & illumina cor suum: Fecunditatem dona, tribue auditum suo intelligentiam. Loquere Domine; quia audit seruus tuus. Verba enim vita æterna habes, loquere ad totius vita sua emendationem, & ad tuum perpetuum honorem, & gloriam.

Benedico † te N. vt sis, sicut, qui sine intermissione
habet

habet cogitationes apud Altissimum, & deprecationes ad Christum, & requiecat in Passione Christi, & devote con fugit ad vulnera, & stigmata Iesu; Sicut qui sustinet contraria cum Christo, & pro Christo, & perfectè intrat in interiora Iesu, & de eius ardenti amore fruatur. Benedico † te N. ac inuoco Iesum, vt loquatur intus tecum, saltet verbum, quia si tecum erit Iesus anima tua consolabitur, & nullus poterit te nocere inimicus. Benedico † te, vt scias cœversari cù Iesu; vt scias tenere Iesum; vt tecum sit Iesus, vt ex omnibus charis tuis, sit tibi Iesus dilectus, specialis, quia solus bonus, solus fidelis, solus æternus, solus immensus, solus omnia impletus, solus solarium animæ est, & vera cordis latitia: Ideo solus amandus, & adorandus, & solus in te sit Iesus, & in omni opere tuo. Benedico † te, vt gratia Iesu præueniat te, & trahat te ad se; vt fræris gratia Dei, & solus cum solo vniuersis, & vt æquanimiter ites ad voluntatem Dei, quia post hyemem, secura est in te ætas, post noctem, rediit dies: & post tempestas, serenitas magna visa est, qui te benedixit, sit ille benedictus, & qui te maledixit, maledictionibus repleatur.

Accipe benedictionem † à Domino, & misericordiam à Deo salutaris tuo, vt non ad finistram declines, sed perfectè, & diligenter custodis mandata sua. Aperiat Dominus thesaurum suum optimum Cœlum, vt tribuat pluuiam terræ in tempore suo: & benedicta sit ipsa terra ad reddendos fructus, & ad cunctorum abundantiam, quæ tibi sunt in visu: Abundareque te faciat omnibus bonis, sicut abundate fecit populum Israel perseverantem in mandatis suis. Benedicat † te, Deus in Throno suo stantem, ambulantem, comedentem, ac dormientem, vt in caput prædestinatorum sis, & domus tua tota, usque ad tertiam, & quartam generationem. Et, omne consilium cordis tui, sua virtute, corroboret, vt glorieatur in te anima tua, & sit nomen tuum in numero Sanctorum, & iustorum: & domus tua in sanctificatione permaneat: Et tandem benedictio Dei descendat super te, & maneat semper tecum. Amen.

PONAT MANS SVPER CAPVT
liberati, & dicat.

Dominus Iesus Christus apud te sit, vt te defendat.
Amen. Intra te sit, vt te conseruet. Amen. Ante te
sit, vt te deducat. Amen. Post te sit, vt te custodiat. Amen.
Super te sit, vt te benedicat; **+** Qui cum Patre, & Spiritu
sancto viuit, & regnat in saecula saeculorum. Amen.

VNGAT EXTREMAS PARTES
corporis oleo sacroato, videlicet, frontem, manus,
& pedes creature liberata, dicens.

Vngo te hoc oleo sacro sancto, vexilloque sanctae Cru-
cis **+** munio te seruam Dei N. vt haec vinctio arma-
tura sit fortis, potens, & praualens contra inimicos tuos,
qui, si viderint te, fugiant territi a conspectu tuo, & ad te
in eternum accedere non valeant. In nomine Patris, **+**
& Filii, **+** & Spiritus **+** sancti. Amen.

PRÆCEPTVM DÆMONIBVS
intimandum, tenens crucem manibus, vel san-
ctissimam Eucharistiam.

Precipio vobis Dæmonibus, qui paulò ante vexabatis
hanc creaturam N. & strictissimè impero; In nomine
Patris, **+** & Filii, **+** & Spiritus **+** sancti: In nomine Bea-
tæ Virginis Mariae: In nomine Michaelis Archangeli: In
nomine Aduocatorum nostrorum, qui fuerūt potentes in
prælio; & in nomine totius curia regalium; & in virtute, &
per virtutem eorum mysteriorum per quæ fuisti supera-
ti, & per quæ deniū potestis arctari, constringi, & ligari, vt
affricti suis remanere in ea parte, in qua, sic placuit Altissi-
mo vos relegare; & in futurum huic creature N. non va-
leatis, per vos, nec per submissos spiritus, molestationem;
infestationem; nec perturbationem aliquā inferre. Male-
dicat

dicat vos, **+** Deus Pater, Maledicat vos Deus Filius, **+**
Maledicat vos Deus Spiritus **+** sanctus. Confundat vos
Deus Pater, **+** Confundat vos Deus Filius, **+** Con-
fundat vos Deus Spiritus **+** sanctus. Liget **+** vos Deus
Pater. Vinciat vos, **+** catherinis indissolubilibus Dei
Filius. **+** Irretiat **+** vos, vinculis fortissimis Deus Spi-
ritus **+** Sanctus. Amen.

M O D U S O R A N D I S V P R A
febricitantes, ex Sancto Am-
broso.

INFIRMVS CONFESSVS, SANCTISSI-
maq[ue] Eucharistia refectus, quinque dies ieinnus, in
Ecclesia genuflectat, teneatve candelam benedictam
accensam. Sacerdos verò, saltem stola induitus, ponat
super caput infirmi manum, & dicat.

Super ægros manus imporent, & bene habebunt Iesus
Mariae Filius, Mundi salus sit tibi clemens, & propi-
tius, & liberet te ab omni febre, qui viuit, & regnat cum
Deo Patre, & Spiritu sancto in saecula saeculorum. Amen.
Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum.
Fac cum seruo tuo secundum misericordiam tuam.

Dominus vobiscum.
Et cum spiritu tuo.

Oremus.

O Mnipotentem Deum, qui per sanctos Apostolos, &
Martyres suos diuersa sanitatum dona largitur: fra-
tres charissime deprecamur, vt huic famulo suo N. qui fe-
bris vexatio ne fatigatur, fidelissimi famuli sui Sigismundi
precibus clementer occurrat, qui, dum nobis illius pa-
refecit merita, isti conferat medicinam. Per Christum
Dominum nostrum. Amen.

**LECTIO EPISTOLÆ BEATI
Iacobi Apostoli.**

Charissimi. Tristatur aliquis vestrum? oret. A quo animo est? psallat. Infirmatur quis in vobis inducat Presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, vngentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei saluabit infirmum: Et alleuiabit eum Dominus: Et si in peccatis sit, remittentur ei. Confitemini ergo alterutrum peccata vestra, & orate pro inuicem, ut saluemini.

Deo gratias.

Domine refugium factus es nobis à generatione, & progenie. Alleluia.

Dominus vobiscum.

Et cum spiritu tuo.

E V A N G E L I U M S E C V N D V M
Lucam.

Gloria tibi Domine.

In illo tempore, surgens Dominus Iesus de Synagoga, intravit dominum Simonis: Socrus autem Simonis tegebatur magnis febribus; & rogauerunt illum pro ea: Et stans super illam, imperauit febri, & dimisit illam. Et continuò surgens ministrabat illis. Cum autem Sol occidisset, omnes, qui habebant infirmos variis languoribus, ducebant illos ad eum.. At ille, singulis, manus imponebas curabat eos.

Laus tibi Christe.

Infirmorum propitiator, abiectorum protector, desponentium Saluator: Deus Patris mei, & Deus hereditatis Israel. Dominator celorum, & terra. Creator aquarum: Rex totius creaturæ tuæ; Exaudi preces nostras, & ad aures misericordiæ tuæ supplicatiūm vota perueniant.

Dominus vobiscum.

Et cum spiritu tuo.

Ore-

Oremus.

Domine sancte Pater omnipotens aeternæ Deus, qui contulisti fidelibus tuis remedium vita post mortem, vt sanos se esse sentiant; quibus Paradisus patet; praesta quiescens, vt quod fideliter, in nomine electi tui Sigismundi pro infirmantibus petimus, famulus tuus N. qui febrium patitur molestiam; celerem medicinā cōsequatur: Praesta ergo Domine, vt quicunque sub conspectu nominis tui, nomen famuli tui Sigismundi Episcopi inuocauerit, ad sanitatem pristinam ex tua gratia se peruenisse protinus sentiat. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Dominus vobiscum.

Et cum spiritu tuo.

Sursum corda.

Habemus ad Dominum.

Gratias agamus Domino Deo nostro.

Dignum, & iustum est.

Verè dignum, & iustum est: Qui peccata nostra portauit in corpore suo: cuius vulnere plagarum sahatis sumus: cuius tactu vis febrium mox recessit. Cuius sermone confessum surdus audiuist. Cuius iussu mutus fari non dislubilis: Claudius currebat, cœcus vidit, ægrotus præualuit, surrexit de sepulchro quattriduanus. Nunc ergo Domine dominum maiestatis tuæ agnoscimus requiem esse homini pacifico. Tu namque omnipotens aeternæ Deus, qui inter bellatorum tumultus examinantium persecutoris electo tuo Sigismundo triumphum martyrij contulisti, vt dispensandum pauperibus pulsanti aperire dignatus es; fecutus gratiam, secutus misericordiam, vt post mortem ostendat virtutem, quam ante mortem firmauit. In fide enim tua dona sunt Domine, vt in nomine electi tui Sigismundi, per communicationem corporis, & sanguinis Domini nostri Iesu Christi tempestatem frigoris excutias, febrium ardorem repellas, & præsentem famulum tuum N. ad sanitatem pristinam reuocare digneris. Per Christum Dominum nostrum, per quem maiestatem tuam laudant Angeli, venerantur Archangeli; Throni, Dominationes,

Virtutes, Principatus, & Potestates adorat, quem Cherubim, & Seraphim: socia exultatione concelebrant, sine fine dicentes, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth. Pleni sunt Cœli, & terra gloria tua, Osanna in excelsis. Benedictus qui venit in nomine Domini, Osanna in excelsis.

Non est aliquid refugium nisi in te sperare Christe: precibus supplicum tuorum libera nos Domine.

Dominus vobiscum.

Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Deus, qui omnem infirmitatem, & omnem languorem, ab humanis corporibus tua pietate depellis: Adesto propitius seruo tuo N. & ad pristinam sanitatem citè eum reuocare digneris. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum viuit, & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

A S P E R G A T E V M A Q V A

Benedicta.

Et unaquaque die vngat oleo benedicto infirmum in fronte, dicens, per istam sanctamunctionem, & misericordiam Dei libero te ab omni febre: In nomine Patris, + & Filii, + & Spiritus sancti. Amen.

N O M I N A D E M O N V M

comburenda in fine maledictionum, ut
suo loco notatur.

AStaroth, Baal, Cozbi, Dagon, Aseroth, Baalim, Chamos, Beelphegor, Astartem, Bethragen, Phogor, Moloch, Asmodæus, Bele, Nergel, Melchon, Asima, Bel, Nefroch, Tartach, Acharon, Belial, Neabaz, Merodach, Adonithes, Beemoth, Erobaal, Socotbenoth, Beelzebub, Leviathan, Lucifer, Sathan, Mahomet, Daemon spiritus de-

destinatus ad Infernum. Spiritus damnatus, atque damndus. Spiritus vbique deridendus. Spiritus flagellatus, & ulceribus plenus. Spiritus deiectus de Societate Beatorum, de loco inenarrabili, & de charitate I E S V C H R I S T I. Spiritus pedagogus, inurbanus, in furca Infernali impensus. Spiritus deformis, leprosus, & sterco-ratus. Spiritus incantator, magus, & maleficus. Spiritus excommunicatus, & male dictus in eternum. Spiritus pre-cipitatus in poena aeternali. Spiritus immundus, sine gratia Dei. Spiritus spurcitæ, & rusticus Tartareus. Spiritus superbæ, adulacionis, & ambitionis. Spiritus præsumptionis, & iactanciæ. Spiritus desperationis, detractio-nis, & contumelias. Spiritus blasphemæ, heresis, & apostasias. Spiritus idolatriæ, & irreuerentia. Spiritus ira-cundiæ, iniuriæ, & homicidij. Spiritus infidelitatis, & aposta-sias. Spiritus crudelitatis, contentionis, & discordiæ. Spiritus curiositatis, derisionis, & vituperij. Spiritus odij, schismæ, & seditionis. Spiritus litigij, maledictionis, & in-institiæ. Spiritus avaritiae, fraudis, & rapina. Spiritus hypo-crisiæ, ebrietatis, & inobedientiæ. Spiritus mendacij, in-gratitudinis, & negligentiæ. Spiritus incontinentiæ, fa-cilegij, raptus, incetti, sodomia, bestialitatis, adulterij, & fornicationis. Spiritus ostinationis, iniurij, & impietatis. Spiritus scandali, inquietudinis, & tri. u. u. j. spiritus su-furbationis, detractionis, & infamia. Spiritus simoniæ, simulationis, & stultitia. Spiritus verbositatis, murmuratio-nis, & malitiae. Spiritus vanitatis, pertinacia, & vagatio-nis. Spiritus tentationis, elationis, & pompa. Spiritus otij, pigritiæ, & somnolentiæ. Spiritus iuriæ, numoris, & lo-quacitatis. Spiritus rapacitatis, fraudolentiæ, & inquietu-dinis. Spiritus desperationis, contentus, & impietatis. Spiritus mendacij, cupiditatis, & periu. j. Spiritus nephante, & perseverantiæ in peccato. Spiritus causa bellorum, origo omnium malorum finis, & causa. Spiritus deriso-to-tius naturæ Angelicæ, Angelus nigerimus, serpens anti-quus, & primus Dei hostis. Spiritus Inferni ianua, baculum impiorum, & artium pessimarum Magister. Spir-itus

tus mala bestia, lupus rapax, & fera pessima. Spiritus colubet tortuosus, sus, famelica, & canis rabidus. Spiritus aspis Tartareus, avis mordens, & icropha itercorata. Spiritus perditionis filius, generis humani inimicus, & proditor iniquus. Spiritus venator animarum, & pulicorum, & cultor peruerforum dogmatum. Spiritus subuersor pauperum, fons viti orum, & cunctorum malorum inuentor. Draco infidians, scorpio venenat.e, & belua contagiosa. Corue nigerrime, custos porcorum, & bestia foetidissima. Cubicularius Sathanæ, ianitor Inferni, & ferramentarius. Creatura infima, & idiota, damnata, & reprobata, & maledicta in eternum. Baiulus adulterinus, & Cerdò potatus absynthio. Spiritus mediasinæ, agaso, & caprile. Miluo inextricabilis, & calcitrans Mulus. Promptuarium cunctarum iniquitatum. Dracō Babylonicus, destructor viuērsi, lustorum persecutor, & Phantasma nocturnum maledictum.

Finis tertiae, & ultimæ partis Complementi Artis Exorcisticae.

TIT V LI
DOCTRINARVM
PRIMÆ PARTIS
Compendij.



TRVM sint spiritus, & de quibusdam eorum effectibus naturalibus in communi, ad rem nostram facientibus.

pag. 7.

Vtrum sint Dæmones, & Malefici, & de quibusdam alijs ad propositum facientibus.

pag. 11

De permissione Diuina.

pag. 18

Vtrum Dæmones vexare possint corpora, & quomodo.

pag. 20

De signis, quibus cognoscitur Dæmoniacus, & Malficiatus.

pag. 26

De contemptu, & taciturnitate Dæmoni imponenda.

pag. 31

De astutis Dæmonum precipuis.

pag. 35

De qualitatibus Exorcista, & de necessarijs in coniuratione.

pag. 37


De qualitatibus Dæmoniaci, & quæ cura sit circa eum habenda.

pag. 44

De signis demonstrantibus Dæmonum recessisse, & male-

INDEX

- maleficium esse destructum : pag. 46
De nonnullis necessario obseruandis . pag. 47
De remedijis unicuique vexato, admodum necessarijs.
pag. 50
Medicamina diuersa , secundum diuersitatem maleficiorum, vexatis attribuenda. pag. 56



RERVM SINGVLARIVM In Prima Parte Compendij de- scriptarum.

- A
E R caliginosus est cancer Dæmoni-
nibus . doct. 2. pag. 12. C
Agitant Dæmones corpus , & iocato-
ria faciunt , ut amoueant
Exorcistam à coniuratione . doct.
7. pag. 35. D
Aliquid potest inquiri à Damone ; sed quomodo .
doct. 6. pag. 32. C
Alioqui opinantur se Dæmoniacus , & Maleficiatus
esse ; describitur exemplum , quo fuit quidam libe-
ratus ab insania . doct. 5. pag. 30. B
Angelus sumit nomen ab officio . doct. 6. pag. 32. A
Angelus , quomodo redditur visibilis . doct. 1. p. 10. B
Angeli subtilitas , inuisibilitas , & excellentia nota-
tur . doct. 1. pag. 7. B
Angeli cognoscunt naturas cunctarum creaturarum
& quomodo . doct. 1. pag. 7. A
Aqua benedicta potata , quid . doct. 12. pag. 54. A
Arma potentissima Dæmonis est locutio . doct. 6.
pag. 31. A
Artes Magicas permisit D E V S ; & cur. d. 3. p. 20. A
Aduocatum particularem timet Dæmon . doct. 8.
pag. 39. B

Index

B

- B**enedicenda est domus. doct. 12. pag. 54. D
Benedictio quorumcunque ad usum Maleficiorum
continuanda est. doct. 12. pag. 54. D
Benedictio Thorii necessaria, Et quibus armis tuerit.
doct. 12. pag. 53. C
Bonii, & mali Angeli habuerunt notitiam liberi ar-
bitrij. doct. 1. pag. 10. C
Bonum, sine malo inueniri potest: Sed non e contra.
doct. 3. pag. 18. D

C

- C**ausa apparitionis somniorum assignatur.
doct. 4. pag. 25. B
Charitatis officium in Exorcista necessarium. doct. 8.
pag. 40. C
Christus non vult diaboli consortium. doct. 12. pag.
50. B
Christi passio debilitauit naturalia Daemonum. doct. 2.
pag. 13. C
Combustionis plurimarum, et instrumentorum malefi-
cij modus: Et ceremoniae notatur. doct. 12. p. 53. B

- Commerceum non habeat Energumenus cum alijs De-
moniacis, aliae notantur ibi necessaria. doct. 9.
pag. 45. D

- Concordia inter demones, quomodo intelligenda.
doct. 3. pag. 14. B
Contraria, contrariis curantur. doct. 8. pag. 39. D
Contrario est principale remedium demoniacis.
doct. 12. pag. 51. C
Corporalia non possunt in Angelicam naturam. doct.
2. pag. 17. D

Crea-

Rerum singularium.

- C**reatura corporalis, naturaliter obedit incorporalia:
doct. 1. pag. 17. D
Curiositas est opus diabolicum. doct. 6. pag. 31. D
Cur Christus imposuit silentium diabolo, verum fa-
tente. doct. 6. pag. 33. B
Cur crescit Maleficiorum numerus. doct. 2. pag. 16. B
Cur demones ante Santam Eucharistiam quiescent.
doct. 7. pag. 37. C
Cur Deus non impedit omne malum. doct. 3. pag. 18. A
Cur Deus permisit Christum negari, crucifigi, & Mar-
tyres occidi, &c. doct. 3. pag. 19. B
Cur Petrus non sanauit Petronillam suam filiam.
doct. 9. pag. 46. B
Cur Paulus obsecratus. doct. 3. pag. 19. C
Cur pauci Energumeni liberantur his temporibus.
doct. 12. pag. 50. A
Cur Demon promittit recedere, quid agendum? doct.
6. pag. 36. B
Cupit Demon ab Exorcista interrogari, & qua mali-
tia. doct. 7. pag. 35. B

D

- D**e insidijs, quibus viritur Demon ante, & post
coniurationem, et in ipsa coniuratione. d. 7. p. 35. A
Demon non ejicitur ab uno Exorcista, ut sanctitas al-
terius cognoscatur. doct. 3. pag. 20. D
Demon simpliciter, vel interueniente maleficio ve-
xat. doct. 4. pag. 22. C
Demonem in Angelum lucis, cur permittit Deus.
doct. 3. pag. 20. A B
Demon non est mutus. doct. 4. pag. 23. D
Demon simpliciter, vel cum maleficio inhabitat.
Non

Index

- Non semper essentialiter adest. Et multa ad rem.
doct. 5. pag. 29. B
- Dæmon non respondit veritatene , Christo interroganti.
doct. 6. pag. 27. C D
- Dæmon abhorret vilia facta contra nobilem suum naturem .
doct. 12. pag. 54. B
- Dæmon imitatur bestias .
doct. 12. pag. 55. B C
- Dæmones , in aliquibus maleficis non loquuntur .
doct. 5. pag. 26. A
- Dæmones eri in porcos , non permisit Christus , tanquam ab eis suas , sed cur ?
doct. 6. pag. 33. D
- Dæmones ad impudica inuitant Ea orciſtas .
doct. 8. pag. 37. B C
- Dæmones fugientes , dant diuersa signa , & præcipue ab exorcistis impostea .
doct. 10. pag. 46. A B
- Dæmones , in maleficijs vtuntur rebus , & medijs naturalibus .
doct. 11. pag. 48. B
- Dæmones , non permittunt naturalia simplicia operare in vexatos .
doct. 12. pag. 48. C
- Dæmonum , alij in Infernum , alij in hunc caliginosam aerem sunt precipitati .
doct. 2. pag. 11. C
- De malo bonum elicit Deus .
doct. 3. pag. 18. D
- Deus ex nihilo cuncta creauit .
doct. 1. pag. 1. A
- Deus bonorum , & non malorum est author .
doct. 3. pag. 18. C
- Deus non permittit Exorcistas legitimè certantes de corpore ,
doct. 8. pag. 41. C
- Deus multoties differt , quod dare vult , & cur ?
doct. 9. pag. 44. A
- Deus , et nos de diabolico tyrannide liberavit , homo familius est .
doct. 12. pag. 52. C

Rerum singularium .

- Fantasmita , fugantur signo sanctæ Crucis . doct. 4. pag. 22. B
- Fæmina , nec signo sanctæ Crucis sunt tangenda .
doct. 8. pag. 42. C
- Fides confidit & mirabilia operatur . doct. 8. p. 38. C
- Figura divisionis Angelorum .
doct. 2. pag. 11. B
- Fingunt Dæmones nullum sentire dolorem , licet affligantur , & qua de causa .
doct. 7. pag. 35. C
- Fugatio Dæmonum , miraculum est .
doct. 8. pagina 39. A B

Fumigationes fætida procul fiant , è contra vero aromaticæ .
doct. 8. pag. 43. B

G

Generalis confessio admodum necessaria Dæmonaco .
doct. 12. pag. 54. D
Gratia duplex .
doct. 2. 13. C

H

Hæreticum est afferere , Dæmones humana corpora vexare non posse .
doct. 4. pag. 10. C
Hominis intellectum nunquam intendit illud mire Dæmon ; Imò obtenebrare .
doct. 6. 31. B

I

Ignorantia aliquorum maleficiorum .
doct. 2. 16. C
Impossibilitas curandi vexato attribuitur .
doct. 9. pag. 45. C

Incredulitas magnum est obstaculum liberationi .
doct. 9. 44. B

Incurabile dicitur maleficium , & qua de causa .
doct. 12. 50. A B

Index

- Incubos, & subcubos se faciunt Dæmones.* doct. 4.
pag. 25. A
- Infant Exorcistam Dæmones, & cur.* doct. 7. 36. A
- Ingressus Dæmonum in homines duplex.* doct. 4.
pag. 21. A B
- In infirmitatibus melanconicis, & matricalibus, difficultis est cognitio maleficij: & cur quomodo tandem cognoscitur.* doct. 5. 30. B
- Iniquitates patrū in filios visitat Deus.* doct. 3. 19. C
- In non habentibus usum loquellæ, difficultissime cognoscitur infirmitas maleficialis.* Quomodo cognoscitur. doct. 5. 30. A
- In nomine Iesu sunt mirabilia.* doct. 8. 39. A B
- Inquisitio domus, & plumarum notatur.* d. 12. 53. B
- Inuocatio tantum nominis Antonij, fugabat Dæmones.* doct. 12. 55. D
- Irrisionibus affici possunt Dæmones, & quomodo.* doct. 2. 15. C

L

- Letitur in Exorcistarum deceptione Dæmon.* doct. 6. pag. 33. D
- Letantur coniurationem præcedere debet.* doct. 8.
pag. 41. A
- Latitia, & dolor in Dæmone quomodo.* doct. 2. 15. B
- Etuissime percutiendi sunt Dæmoniaci: Assignatur causa.* doct. 8. 43. A
- Loquitur Angelus bonus Diabolo, & quomodo.* doct. 1. 10. C
- Loquuntur immundi spiritus homini diuersimodè.* doct. 1. 10. B C

Rerum singularium.

M

- M**aledictus serpens, aliquando, sacra dicit, ac permittit ne agnoscatur. doct. 7. pag. 35. A
- Maleficia sub constellationibus sunt.* doct. 11. 49. B
- Maleficium per triennium legitimè curatum, & non solutum, dicitur perpetuum.* doct. 9. 46. A
- Maleficos esse probatur.* doct. 2. 17. D
- Malignorum spiritum qualitates.* doct. 2. 16. B
- Malum esse, bonum est: probatur ratione, autoritate, & exemplo.* doct. 3. 18. D
- Medici decipiuntur, in morbis maleficialibus.* doct. 7.
pag. 35. A
- Melanbolici, præcipue vexantur multiplici ratione.* doct. 4. 23. A B
- Multa naturalia faciunt Dæmones, quæ supernaturalia nobis videntur.* doct. 2. 13. D
- Multa sunt, quæ virtus corporum cœlestium facere non potest.* doct. 2. 12. A
- Multiplici de causa permittit Deus corpora humana à Dæmonibus vexari.* doct. 3. 18. C
- Mutatio Exorcistarum, & locorum necessaria.* doct. 12. 55. D

N

- N**aturalia remanserunt Dæmonib. d. 2. pag. 13. C
- Naturalia ad eradicandum maleficium sunt utenda.* doct. 11. 48. B
- Naturalia sunt sortiuntur effectum in Maleficatis, propter benedictionem.* doct. 11. 48. D
- Necessaria Exorcistæ, tempore coniurationis, quæ sunt.* doct. 8. 38. C
- Nihil à se possunt dæmones.* doct. 2. 13. C

Ff 3

Nibis

Index.

- Nihil faciendum de suasis à dæmonibus , exemplo Christi.** doct. 6. pag. 32. C
Nocumentum inferunt dæmones diuersis creaturis , diuersi que molis. doct. 4. pag. 21. D
Non diminuitur pæna dæmonibus in caliginosa aere habitantibus. doct. 2. 12. D
Non vocandum cum dæmonibus, exemplo probatur. doct. 8. 39. B
Non ostinens dæmoniacus sanitatem, adhuc expedit flagellari, nè à Satbana deuoretur , exemplum. doct. 9. 45. B
Non est credendum dæmoni , relinquenti hominem semiuiuum, cum recedit, nisi si na fuerint unita. doct. 10. 47. C
Non permittat Exorcista dæmonem aliquid obtinere , exemplum mirabile legitur. doct. 8. pagina 41. B C
Nunquam verum fatentur dæmones ; nisi ut decipiant. doct. 6. 31. B

O

- O**bediunt dæmones hominibus, & quare. doct. 2. pag. 17. D
Occultat se dæmon , nè agnoscatur ab Exorcista. doct. 4. 22. C
Officium, quid sit. doct. 6. 32. A
Omne regnum in se diuisum , desolabitur , quomodo intelligitur. doct. 2. pag. 11. B
Opinio Peripateticorum , circa dæmones , destruitur. doct. 2. 12. D
Oratio duplex. doct. 12. 54. B
Oratio, & ieiunium, quid. doct. 8. 38. D
Ora-

Rerum singularium.

- Orationis, & ieiuniij virtus quanta sit contra dæmones.** doct. 8. pag. 38. C. & doct. 12. pag. 73. A B
Observatione dignum in assoluendis maleficijs . d. 11. pag. 49. C
Ostendunt Dæmoniaco, se Dæmones curam illius habere, & cur. doct. 7. 35. C

- P**AULINUS, Antonij discipulis, fugauit Dæmonem, non valente Magistro. doct. 12. pag. 55. D
Pæna est Dæmonibus homini nocere non posse. doct. 2. pag. 12. D
Peripateticci negant Dæmones esse. doct. 3. 19. C
Per malum, in bono inest pulchritudo. doct. 3. 18. A
Permisiō diuina, quid sit. doct. 3. 16. C
Permutatio domus , & vestimentorum necessaria. doct. 12. 54. D
Per orationis super positionem, Sanctus Bernardus fugauit Dæmonem. doct. 12. 52. A
Perseuerandum est in remedij , ut sanitas obtineatur. doct. 9. 45. A
Petrus, non adhibito auxilio Domini , Christum negasit. doct. 8. 39. B
Pharaonis Malefici, cur non potuerunt facere Cynophēs, licet maiora fecerint. doct. 4. 21. C
Physici, dissentient à remedij Exorcistarum s. tamen ipsi perdunt operam in similibus curis ; & affiguntur ratio. doct. 11. 48. C
Prælatio inter Dæmones. doct. 2. 14. A
Principalis irrisio Dæmoni fienda, quæ sit. d. 2. 15. C
Procurat Dæmon diuersa ostacula, ne infirmus curetur. doct. 7. 35. B

Index

Trocurat inanem gloriam, in Exorcista. d. 7. pag. 36. C
Propter honorum, & fidem exhibitam, operantur Dæmones. Exemplum describitur. doct. 2. 17. D A
Ptholomæus, & Plato, Dæmones esse, demonstrant. doct. 2. 11. B

Quia Dæmones astutia, seducant homines. doct. 2.
pag. 16. A
Qualitates Exorcista, que sint. doct. 8. 39. A B C D
Qualitates necessarie Dæmonia. doct. 9. 45. B
Quia pena, sunt puniendi Malefici. doct. 2. 15. D
Quae abhorrent Dæmones, sunt repetenda. d. 8. 41. A
Quæ magistret Dæmon, Exorcista docetur. doct. 8.
pag. 42. B
Quibus temporibus, & horis fienda est coniuratio.
doct. 12. 55. C D
Quibus spoliati fuerunt Angeli mali. doct. 2. 13. C
Quid impleat Dæmon in homine. doct. 4. 21. A B
Quid sit Angelus. doct. 1. 8. B
Quomodo Dæmon odium, vel amorem inordinatum
inducit. doct. 4. 24. A
Quomodo Dæmon elecit alium Dæmonem. doct. 2.
pag. 14. A B
Quomodo loquuntur Angeli hominibus. doct. 1.
pag. 9. B
Quos Exorcista intendat principaliter coniurare.
doct. 8. 42. B

R.

Recadicatus sit Exorcista in duplice fide. doct. 8.
pag. 39. B

Secun-

Rerum singularium

S

Secundum intentionem Malefici, operatur Dæmon,
Exemplum ad rem. doct. 5. pag. 29. D
Sensibili applicari possunt Dæmoniacis, & Malefi-
ciatis, quomodo operantur. Exemplaque multa
notantur. doct. 11. 47. A B
Silentium Dæmoni imponendum est, etiam, si vera
fateatur, probatur ratione, auctoritate, & exem-
plo. doct. 6. 31. A B
Similiter se fatuum Dæmon, ne agnoscatur. doct. 7.
pag. 35. B
Solent Dæmones fugientes, relinquere Dæmoniacum
ut in mortuum. doct. 10. 47. B
Solus Deus implet mentem hominis. doct. 3. 21. A
Spiritualia, & corporalia medicamina, eodem tempo-
re sunt applicanda. doct. 12. 51. C
Spiritus, in quibusdam, & quales creati fuerunt, & in
quibusdam differentes. doct. 1. 9. D
Spiritus est nomen naturæ, & non officij. doct. 6. 32. D
Spiritum alijs bonum, alijs malum eligerunt, & quo-
modo. doct. 2. 11. A
Superpositio rerum sanctorum, fugat dæmones.
doct. 12. 52. D
Superpositionis manuum dæmoniaco cum benedictio-
nes virtus. doct. 12. 53. C

T

Tempore coniurationis, adsint homines, deute-
orantes. doct. 8. pag. 43. A
Tempus exitus, sciire possunt Dæmones. doct. 2.
pag. 14. A

Ter-

Index rerum singularium.

Tertiam partem Stellarum traxit Draco. doct. 2. pagina 11. C

Transmutare membra, & corpus in bestiales formas,
quomodo intelligetur. doct. 4. pag. 26. B

Tripli acumine, vigent Dæmones. doct. 2. 12. A

Tripli malitia Dæmones decipiunt Maleficos, & in
quibus. doct. 2. pag. 17. C D

Verbis irrigorijs, & à vilibus, domanda est superbia Dæmonum. Exponuntur autoritates. Dantur exempla. doct. 12. pag. 54. A
Verbo, & non gladio, Serpens, interfecit primum hominem. doct. 6. 37. A

Verbum triplex. doct. 1. pag. 9. A

Vim generatiuam, diuersimode impediunt. doct. 4.
pag. 24. D

Visibiliter apparere potest Dæmon. doct. 4. pag. 25. C D

Visitatio locorum, corporumque sanctorum necessaria. doct. 12. pag. 52. D

INDEX BENEDICTIONVM, Quæ in Secunda Parte huius Compendij continentur.

Benedictio Salis, & aquæ. pag. 69
Benedictio Panis. pag. 82

Benedictio Vini. pag. 86

Benedictio Panis, & Vini, & quorumcumque cœstibilia. pag. 89

Benedictio Prandij, & Cæse, quæ debet fieri præsentevexato. pag. 90

Benedictio omnium medicinalium unctionum, balncorum, & odorabilium. pag. 92

Benedictio Olei, solenniter facienda ante Altare. 96

Benedictio Thori. 108

Benedictio Vestimentorum. 114

Benedictio Herbarum. 115

Benedictio Fumigationis Aromatum, & Cubiculi,
quæ debet fieri quotidianè præsente Maleficato. 117

Benedictio ignis, ad fumigationes facientes, & ad
comburendā Dæmonum nomina, & imagines, &
corum instrumenta maleficialia, cum forma ad de-
struendum instrumentum maleficij.

Benedictio materialis fumigationis ad torquentos
Dæmones. 126

Benedictio Cartæ, & atramenti. 127

Benedictio Stole, ad ligandum Dæmones. 131

Benedictio Virgarum, ad flagellandum Dæmones. 134

Benedictio domus à spiritibus vexata. 136

Benedictio ad quæcunque volueris. 164

IN-

INDEX

TERTIAE PARTIS HVIVS COMPENDII.

- C**OMBUSTIO imaginum demoniorum, eorumque nominum. pag. 355
Excitatio demonis ad bellum cum imperio dicenda. 177
Exorcismus Primus, qui dicitur virtutum. 180
Exorcismus Secundus, sanctorum Parrum attributus. 188
Exorcismus Tertius, qui Sanctorum est noui Testamenti. 197
Exorcismus Quartus, ex Psalterio extractus. pag. 212
Exorcismus Quintus, Improbationum dictus. 222
Exorcismus Sextus, Sanctissimæ Trinitatis. 230
Exorcismus Septimus, qui flagellationis est. 237
Exorcismus Octauus, cængelorum nuncipatus. pag. 244
Exorcismus Nonus, Sanctæ Crucis fortissimus. pag. 257
Exorcismus Decimus, Beatæ Virginis Mariæ validissimus. 268
Exorcismus Undecimus, de clementia Iesu Christi circa genus humanum. 278
Exorcismus Duodecimus, Cominationum appellatus pag. 283

Exor-

Index Tertiæ Partis.


<i>Exorcismus Decimus tertius, omnium efficacissimus de vita Iesu Christi, ante Sanctissimam Eucaristiam dicendus.</i>	<i>pag. 295</i>
<i>Exorcismus secretus in aure Dæmoniaci dicendus, dum Dæmon maledicatur.</i>	<i>358</i>
<i>Exorcismus contra Tempestates.</i>	<i>364</i>
<i>Exprobatio Prima, in Dæmonem.</i>	<i>322</i>
<i>Exprobatio Secunda, in Dæmonem.</i>	<i>328</i>
<i>Gratiarum actiones pro Dæmoniaco liberato.</i>	<i>430</i>
<i>Letania in principio coniurationis.</i>	<i>166</i>
<i>Letania B. Virginis.</i>	<i>291</i>
<i>Maledictiones diuersæ in Dæmonem.</i>	<i>343</i>
<i>Modus orandi supra febricitantes.</i>	<i>437</i>
<i>Nomina Dæmonum comburenda.</i>	<i>440</i>
<i>Obedientia per Dæmonem praestanda cum iuramento.</i>	<i>411</i>
<i>Oratio S. Cypriani, per Authorem reformata.</i>	<i>402</i>
<i>Peremptorium Primum.</i>	<i>334</i>
<i>Peremptorium Secundum.</i>	<i>337</i>
<i>Peremptorium Tertium.</i>	<i>339</i>
<i>Præcepta tria ad cognoscendum, an quis vexetur a diabolo.</i>	<i>417</i>
<i>Præcepta fienda in principio coniurationis Dæmonibus fauentibus, vexantibus, & omnibus primatis.</i>	<i>178</i>
<i>Præceptum Demonibus fiendum, cum Exorcista coniurationi voluerit finem imponere.</i>	<i>356</i>
<i>Præcepta Centum, ad arctandum Dæmonem ad obedientiam.</i>	<i>370</i>
<i>Præparatio Exorcista ad bellum.</i>	<i>172</i>
<i>Præparatio ad armandum Dæmoniacum.</i>	<i>174</i>

Pro-

Index Tertiæ Partis.

- Promissio prima, per Dæmonem fienda, cum promittit se velle recedere. pag. 413
Promissio, & ratificatio secunda. pag. 416
Promissio, & ratificatio tertia, quæ debet fieri in dñe
sui exitus. pag. 415
Psalmi octo, præ ceteris consueti Exorcistis. 420
Sententia contra Dæmonem ferenda. 342

F I N I S.



Corrigebat D. Hieronym. Canin.
Corrector approbatus.

Manuel Claph. Carrizo

D. Canin